


tiene 333. fol






bethsabe uxor dd
salomon filius bethsabe primogenitus
nadab filius bethsabe
natan filius dauid
michol filia saul uxor dd
ammon filius dd primus
abigail uxor dd
acinoem uxor dauid
agia uxor dd
abigail uxor dd
abital uxor dd
maacha uxor dd filia tolomai regis ...
absalon filius dd
ela uxor dauid
eliselec filius dd
thamar soror absalon
adonias filius dd quartus
elisbe filius dauid
gebaar filius dauid
ibaar filius dauid
nogee filius dauid
elida filius dd
elisama filius dd
samua filius dauid
elisua filius dd
nefe filius dauid
thegu filius dauid
natan genuit matatha
matatha genuit ...
... genuit eliacim
eliacim genuit ...
ionam genuit ioseph
iosep genuit iuda


A diluuio usque ad abraham anni dcccxlii. secundum septuaginta interpretes hebrei uero ... dicunt quod adprehendere non potuit
agar concubina abraham
Smael filius abraham
quam de dixit et supra posita annos decem quum habitauere cepit una in terra cu nuan que concepit smael
smulech filia smael soror nabuoath uxor esau
nabuoath filius smael
Smael autem decimo tertio anno circumcisus est cum patre suo anni uita uero uite eius centum et mortuus est
cedar filius smael
abdael filius smael
mabsam filius smael
masma filius smael
Iduma filius smael
mussa filius smael
adad filius smael
Temam filius smael
Ietur filius smael
Naphis filius smael
Cedma filius smael
Hi sunt filii smael et haec nomina per castella et oppida sua duodecim principes tribuum suarum
Cethura uxor abraham ipsa est agar
Sarra uxor abraham filia aran frater abraham soror loth et melcha. sarra et loth germani filii aran.
Ancille sunt et Cethura quam post mortem sare sibi copulauit in uxorem abraham plerique sic dicunt
Zamram filius abraham
Iecsan filius abraham
Saba filius iecsan
madian filius abraham
epha filius madian
Dadan filius iecsan
Iecboch filius abraham
afer filius madian
Assurim filius dadan
Sue filius abraham
enoch filius madian
Latusim filius dadan
eldaa filius madian
abida filius madian
Loomim filius dadan
Hii filii abraham et nepotes de concubina cethura
Sarus interpretatur princeps meus eo quod erat unius tantum modo domus mater familie. Postea uero nomine inmutato subtracta de nomine I littera dicta est sara. Id est princeps omnium hominum quippe gentium futura erat princeps.
Septuaginta quinque annorum erat abraham cum egrederetur de ur. Uixit annos centum septuaginta quinque et mortuus est. Sepelierunt eum isaac et smael in agrum ephron cum uxore sua ubi emerant sepulcrum. Uixit sarra uxor abraham annos centum uiginti septem et mortua est in pace in ciuitate arbe que est in terra chanaan.


Isaac duxit uxorem quum xl erat annorum rebeccam filiam bathuelis siri de mesopotamia sororem laban. Isaac ex ista nomen accepit



In finibus idumee et arabie et hos reges qui regnaverunt in edom in qua regione et ipse erat principatum locat. quos primus fuit balac filius beor et nomen civitatis eius in qua dominatus est. Eo tempore balac iobab qui vocatus est Iob qui accepit mulierem arabissam. genuit filium cui nomen erat ennon. Unde apparet eum quintum ab abraham fuisse. Nam qui venerunt ad eum amici eius hii fuerunt: Sofar filius elifaz et themanorum ... uxor filius baldad. filii baldad uxor filius ... qui fuit ... filius elifaz dux idumee.

Amici Iob Idem elifaz et filii eius themanorum. Rex baldad suacheorum ... sufarim ... rex. Nam filii Iob qui duxit sunt et post filii quum ... et filie eius vocabit primam diem. secundam cassiam. tertiam cornus stibie et non sunt inventae mulieres speciosae sub caelo quam filie Iob.


Reges itaque qui regnaverunt in terra Edom antequam haberent regem filii Israhel
fuerunt hii ex semine Esau secundum locum ipsorum in regionibus eorum
Balac rex filius beor urbis eius denaba
Iobab rex filius zare de bosra
Usam rex de terra themanorum
Adad rex filius badad et terra eius auith
Semla rex de masreca
Saul rex regnavit de fluvio roboooth
Balanam rex filius acobor
Adad rex nomen urbis eius phau
Duces dux et duces edom nomina filiorum eius
Alua dux
Ietheth dux
Oolibama dux
Ela dux
Finon dux
Cenez dux
Theman dux
Mabsar dux
Magdiel dux
Hiram dux
Zelfa ancilla lie concubina iacob
Bala concubina iacob ancilla
Lia uxor iacob
Ruben filius iacob primogenitus
Simeon filius iacob
Levi filius iacob
Zabulon filius iacob
Isachar filius iacob
Gad filius iacob
Aser filius iacob
Iuda filius iacob
Ioseph filius iacob
Thamar uxor her
Nephtalim filius iacob
Dan filius iacob primogenitus ancillae
Ambo gemini


Iuda filius Iacob
Fares filius Iuda
Rucel uxor Iacob
Leui filius Iacob
Caath filius Leui
Merari filius Leui
Gerson filius Leui
Isaar filius Caath
Mooli filius Merari
Ebron filius Caath
Musi filius Merari
Oziel filius Caath
Amram filius Oziel
Aaron filius Amram
Nadab filius Aaron
Eleazar filius Aaron
Finees filius Aaron
Manasses filius Ioseph primus
Efraim filius Ioseph
Machir filius Manasse
Galaad filius Machir
Beniamin filius Iacob
Bela filius Beniamin
Gerson filius Moisi
Eliezar filius Moisi



Amos propheta secundus
de duodecim cepit prophetare tempo
ribus ozie. Et Ihoroboam filio Ioas regis
Israhel biennio ante terremotum. Micheas filius
merari est quis de duodecim prophetabit in diebus
Ionathan usque in diebus ozie. Prophete
qui prophetaberunt temporibus achaz. Ozie.
et esaie. usque in diebus ezechie regis.
eo tempore prophetabit esaias annis LXXX
Ihemias annis quadraginta duobus
Inter umbo sunt anni centum duodecim.



ic [illegible] omnium generatio impleo. Liber generationis Ihesu Xpi filii dauid filii abraham
[illegible] fermenti nox [illegible] in [illegible] parua in adno
[illegible] sacerdotis [illegible] ost [illegible]. [illegible] cursum [illegible]
[illegible] uolans aquila uerbo [illegible] Iohannes. In principio erat uerbum et deus erat uerbum





Iheremias propheta.
cepit prophetare filius sionue
usque in decimum migrationem babilonis
et Iherusalem. huius tempore manasses inter
fecit Isaiam. filium amos propheta hoc tempore
fuit propheta abbacuc reparans de xii
hoc tempore Iheremias prophetabat usque dum eunt
migrabit sedecias in babilonem. Post hunc unus pro
phetabat daniel quum esset in captivitatem sub
nabuchodonosor regem babilonis. et fuit daniel
usque in primum annum cirus regis ... annis
huius ... temporibus prophetabat soffonias
nonus de duodecim. Deinde Iheremias
missus et prophetabat ab anno tertiodecimo
regni eius usque ad consummationem
undecimi anni sedecie filio ...
... usque ad eunt migrationem
Iherusalem quinto mense.



Seth filius adam

Enos filius seth

Cainan filius enos

Malalehel filius cainan

Iareth filius malalehel

Enoch filius iareth

Seth dum esset annorum ccv genuit enos. fiunt omnes anni uite sue dccccxii. et mortuus est.

Enos dum esset annorum xc genuit cainan. Iste in diebus eius cepit inuocare nomen domini. Et siquidem in ipso [illegible] tempore cepit idolorum cultura. Fiunt omnes anni uite sue dccccv et mortuus est.

Cainan dum esset annorum lxx genuit malalehel. Fiunt omnes anni uite sue dcccc(x) et mortuus est.

Malalehel cum esset annorum clxv genuit iareth. fiunt omnes anni uite sue dcccxcv. huius anno centesimo xxx adam mortuus est. Iareth dum esset annorum clxii genuit enoch. fiunt omnes anni uite sue dccclxii. mortuus est.

Enoch dum esset annorum lxv genuit matusalam. fiunt omnes anni uite sue ccclxv. et translatus est a domino. huius uicesimo anno [illegible] mortuus est. septima generatio [illegible].

Matusalam filius enoch.

Lamech filius matusale

Adam quum esset annorum ccxxx genuit seth. Fiunt omnes anni uite sue dccccxxx et mortuus est sepultus que est locum urbe pos ii miliario ab lhebron.

Abel filius adam fuit pastor ouium. Cain autem operarius terre. et ob hoc abel de primogenitis ouium et cain de fructibus terre et resp(e)xit dominus in abel et in munera sua. Cain non respexit eo quod primitias suas tulit. atque deo offerebat prius honorabat se et sic deum.

Adam uxor lamech

Matusalam dum esset annorum clxxxvii genuit lamech. Fiunt omnes anni eius dcccclxviiii et mortuus est. que nona generatione lamech dum esset annorum centum lxxxii genuit nohe. Fiunt omnes anni eius dcclxxvii et mortuus est. hunc generationem lamech gigantes nati sunt.

Tubalcain filius lamech

Noe quum esset annorum d genuit sem et ... per annos centum unde ... sexto anno diluuii matusalam mortuus est. Vixit autem noe post diluuium cccl annos et fiunt omnes anni uite sue dccccl et mortuus est. et fuit cum esset post ... post quam ingressus est nohe in archa aque diluuii inundauerunt terram. hic finit primus etas seculi. ab adam usque ad dilluuium anni ii cclxii

Enoch filius cain

Malalehel filius ... [illegible]

Matusael filius irad

Matusael filius mauiahel

Ada uxor lamech

Iabel filius lamech


Iubal filius lamech

Sella secunda uxor lamech

Tubalcain filius lamech


Noema filia lamech

Horum generatio deleta est per diluuium.


chum filius noe
Sidon filius cunuum primogenitus
Etheus filius cunuum
Iebuseus filius cunuun
chus filius cum primogenitus
Mesraim filius cum secundus
Ludin filius mesraim
Anamim filius mesraim
Subu filius chus
Iafeth filius noe
Gomer filius Iafeth
Ascanes filius gomer
Magog filius Iafeth
Ripath filius gomer
Madai filius Iafe
Togorma filius gomer
Iuban filius Iafe
Elisa filius Iuuan
Tubal filius Iafeth
Tarsis filius Iuuan
Mosoc filius Iafeth
Cethim filius Iuuan
Tiras filius Iafeth
Dodanim filius Iuuan
Euila filius chus
Sabatha filius chus
Regma filius chus
Saba filius regma
Dadan filius regma
Lubin filius mesraim
Phetrusim filius mesraim
Casluim filius mesraim
Amorreus filius cunuun
Eueus filius cunuun
Sineus filius cunuun




PAX
LVX
REX
LEX




hic matteus genus hominum generaliter implet



LIBER GENERATIONIS IHU XPI FILII DD FILII ABRAHAM.




VOX CLAMANTIS IN DESERTO PARATE VIAM DNO



FUIT SACERDOS
QUIDAM
NOMNE
ZACCARIAS.


MORE UOLANS AQUILE UERBO PETIT ASTRA IOHANNES
IN PRINCIPIO
AT UERBUM
ET DS ERAT
UERBUM



Factus est abel pastor ouiū. cain uūm operarius terre & obtulit abel deprimogenitis ouium. & cain defructibus terre

Et respexit ds inmunera abel super munera cain non respexit. eo quod primitias gustabat. et sic deo offerebat. Prius ore gustabat et sic dm̄


Iarec filius malalehel
Enoc filius Iarec h
Matus alam filius enoch
Lamech filius matus alam.
Arun uxor lamech filia barebibeli et qua genitus est noe
Malaleel cum esset annor CLXV. genuit Iarec. Fiunt omnes anni uite sue DCCCXCV. Huius anno centesimo tricesimo quinto adam mortuus est. Iarec dum esset annor CLXII genuit Enoc. Fiunt omnes anni uite sue DCCCCLXII et mortuus est.
Enoc. dum esset annor LXV genuit matus alam. Fiunt omnes anni uite sue CCCLXV et transfiguratus est anno. Huius uicesimo anno seth mortuus est sexta generatione.
Matus alam dum esset annor CLXXXVII genuit lamech. Fiunt omnes anni eius DCCCCLXVIIII et mortuus est. Quarta generatione. Lamech dum esset annor CLXXXII genuit noe. Fiunt omnes anni eius DCCLXXVII. et mortuus est. Hac generatione lamech gigantes nati sunt.
Noe dum esset annorum D genuit sem et fabricauit arcam per annos centum uite octauagesimo sexto anno diluuii matus alam mortuus est. Uixit autem noe post diluuium CCCL annos. et fiunt omnes anni uite sue DCCCCL et mortuus est.
Et factum est post septem dies postquam ingressus est noe in arca et diluuium inundauerunt aquae. hic fuit prima etas seculi. Ab adam usque ad diluuium anni II CCXII
Iubal filius lamech
Sella secunda uxor lamech
Tubalca filius lamech
Noema filia lamech
Hic pater quorum est cithara et organum
Tubal ferrarius ex quo primus psallens uoce non organo.
Horum generatio deleta est per diluuium.



Hoc filius Lamech
Cam filius Noe
Canaan filius Cam quartus
Sidon filius Canaan primo genitus
Etheus filius Canaan
Cus filius Cham primo genitus
Mesraim filius Cam secundus
Iebuseus filius Canaan
Amorreus filius Canaan
Gergeseus filius Canaan
Eveus filius Canaan
Aruceus filius Canaan
Sineus filius Canaan
Aradius filius Canaan
Samareus filius Canaan
Amatheus filius Canaan
Saba filius Cus
Evila filius Cus
Sabatha filius Chus
Regma filius Chus
Sabathaca filius Chus
Saba filius Regma
Dadan filius Regma
Ludim filius Mesraim
Anamim filius Mesraim
Laabim filius Mesraim
Caphtorim filius Mesraim
Casluim filius Mesraim
Iafeth filius Noe
Gomer filius Iafeth
Ascenez filius Gomer
Magog filius Iafeth
Rifath filius Gomer
Madai filius Iafeth
Thogorma filius Gomer
Iavan filius Iafeth
Elisa filius Iavan
Tubal filius Iafeth
Tarsis filius Iavan
Cethim filius Iavan
Tiras filius Iafeth
Dodanim filius Iavan
Mosoc filius Iafeth

Sem filius noe

Arfaxad filius sem a quo gens chaldeorum exorta est

Biennio post diluvium natus est

Sala filius arfaxad

Eber filius sale a quo ebrei

Inscriptus uetus hebreorum gentem indicat nomen eber

A quo elamite principes persidis

Elam filius sem primo genitus

A quo assyriorum pullulavit imperium

Assur filius sem secundus

Iectam filius eber

S[em] endum esset annorum centesimo secundo anno post diluvium genuit arfaxad. Fiunt omnes anni uite eius DC. et mortuus est quinta generatione. A rfaxad quum esset annos centum uiginti quinque genuit sala. Fiunt anni eius CCCC XIII et mortuus est quinta generatione.

S ale quum esset annorum centum XXX. genuit eber. Fiunt omnes anni eius quos uixit CCCC XXXIII. et mortuus est. A ssur filius sem. quem ecclesia nebroth giguntis nepotem dicunt, sentiunt. tunc fugiens edificauit niniue et roboth ciuitates. N ebroth gigans turrem edificauit in qua distribuit templa marmorea lapidibus preciosis, muros quos distinxit. Huius nebroth tempore turris edificatio est facta et linguarum diuisio. Huius turris altitudo quatuor milia centum septuaginta quatuor dicitur ambitus passuum. Qui nebroth post confusionem linguarum migrauit ad caldeos et eos ignem colere docuit.

N ahor regnum assyriorum primus rex belus pater nini qui fecit babilonia et sicioniorum primus rex egialeus.

T ARE pater abraam huius tempore ars magica inuenta est. Horus rex anno secte occidiatur.

Elmodad filius iectam

Saleph filius iectam

Asarmoth filius iectam

Iare filius iectam

Aduram filius iectam

Uzal filius iectam

Decla filius iectam

H eber quum esset annorum centum XXXIIII et genuit faleh et iectam. Fiunt omnes annorum eius CCCC LX quatuor et mortuus est. Faleh quum esset annorum centum triginta genuit ragau. Fiunt omnes anni eius CCCC XXXVIIII et mortuus est.

R agau quum esset annorum centum XXXII. genuit seruc. Fiunt omnes anni eius CCC XXXVIIII. et mortuus est. S eruch quum esset annorum centum XXX. genuit nahor. Fiunt omnes anni eius CCC et mortuus est.

N ahor quum esset annorum LXXVIIII genuit tharra. Fiunt omnes anni eius CLXVIIII et mortuus est.

T ARE quum esset annorum LXX. genuit abraam et nahor et aran et fuerunt omnes anni uite eius CCV. et mortuus est in aran. F aleh primum templa constructa sunt et suos principes deos appellant.

R agau regnum scitarum primus rex inuenit.

S eruch regnum egiptiorum primus rex zoes.

Alii doar

Iarah filius iectam

Iobab filius iectam

Aquo lidii

Luth filius sem IIII

Aquo siri quorum metropolis facta damascus

Aram filius sem quintus

Cus filius aram

Culnam filius sem

Ul filius aram

Mosoc filius sem

Gether filius aram

Hec sunt centum XX de stirpe sem

Mesoc filius aram

Possident terram meridianam ab ortu solis

Ebal filius iectam


Abimahel filius iectam

Sabat filius iectam

Ofir filius iectam

Euila filius iectam

Omnes isti filius iectam secundum familias noe iuxta populos et nationes suas. ab his diuise sunt gentes in terra post diluvium et facta est habitatio eorum de messa pergentibus usque sefar montem orientalem.




Falech filius heber primus
Ragau filius falech
Seruch filius ragau
Naor filius seruch
Tare filius naor
Naor filius tare
Melca uxor naor
Arran filius tare
Melca filia arran
Loth filius arran
ORIENS
SEM ACCEPIT TERRAM TEMPERATAM
ASIA
MERIDIES
OCCIDENS
EUROPA
LIBIA
Rachel filia laban
Lia filia laban
Rebecca filia bathuelis
Laban filius bathuel
Bathuel filius naor


ABRAAM FILIUS TARE
ANNO CIRCUMCIDITUR
Smael filius Abraam
Cedar filius Smael
Abdeel filius Smael
CANAAN

Incohest. Isaac quum xl esset annorum duxit uxorem Rebeccam filiam Buatuelis Siri de Mesopotamia sororem Laban.

Isaac ex risu nomen accepit. Beatitudo patris risum et matris quando ei promissus est admirantis gaudio.



Reges autem qui regnaverunt in terra Edom. antequam haberent regem filii Israhel. fuerunt hii ex semine Esau secundum locum ipsorum in vocationibus eorum.

Iacob filius Isaac ipse dicitur esse Israhel. benedictus est a domino

Balac rex filius Beor urbs eius est Denaba

Iobab rex filius Zare de Bosra

Usam rex de terra Themanorum

Adad rex filius Badad de terra Iahuith

Semla rex de Masreca

Saul rex regnavit de fluminibus Rooboth

Iacob supplantator interpretatur duobus modis sive quando natus est fratris plantam tenebat sive quia postea fratrem et de primogenitis et quando benedictionem subripuit. Unde et Esau luset vocatum est nomen eius Iacob supplantavit me vel et rursum vice!

Completa autem annorum quae Iacob quando venit in Egyptum ad Ioseph habitavit annis XVII. Completis CXLVII annis mortuus est in Egypto ad iuramentum Ioseph filio suo uti asportaret corpus eius ad terram Chanaan et sepeliret eum in Hebron cum Abraham et Isaac iusta patres suos ibique et iacet.

Balanan rex filius Achobor

Adad rex nomen urbs eius Fau

Thamna dux et hinc ex nomina filiorum Esau

Alua dux

Ietheth dux

Oolibama dux

Ela dux

Finon dux

Cenez dux


Theman dux


Mabsar dux

Magdiel dux


Hiram dux


Hii duces Edom habitantes in terra possessionis eorum. hic est Esau pater totum eorum. Idumei dicuntur ex hoc nomina filiorum Esau in generibus suis, secundum locum ipsorum in vocationibus eorum et hii reges qui regnaverunt in Edom antequam regnasset rex Israhel.






Iosep filius Iacob
IUDA FILIUS IACOB
Gad filius Iacob
Aser filius Iacob
Sefion filius Gad
Racel uxor Iacob filia Laban minor
Iosep filius Iacob
Bela filius Beniamin
Dan filius Iacob
Bala ancilla Racel concubina Iacob
Levi filius Iacob
Gerson filius Levi
Aaron filius Ambra
Maria filia Ambra
ABRAAM USQUE AD MOISEN ANNI


A MOYSEN USQ AD DD ANNI CCCC XXVI.
Esrom filius fares
Aram filius esrom
Aminadab filius aram
Naasson filius aminadab
Salmon filius naasson
Boos filius salmon
Obeth filius boos
Iesse filius obeth
Ruth uxor boos
Amiali uxor iesse
DD FILIUS IESSE QUI GENUIT SALOMONEM
Samuel sacerdos filius elcana
Iohel filius samuel
Abia filius samuel
Cis filius abiel
Saul filius cis
Ionatas filius saul
Amon filius dd primus
Abisac concubina dd
Abigail uxor dd
Achinoam uxor dd
Michol filia saul uxor dd
Absalon filius dd
Agia uxor dd
Abital uxor dd
Adonias filius dd
Natan propheta
Sadoc sacerdos
SALOMON GENUIT ROBOAM
Bethsabe uxor dd
Samua filius bethsabe
Sobab filius bethsabe
Natan filius dd
Natan genuit mathan
Mathan genuit iacob
Iacob genuit ioachim
Iuda rex
Semigar filius anath dux
Iabin rex canaan
Debbora prophetissa iudex
Axa uxor gothonihel filia caleph
Madian iudex annis VII
Eglon iudex
Ofni filius heli sacerdos
Finees filius heli sacerdos
Achitob filius finees
Abimelech filius achitob
Ahimelech filius achitob
Abiatar filius ahimelech
Esbon iudex
Abdon iudex



ROBOAM GENUIT ABIAM
Abias genuit Asa
Asa genuit Iosafat
Iosafat genuit Ioram
Ioras genuit Oziam
Ozias genuit Ioatham
Ioatham genuit Achaz
Achaz genuit Ezechiam
Ezechias genuit Manassen
Maacha uxor Roboam
Uxor Abia
Azuba uxor Asa
Uxor Iosafat
Gotholia uxor Ioram
Iechelia uxor Oziae
Ierusa uxor Ioatham
Abia uxor Achaz
Haefsiba uxor Ezechie
Abdi filius Gona
Ieroboam filius Nabath
Nadab filius Ieroboam
Baasa filius Ahiae
Hela filius Baasa
Zambri filius Baasa
Achab filius Zambri
Ochozias filius Achab
Ioram filius Achab
Iehu filius Iosafat
Ieu filius Namessi
Baasa filius Ahiae
Iezabel uxor Achab
Amos propheta
sedens de duodecim cepit prophetare
temporibus Oziae, et Iheroboam filio Ihoas regis
Israhel biennio ante terre motum. Micheas filius Iamma tertius
de duodecim prophetauit in diebus Ionathan usque in diebus Oziae
prophete qui prophetauerunt temporibus Achaz Osee et Esaias
usque in tempus Ezechie regis. Eo tempore prophetauit
Esaias annis septuaginta.
Iheremias annis XL duobus.
Inter ambos sunt centum
duodecim.
Eliachim genuit Ionam
Ionam genuit Ioseph
Ioseph genuit Iudam
Iuda genuit Simeon
Simeon genuit Leui
Leui genuit Matthat
Matthat genuit Iorim
Iorim genuit Eliezer
Eliezer genuit Ihesum
Ihesus genuit Her





Iheremias propheta cepit prophetare filius Ioachim usque ad transmigratione babilonis de Ihrslm : Huius tempore manusses intrefecit esaiam filium Amos propheta :

Hoc tempore fuit propheta abbacuc septimus de duodecim :

Hoc tempore Iheremias prophetabit usque dum transmigrauit sedechias in babilonem :

Post hunc autem prophetauit daniel cum esset in captiuitate sub nabuch quodonosor regem babilonis : Et fuit daniel usque in primum annum Cyri regis :

Vixit annis C decim : Huius iste temporibus prophetauit soffonias nonus de duodecim :

Deinde Iheremias missus et prophetabit ab anno XIII regni eius usque ad consumationem undecimi anni sedechie filii iosie et usque ad transmigrationem Ihrslm quinto mense :

Adde autem usque ad restaurationem templi anni DLXX



Achim genuit eliud

eliud genuit eleazar

eleazar genuit mathan

Iochus filius iosie

Sedechias filius iosie

Cirus rex persarum

Cambis rex persarum

Duo germani regnaverunt menses VIII

Darius rex persarum

Iulius cesar

Octavianus augustus imperator

In roma regnavit prior romulus annos XXXVIII. Titus tacius rex sabinorum annos quinque. Numma pompilius annos XLIIII. Tullus ostilius annos XXXIII. Ancus marcius philipus annos XXVIII. Tarquinius priscus annos XXXVIII. Servius tullius de serva natus sed lingenuus annos XXXIIII. Tarquinius superbus annos XXXV. Fiunt in unum omnes isorum anni CCXLV.

Fiunt anni a consummatione urbis rome hoc est undecimo kalendas maias condita post hanc a romulo martis et ilie filio regnante tunc in iudea acaz. Quarto regni eius anno ducentesimo sexagesimo post tarquinium superbum usque ad iulium cesarem.

Fiunt anni DXXII eodem anno clirus defunctus est.

Anna genuit iudam

Iuda genuit oseli

oseli genuit semei

Semei genuit mathatiam

Mathatia genuit naum

Naum genuit ioseph

Ioseph genuit ianne

Ianne genuit melchi

melchi genuit eli

eli genuit ioseph

Mathan
genuit
Iacob

Iacob
genuit
Ioseph

Ioseph
disponsavit
Mariam
virginem

Post transmigrationē templi.
usq̄ ad incarnationē
xpi anni
DX

Sicut Lucas evangelista
per Nathan ad Mariam originē ducit
ita et Matheus evangelista per Salomo-
nem ad Ioseph originē demonstra-
vit desc. ex tribu Iuda.

Ab Adam usq̄ ad David genera-
tiones XIIII.
Ab Nathan usq̄ ad xpm
generationes XXVI.
Fiunt sub uno a David usq̄
ad xpm generationes
XL





Maria de qua Ihs xps di filius in Bethleem
Iude secundum carnē natus est. Tricesimo etenim
etatis sue anno cōpleto. a Iohanne
baptista filio Zacharie sacerdotis
...ut in Iordane flumine
baptizatus est. Inde dies apparitionis sue.
Inde sequenti anno mirabilia que
in evangelio scripta sunt fecit. In anno vero tertio
... discipulos suos divinis imbutis
sacramentis imperat ut universis gentibus predicant
confessionē ad dm. Tricesimo tertio etatis sue anno secundum
prophetas que de eo fuerunt prolocuta. a passione venit. anno ...
... sunt ... opprobrium beneficio suo
et gratie sue splendore nos inradiavit.

Anna
Iouchim
mater
Marie

Iouchim
genuit
Mariam

Ioseph
genuit
Iouchim

Ut appareret eos
de uno tribu esse et sic ad
xpm secundum carnē venisse.
Ut compleretur quod scriptum est.
Ecce vicit leo de tribu Iuda radix David.
Ideo leo de Salomone. radix
de Nathan.

Beatos esse qui servaverint
verba prophetie huius que
scribsit ad septem ecclesias
Asie. Et de Xpo qui erat et qui est.
Et de septem spiritibus et quod testis
et primogenitus et princeps sit Xps
qui veniet cum nubibus et plangent
omnes quia ipse A et ω omnipotens.

ii De hac revelatione in Pathmos
sibi ostensa in dominico die. Et de
nominibus septem ecclesiarum et de septem
candelabris. Et qualem viderit
filium hominis. Et de septem stellis
et gladio ex ore eius acuto.

iii De angelo Ephesi cuius patientiam
laudans dicit eum karitatem
pristinam reliquisse. Et hortatur
ad penitentiam. Et quia hoderit
opera Nicolaitarum et daturum se
vincenti de ligno vite.

iiii De angelo Zmirne cuius opera laudat
et de his qui sinagoga Satane
et tribulandos decem aliquos dieb(us)
dicit. Et sit fidelis usque ad
mortem accepturus coronam. nec
ledendus a morte secunda.

v De angelo Pergami. qui habitat
ubi sedis est Satane et non negavit
fidem in diebus Antiphas sed habet
doctrinam Balaam. et Nicolaitarum
ut agat penitentiam. et vincenti
dandum manna et calculum.

vi De angelo Thiatire quem laudat.
sed habere Iezabel mulierem dicit
cui penitentie tempus dedit scru
tans corda et reddens secundum opera
et vincenti dandum. ut gentes
regat. et stellam accipiat matutinam.

vii De angelo Sardis quem increpat
et hortatur et vigilet et quia habe
bit paucos bonos Sardis
vestiendos stolis albis.

viii De angelo Filadelfie sanctus et verus
qui habet clavem David laudans
patientiam eius et de sinagoga Satane
ut teneat quod habet. et qui vicerit
columnam faciendum in templo
et nomen dei scribendum in eo.

viiii De angelo Laodicie qui est testis
fidelis. qui est principium creature
tepidum esse dicit. et cecum et nudum.
qui quos amat arguit et castigat.
et pulsat ad ostium. si quis aperuerit.
et vincenti dandum in trono sedere.

x De sede quam vidit in celum et de
viginti quattuor senioribus et se
dibus eorum et de septem lampadibus.
et qui sunt spiritus. et de mare vitreo.
et de quattuor animalibus dicentibus
sanctus. sanctus. sanctus. omnipotens.

xi De libro septem sigillis signato.
et in medio troni de agno quasi occiso.
et cornibus eius septem. et de citharis.
et fialis seniorum et de cantico novo.

XII De multitudinem angelorum qui sunt milia milium dicentium dignum esse agnum cui omnia in celo et in terra donentur. et de primo sigillo aperto et de sedente in equo albo. et de secundo sigillo. et equo rufo et de sigillo tertio et equo nigro.

XIII De sigillo quarto. et equo pallido. et de sigillo quinto et animabus que sunt sub ara dei et de sigillo sexto et sole obscurato. et luna et sideribus et quod ruentibus celis. dicent homines montibus abscondite nos a facie agni.

XIIII De quattuor angelis. stantibus quattuor uentos. et de angelo clamante ad eos. ut signentur electi. et de centum quadraginta quattuor milibus signatorum et de turba innumerabili. et omnibus angelis laudantibus.

XV De his qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. et de sigillo septimo. et silentio in celo et de septem angelis et septem eorum tubis. et de angelo qui obtulit orationes sanctorum et de turibulo eius et tonitruis.

XVI De primi angeli tuba. et de plaga tertie partis terre. et de secunda tuba et luminari tertie partis in mari. et de tertia tuba et stella amara que inficit tertiam partem fluminum. et quarta tube obscuratione tertie partis siderum. et de uoce aquile dicentis ue.

XVII De quinta tuba et stella que aperuit puteum. et de locustis que ex eius fumo egresse sunt ad quarum plagas querunt homines mortem. et de nomine exterminatoris. et ue primo.

XVIII De sexta tuba. et quattuor angelos solutis de eufrate et de hominum tertia parte in tribus plagis occisa. et de ceteris qui non penituerunt et de angelo qui supra mare et supra terram stetit. et de septem tonitruis quorum uerba signabit.

XVIIII De eodem angelo iurante. quia tempus amplius non erit. et de libro deuorato quod prophetaturus esset adhuc. et de calamo quo metitur templum. et duobus qui uenturi sunt testibus et de bestia occisura eos. et de terremotu ciuitatis. et ue secundo.

XX De septima tuba. et de XX IIII senioribus adorantibus et gratias agentibus xpo qui est omnipotens. et de templo in celo aperto. et arca eius et de tonitruis. et de muliere amicta sole. et de dracone trahente tertiam partem stellarum.

XXI De dracone preliante cum angelis et proiecto de celo. et de muliere quam persequutus est. et de bestia ascendente de mari. cui bestie dedit unde capitibus suis. quasi occisum. et de potestate bestie mensuum quadraginta duo.

XXII De alia bestia que facit signa et prioris bestie imaginem loqui et de caractere et numerum nominis bestie et de agno et cantico nouo. et centum quadraginta quattuor milia sequentium agnum.

XXIII De angelo qui euangelizat uenisse horam

Iudicii et de alio angelo qui dicit
babilon cecidisse. et de tertio angelo qui
praemonet non adorandum bestiam
et de scriptura est et beatos esse qui in
domino moriuntur. et de angelo qui falcem
mittit terram. et de alio qui uindemiauit
et de sanguine usque ad frenos equorum.

XXIIII De septem angelis septem nouissimis
plagis. et de his qui cantant dicunt
magna et mirabilia opera tua. et de
septem angelis egressis de templo fumo
inpleto et septem fialis. et de fiala
effusa in terram facto quae uulnere. et secunda
in mare. et tertia in flumina uersa in
sanguine.

XXV De quarta fiala effusa in solem. et de
hominibus blasphemantibus. et
quinta effusa super sedem bestiae
et blasphemantibus prae dolore.
et de sexta effusa in eufraten. et de tribus
spiritibus in modum ranarum.
et quod ueniat sicut fur.
et de loco hermagedon.

XXVI De septima fiala et fulgoribus et tonitruis
et terremotu magno. et ciuitate
diuisa in tres partes et de babilone.
et quo montes et insulae fugerunt.
et de grandine. et de meretrice
uestita coccino. et plena blasphemiis.
et de cornibus et capitibus eius et quid
sit bestia siue mulier sedens
super eam et regibus decem.

XXVII De angelo qui ait. cecidit babilon
et facta est habitatio daemonum.
et alia uoce quae dicit exite de illa.
et reddite illi sicut fecit et quomodo
flebunt mercatores et numerantur
mercedes eius.

XXVIII De angelo qui sustulit lapidem
et dicit eam amplius non futuram
nec uocem sponsi inueniri et de his qui
epulantur dominum est. dicunt alleluia.

XXVIIII De uiginti quattuor senioribus et septem
animalibus. adorantibus. et de uoce
reliquorum laudantium. et de uxore
agni et nubtiarum cena. et de eo quis se
adorari uetat et de sedente in equo
albo. et qui dicitur uerbum dei. et de
exercitu eius. et est ipse rex regum.

XXX De angelo inuitante omnes aues ad
cenam. carnium humanarum et de bestia
et pseudo prophetam missis in stagnum
ignis et ceteris occisis. et de angelo qui
mille annis includit draconem in abyssum.
et de iustis regnantibus mille annis.
in resurrectione prima.

XXXI De satane solutione. et congregatione
gog et magog et incendio eorum. et dia
bolo in stagnum misso et de sedente
in throno. et de iudicio dierum. et mare
et inferno mortuos suos reddentes
et de morte secunda.

XXXII De caelo nouo. et terra noua. et hierusalem
descendentem de caelo ubi mors non erit
et ipsum qui facit noua ipse esse alpha et ω.
et dat gratis de fonte uitae et de timidis
et ceteris. et de eo qui ostendit ei
sponsam agni quae est hierusalem et de muris
et portis eius et quomodo mensus est eam.

XXXIII De fundamentis ciuitatis et lapidibus

duodecim et pluerit eius et quod sole
non egebunt nequicquam recipiet. In
clinatum et de flumine procedente
geat. et de ligno duodecies fructifi
cantem et dum semper uidendum qui
erit lumen sanctorum.

XXIIII Reuelatio haec. ut manifestetur
hominibus beatum esse. seruantem
eam. et de angelo qui reuelauit udo
rum. et qui nocet noceat et quod
cito uenit reddere unicuique. qui
est alfa et ω. et foris canes et ceteros.
et quia Ihesus est radix Dauid. et qui stella
uenit. Explicit capitulatio.

Reuelatio Ihesu Christi quam dedit
illi deus palam facere seruis
suis quae oportet fieri cito
et significauit mittens per angelum
suum seruo suo Iohanni qui testi
monium Ihesu Christi quaecumque uidit.

monium perhibuit uerbo dei et testi

I Beatus qui legit. et qui audiunt
uerba prophetiae. et seruant ea quae
in ea scripta sunt. Tempus enim
prope est. Iohannes septem ecclesiis
quae sunt in Asia. Gratia uobis et
pax a deo qui erat et qui erit et qui
uenturus est. et a septem spiritibus qui
in conspectu throni eius sunt.
et ab Ihesu Christo qui est testis fidelis
primogenitus mortuorum et princeps
regum terrae. Qui dilexit nos et
lauit nos a peccatis nostris in
sanguine suo et fecit nos regnum
sacerdotes deo et patri suo.
Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen.
ecce uenit cum nubibus et uidebit
eum omnis oculus. et qui eum pupun
gerunt. et plangent se super eum
omnes tribus terrae. etiam amen.
Ego sum A et ω. principium et finis
dicit dominus deus. qui erat et qui erit
et qui uenturus est omnipotens.

II Ego Iohannes frater uester et particeps
in tribulatione. et regno et patientia in
Ihesu. fui in insula quae appellatur
pathmos. propter uerbum dei et testi
monium Ihesu fui in spiritu. In dominico
die. et audiui post me uocem mag
nam tamquam tubae dicentis.
Quod uides scribe in libro. et mitte septem
ecclesiis. Epheso. Smyrnae. Pergamum.
Thyatirae. Sardis. Filadelfiae.
et Laudociae. Et conuersus sum ut ui
derem uocem quae loquebatur mecum.
et conuersus. uidi septem candelabra
aurea. et in medio septem candela
brorum. similem filio hominis. uesti
tum podere. et praecinctum ad ma
millas. zona aurea. Caput autem eius
et capilli erant candidi. tamquam
lana alba. et tamquam nix.
et oculi eius uelut flamma ignis.
et pedes eius similes auricalco sicut
in camino ardenti. et uox illius
tamquam uox aquarum multarum.

et habebat in dextera sua stellas
septem. et de ore eius gladius ex utra
que parte acutus exiebat.
Et facies eius sicut sol lucet in uirtute
sua. Et cum uidissem eum. cecidi
ad pedes eius tamquam mortuus.
Et posuit dexteram suam super me dicens.
Noli timere. ego sum primus et nouis
simus et uiuus. et fui mortuus et ecce
sum uiuens in secula seculorum.
Et habeo claues mortis et inferni.
Scribe ergo que uidisti. et que sunt
et que oportet fieri post hec. Sacra
mentum septem stellarum quas
uidisti in dextera mea et septem can
delabra aurea. Septem stelle angeli
sunt. septem ecclesiarum. et candela
bra septem. septem ecclesie sunt.

Hic finit storia in libro primo.

INCIPIT STORIA IN LIBRO II.

III Angelo ephesi ecclesie scribe. hec dicit
qui tenet septem stellas in dextera
sua. qui ambulat in medio septem
candelabrorum aureorum. Scio opera
tua et laborem et patientiam tuam et quia
non potes sustinere malos et tem
tasti eos qui se dicunt apostolos esse
et non sunt. et inuenisti eos mendaces
et patientiam habes. et sustinuisti
propter nomen meum. et non defecisti.
Sed habeo aduersum te. quod caritatem
tuam primam reliquisti.
Memor esto itaque unde excideris.
et age penitentiam et prima opera
fac. Sin autem uenio tibi et mouebo
candelabrum tuum de loco suo
nisi penitentiam egeris. Sed hoc
habes. quia odisti facta
nicolaitarum. que et ego odi.
Qui habet aurem audiat. quid spiritus
dicat ecclesiis. Uincenti dabo
edere de ligno uite quod est in
paradiso dei mei.

IIII Et angelo smyrne ecclesie scribe.
Hec dicit primus et nouissimus.
qui fuit mortuus et uiuit. Scio
tribulationem tuam. et paupertatem
sed diues es. et blasphemaris ab his
qui se dicunt iudeos esse et non sunt
sed sunt sinagoga sathane. Nihil
horum timeas que passurus es. Ecce
missurus est diabolus ex uobis in
carcerem ut temptemini. et habebitis
tribulationem diebus decem. Esto fidelis
usque ad mortem. et dabo tibi coronam
uite. qui habet aurem audiendi audiat
quid spiritus dicat ecclesiis. qui uicerit
non ledetur a morte secunda.

V Et angelo pergami ecclesie scribe.
Hec dicit qui habet rumpheam ex utraque
parte acutam. Scio ubi habitas
ubi sedes est sathane. et tenes nomen meum
et non negasti fidem meam. In diebus
antipas testis meus fidelis qui occisus
est apud uos ubi sathanas habitat.
Sed habeo aduersum te pauca. quia
habes illic tenentes doctrinam balaam qui docebat
balaac mittere scandalum coram
filiis israhel. edere et fornicari.
Ita habes et tu tenentes doctrinam

nicolaitarum. Similiter paenitentiam
age. si comminus uenio tibi cito
et pugnabo cum illis. In gladio oris mei.

Qui habet aurem audiat. quid sps
dicat aeclesiis. Uincenti dabo ei
manna absconsum. et dabo ei calcu
lum candidum. et in calculo nomen
nouum scribtum. quod nemo scit
nisi qui accipit.

Et angelo tiathire aeclesiae scribe.
Haec dicit filius dei. qui habet oculos
ut flammam ignis. et pedes eius similes
aurichalco. Noui opera tua. et caritatem
et fidem. et ministerium. et patientiam
tuam. et opera tua nouissima plura
prioribus. Sed habeo aduersus te.
quia permittis mulierem iezabel. quae se
dicit prophetam. docere et seducit seruos
meos fornicari. et manducare de ido
laticis. Et dedi illi tempus ut paeniten
tiam ageret. et non uult paenitere
a fornicatione sua. Ecce mitto eam
in lectum. et qui mechantur cum ea
in tribulatione maxima. nisi paeniten
tiam egerint. ab operibus eius. Et filios eius
interficiam morte et sciunt omnes
aeclesiae quia ego sum scrutans renes et
corda. et dabo unicuique uestrum secundum
opera sua. Uobis autem dico ceteris
qui in tiathira estis qui cumque non
habent doctrinam hanc. qui non cog
nouerunt altitudinem satanae quem
admodum dicunt. Non mittam
super uos aliud pondus. tamen id quod
habetis tenete donec ueniam.

Et qui uicerit. et qui custodierit usque
in finem opera mea. dabo illi potestatem
super gentes. et reget illos in uirga ferrea
et tamquam uas figuli confringentur.

Sicut et ego accepi a patre meo. et dabo
illi stellam matutinam. Qui habet
aurem audiat. quid sps dicat aeclesiis.

Et angelo sardis aeclesiae scribe.
Haec dicit qui habet septem sps dei.
et septem stellas. Scio opera tua
quia nomen habes quod uiuas et mor
tuus es. Esto uigilans et confirma
cetera quae moritura erant.

Non enim inuenio opera tua plena
coram deo meo. In mente ergo habe
qualiter acceperis et audieris et serua
et paenitentiam age. Si ergo non uigila
beris. ueniam tamquam fur. et nescis
qua hora ueniam ad te. Sed habes
pauca nomina in sardis. qui non in
quinauerunt uestimenta sua. et ambu
labunt mecum in albis quia digni sunt.

Qui uicerit sic uestietur uestimentis
albis. et non delebo nomen eius coram
patre meo. et coram angelis eius.

Qui habet aurem audiat quid sps dicat aeclesiis.

Et angelo filadelfiae. aeclesiae scribe.
Haec dicit scs et uerus qui habet clauem
dauid. qui aperit. et nemo claudit.
et claudit et nemo aperit.

Scio opera tua. ecce dedi coram te
hostium apertum. quod nemo potest
claudere quia modicum habes uirtutem
et seruasti uerbum meum. et non negasti
nomen meum. Ecce dabo de sinagoga

satane qui dicunt se iudeos esse et
non sunt : sed mentiuntur :
Ecce faciam illos ut ueniant et
adorent ante pedes tuos :
Et scient quia ego dilexi te quoniam seruasti
uerbum patientiae meae et ego te seruabo
ab hora temptationis quae uentura
est in orbem uniuersum temptare
habitantes in terra . Uenio cito .
tene quod habes . ut nemo accipiat
coronam tuam : Qui uicerit faciam illum
columnam in templo dei mei . et foras
non egredietur amplius : et scribam
super illum nomen dei mei et nomen
ciuitatis dei mei noue hierusalem
quae descendit de caelo a deo meo et
nomen meum nouum : Qui habet aurem
audiat . quid sps dicat ecclesiis :

d / uiiii

Et angelo laodociae ecclesiae scribe :
haec dicit amen testis fidelis et uerus
qui est principium creaturae dei :
Scio opera tua quia neque frigidus es
neque calidus : Utinam frigidus esses
aut calidus sed quia tepidus es et
nec frigidus nec calidus . Incipiam te
euomere ex ore meo quia dicis quod diues
sum et locupletatus . et nullius egeo
et nescis quia tu es miser . et miserabilis .
et pauper et caecus . et nudus : Suadeo
tibi emere a me aurum . ignitum
probatum . ut locuples fias . et uestimen-
tis albis induaris : et non appareat
confusio nuditatis tuae . Et collirio
inunge oculos tuos ut uideas :
Ego quos amo arguo et castigo
emulare ergo et paenitentiam age :
Ecce sto ad hostium et pulso si quis
audierit uocem meam . et aperuerit
ianuam . Introibo ad illum . et cenabo
cum illo . et ipse mecum :
Qui uicerit dabo ei sedere mecum
in throno meo sicut et ego uici . et sedi
cum patre meo in throno eius : Qui habet
aurem audiat quid sps dicat ecclesiis :

hic finit storia in libro secundo :

INCIPIT STORIA IN LIBRO III :

Post haec uidi . et ecce hostium apertum
in caelo . et uox prima quam audiui
tamquam tubae loquentis mecum
dicens : Ascende huc . et ostendam
tibi quae oportet fieri . post haec : Statim
fui in spu et ecce sedis posita erat in
caelo et supra sedem sedens : et qui sedebat
similis erat aspectui lapidis hiaspidi .
et sardino et iris erat in circuitu sedis
similis uisioni zmaragdinae : Et in cir-
cuitu sedis sedilia uiginti quattuor :
seniores sedentes circumamicti
uestimentis albis . et in capitibus eorum
coronas aureas : Et de throno procedunt
fulgura . et uoces . et tonitrua . et septem
lampades ardentes . ante thronum quae sunt
spc di : Et in conspectu sedis tamquam
mare uitreum simile cristallo :
Et in medio sedis . et in circuitu sedis
quattuor animalia plena oculis
ante et retro : Et animal primum
simile leoni : Et secundum animal . simile
uitulo : Et tertium animal habens
faciem quasi hominis : Et quartum

[margin note:] et supra thronos uiginti quattuor

. animal simile aquile uolanti :
E t quattuor animalia singula erant
habebant alas senas . et in circuitu et
intus plena sunt oculis . et requiem
non habent die et nocte dicentia :
S anctus . sanctus . sanctus . dominus deus omnipotens . qui erat
et qui est et qui uenturus est : et cum
darent illa animalia . gloriam et hono
rem . et benedictionem sedenti supra
tronum uiuenti in secula seculorum : proci
dent uiginti quattuor seniores
ante sedentem in trono . et adorabunt
uiuentem in secula seculorum : Et mittent
coronas suas dicentes : Dignus es domine
deus noster accipere gloriam et honorem et
uirtutem . quia tu creasti omnia . et
propter uoluntatem tuam erant et creata sunt .

Stri E t uidi in dextera sedentis supra
tronum . librum scriptum . intus et
foris signatum sigillis septem : et
uidi angelum fortem predicantem
uoce magna : Quis est dignus aperire
librum et soluere signacula eius :
E t nemo poterat in celo . neque in terra
neque subtus terram aperire librum . neque
respicere illum : et ego flebam multum
quoniam nemo dignus inuentus est aperire
librum . nec uidere eum : Et unus de senio
ribus dicit mihi : ne fleueris :
E cce uicit leo de tribu iuda . radix dauid :
aperire librum et septem signacula eius :
E t uidi . et ecce in medio troni . et quat
tuor animalium et in medio seniorum
agnum stantem quasi occisum .
habentem cornua septem et oculos
septem . qui sunt septem spiritus dei missi
in omnem terram : Et uenit et accepit
librum . de dextera sedentis in trono :
E t cum accepisset librum . quattuor
animalia et uiginti quattuor senio
res ceciderunt coram agno . habentes
singuli citharas et fialas aureas
plenas hodoramentorum que sunt
orationes sanctorum . et cantabant nouum
canticum dicentes : Dignus es accipere
librum et aperire signacula eius
quoniam occisus es . et redemisti nos deo in
sanguine tuo . ex omni tribu et lingua
et populo . et natione . et fecisti eos deo
nostro regnum . et sacerdotes . et regnabunt
super terram :

Stri E t uidi et audiui uocem angelorum
multorum in circuitu troni . et ani
malium . et seniorum . et erat numerus
eorum milia milium dicentium uoce
magna : Dignus est agnus qui occisus
est accipere uirtutem . et diuinitatem
et sapientiam . et fortitudinem et hono
rem et gloriam . et benedictionem . et omnem
creaturam . que in celo et super terram .
et que sub terra . et que sunt in mari .
et que in eo . omnes audiui dicentes :
S edenti in trono et agno . benedictio .
et honor et gloria . et potestas deo nostro in
secula seculorum : Et quattuor animalia
dicebant amen : Et seniores ceci de
runt . et adorauerunt :

hic finit storia in libro III :

INCIPIT STORIA IN LIBRO IIII :

E t uidi quod aperuisset agnus unum

de septem signaculis. et audiui unum de quattuor animalibus. dicentem. tamquam uocem tonitrui. ueni et uide. Et ecce equus albus et qui sedebat super illum habebat arcum. et data est ei corona. et exiit uincens ut uinceret.

II Et cum aperuisset sigillum secundum audiui animal secundum dicentem. ueni et uide. Et exiit alius equus rufus et qui sedebat super illum. datum est illi ut sumeret pacem de terra. et ut inuicem se interficiant. et datus est illi gladius magnus.

III Et cum aperuisset sigillum tertium audiui tertium animal dicentem ueni et uide. Ecce equus niger et qui sedebat super eum habebat staterum in manu sua et audiui tamquam uocem in medio quattuor animalium dicentem bilibris tritici denario. et tres libres hordei denario. et uinum et oleum ne laeseris.

IIII Et cum aperuisset sigillum quartum audiui uocem quarti animalis dicentis. ueni et uide. Et ecce equus pallidus et qui sedebat desuper. nomen illi mors. et infernus sequebatur eum. et data est illi potestas super quattuor partes terrae. interficere gladio. fame et morte. et bestiis terrae.

V Et cum aperuisset sigillum quintum uidi subtus altare. animas interfectorum. propter uerbum dei et testimonium quod habebant et clamabant uoce magna dicentes. Usquequo domine sanctus et uerus. non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. Et datae sunt illis singulae stolae albae. et dictum est illis. ut requiescerent. tempus adhuc modicum. donec compleantur numerus conseruorum et fratrum eorum. Et qui interficiendi sunt. sicut et illi.

VI Et uidi cum aperuisset sigillum sextum. et terraemotus factus est magnus. et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus et lunam facta est tota sicut sanguis. Et stellae caeli ceciderunt super terram. sicut ficus mittit grossos suos. cum uento magno mouetur. Et caelum recessit sicut liber inuolutus. et omnis mons et insulae. de locis suis motae sunt. et reges terrae. et principes et tribuni. et diuites. et fortes et omnis seruus et liber. absconderunt se in speluncis. et petris montium. Et dicunt montibus et petris cadite super nos et abscondite nos. a facie sedentis super thronum et ab ira agni quoniam uenit dies magnus irae ipsorum. et quis poterit stare.

VII Post haec uidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos terrae. tenentes quattuor uentos terrae ne flaret uentus super terram. neque super mare neque in ullum arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis. habentem signum dei uiui.

et clamabit uoce magna quattuor
angelis quibus datum est
nocere terram neque mare dicens.
Nolite nocere terram neque mare
neque arbores quod adusque signemus
seruos dei nostri in frontibus eorum.
Et audiui numerum signatorum
CXLIIII milia signati. ex tribu filiorum
israhel. Ex tribu iuda XII milia signati.
Ex tribu ruben XII milia signati.
Ex tribu gad XII milia signati.
Ex tribu aser XII milia signati.
Ex tribu nepthalim XII milia signati.
Ex tribu manasse XII milia signati.
Ex tribu simeon XII milia signati.
Ex tribu leui XII milia signati.
Ex tribu isachar XII milia signati.
Ex tribu zabulon XII milia signati.
Ex tribu ioseph XII milia signati.
Ex tribu beniamin XII milia signati.
Post hec uidi turbam magnam quam dinu
merare nemo poterat ex omnibus gentibus
et tribubus et populis et linguis stantes
ante thronum in conspectu agni. amic
ti stolas albas et palme in manibus
eorum et clamabant uoce magna
dicentes. Salus deo nostro qui sedet super
thronum et agno. et omnes angeli stabant
in circuitu throni. et seniorum. et quattuor
animalium. et ceciderunt in conspectu
throni in facies suas. et adorauerunt
dicentes amen. Benedictio et claritas
et sapientia. et gratiarum actio.
et honor et uirtus. et fortitudo deo
nostro in secula seculorum amen.

Et respondit unus de senioribus dicens.
mihi hi qui amicti sunt stolas albas
qui sunt et unde uenerunt. Et dixi illi.
Domine mi tu scis. Et dixit mihi.
Hi sunt qui uenerunt de tribulatione
magna. et lauerunt stolas suas
et de albauerunt eas in sanguine agni.
Ideo sunt ante thronum dei. et
seruiunt ei die ac nocte in templo eius.
Et qui sedet in throno habitat super illos.
Non esurient. neque sitient amplius
neque cadet super illos sol neque ullus estus
quoniam agnus qui in medio throni est
reget illos et deducet eos ad fontes uite
aquarum. et absterget deus omnem
lacrimam ex oculis eorum.

Hic finit storia in libro IIII.

INCIPIT STORIA IN LIBRO V.

Et cum aperuisset sigillum septimum
factum est silentium in celo quasi
media hora. Et uidi septem angelos
stantes in conspectu dei. et date sunt
illis septem tube. Et alius angelus
uenit et stetit ante altare habens
turibulum aureum. Et data sunt
illi incensa multa. ut daret oratio
nibus sanctorum omnium. super altare aureum
quod est ante thronum. Et ascendit
fumus incensorum de orationibus sanctorum
de manu angeli coram deo. Et accepit angelus
turibulum. et impleuit
illud de igne altaris. et misit in
terram. Et facta sunt tonitrua
et uoces et fulgura. et terre motus.
Et septem angeli qui habebant septem

tubas paraberunt se · ut tuba canerent ·

Et primus angelus tuba cecinit et
facta est grando et ignis mixta in
sanguine et missum est in terra ·
Et tertia pars terre conbusta est et
tertia pars arborum conbusta est
et omne fenum uiride conbustum est ·

Et secundus angelus tuba cecinit et
tamquam mons magnus igne ar-
dens missus est in mare · Et facta est
tertia pars maris sanguis et mortua
est tertia pars creature que habent
animas mari · et tertia pars
nauium interiit ·

Et tertius angelus tuba cecinit
et cecidit de celo · stella magna
ardens · tamquam facula · et cecidit
in tertiam partem fluminum et in fontes
aquarum · et nomen stelle dicitur
absintius · et facta est tertia pars
aquarum in absintium · et multi homi-
num mortui sunt · de aquis quia
amare facte sunt ·

Et quartus angelus tuba cecinit
et percussa est tertia pars solis · et
tertia pars lune · et tertia pars stellarum
ut obscuraretur tertia pars eorum
et diei non luceret tertia pars · et nox
similiter · Et uidi et audiui uocem
unius aquile uolantis per medium
celum dicentis uoce magna ·
Ue · ue · ue · habitantibus in terra de ceteris
uocibus tube trium angelorum
qui erant tuba canituri ·

Et quintus angelus tuba cecinit
et uidi stellam de celo cecidisse in
terram et data est illi clauis putei
abyssi · et aperuit puteum abyssi
et ascendit fumus putei · sicut fumus
fornacis magne · et obscuratus est
sol · et aer de fumo putei · Et de fumo
exierunt lucuste in terram et data est
illis potestas sicut habent potestatem
scorpiones terre · et preceptum est
illis ne ledent fenum terre · neque
omne uiride · neque omnem arborem
nisi tantum homines qui non
habent signum dei in frontibus ·
Et datum est illis ne occiderent illos
sed ut cruciarentur mensibus quinque ·
Et cruciatus eorum ut cruciatus
scorpii · cum percutit hominem ·
Et in diebus illis · querent homines
mortem · et non inuenient eam ·
Et desiderunt mortem et fugiet mors
ab ipsis · Et similitudines locustarum
similes equis paratis in prelium
et super capita eorum tamquam corone
similes auro · et facies earum sicut
facies hominum · Et habebant ca-
pillos · sicut capillos mulierum et
dentes earum · sicut leonum erant ·
Et habebant loricas · sicut loricas
ferreas · et uox alarum illarum sicut
uox curruum · et equorum multorum curren-
tium in bellum · Et habebant caudas
similes scorpionum · et aculei in caudis
earum · Potestas earum nocere
homines · mensibus quinque et habebant
super se regem angelum abyssi ·

qui nomen ebrayce abadaon.
graece autem appollion. et latine
habet nomen exterminans.
Vae unum habiit. Ecce ueniunt
adhuc duo uae post haec.
Et sextus angelus tuba cecinit
et audiui uocem unam ex cornibus
altaris aurei quod est ante
oculos dei. dicentem sexto angelo
qui habebat tubam. Solbe
quattuor angelos qui alligati
sunt in flumine magno eufraten.
Et soluti sunt quattuor angeli
qui parati sunt in horam et diem.
et mensem. et annum. ut occiderent
tertiam partem hominum. Et nu
merus equestris exercitus. uicies.
milies. dena milia audiui numerum
eorum. Et ita uidi equos in uisione
et qui sedebant super eos habentes
loricas igneas. et iacintinas et
sulforeas. Et capita equorum
erant tamquam capita leonum.
Et de ore ipsorum procedit ignis. et
fumus et sulfur. Ab his tribus plagis occi
sa est tertia pars hominum. de igne
et fumo et sulfore qui procedebat
ex ore ipsorum. Potestas enim equorum
in ore eorum est. et in caudis eorum.
Nam caude eorum. similes serpentibus
habentibus capita et in his nocent.
Et ceteri homines qui non sunt occisi
in his plagis. neque paenitentiam egerunt
de operibus manuum suarum ut non
adorarent demonia. et simulacra

aurea. et argentea. et aerea. et lapidea
et lignea. que neque uidere possunt
neque audire. neque ambulare. et non
egerunt paenitentiam. ab omicidiis
suis. neque a fornicatione. neque a furtis
suis. Et uidi alium angelum
fortem. descendentem de celo amictum
nube. et iris in capite eius. et facies
eius erat ut sol. et pedes eius tamquam
columne ignis. habebat in manu
sua libellum apertum. et posuit pedem
suum dextrum super mare. sinistrum
autem super terram. Et clamabit
uoce magna quemadmodum leo
rugit. Et cum clamasset.
locuta sunt septem tonitrua %.
aures eum. Et audiui uocem de celo
dicentem. Signa que locuta sunt
septem tonitrua. noli ea scribere.
Et angelum quem uidi stantem
supra mare et supra terram. leuabit
manum suum ad celum et iurabit
per uiuentem in secula seculorum. qui creabit
celum. et ea que in illo sunt. et terram
et ea que in ea sunt. et mare et que
in eo sunt. quia tempus amplius non
erit. sed in diebus uocis septimi angeli
cum ceperit tuba canere. consum
mabitur mysterium dei. sicut
euangelizabit per seruos suos prophetas.
Et uox quam audiui de celo iterum
loquentem mecum. et dicentem.
Vade accipe librum apertum de manu
% uoces suas. Et quum locuta fuissent
septem tonitrua scrib

angeli stantis supra mare et supra
terram. Et abii ad angelum dicens ei.
ut daret mihi librum. Et dicit mihi.
Accipe et devora illum et faciet amaricare ventrem tuum. sed in ore tuo
erit dulce tamquam mel. Et accepi
librum de manu angeli. et devoravi
eum. et erat in ore meo tamquam
mel dulce. Et cum devorassem
eum. amaricatus est venter meus.
et dicunt mihi. Oportet te iterum
prophetare populis. et gentibus. et linguis
et regibus multis. Et datus est mihi
calamus similis virge. dicens.
Surge et metire templum dei et altare
et adorantes in eo. Atrium autem
quod est foris templo eice foras.
et ne metiaris eum. quoniam datum est
gentibus. et civitatem sanctam
calcabunt mensibus quadraginta
duobus. Et dabo duobus testibus meis.
et prophetabunt diebus mille
ducentis sexaginta amicti saccos.
Hi sunt due olive et duo candelabra
in conspectu domini terre stantes.
Et si quis eos voluerit nocere. Ignis
exiet de ore eorum. et devorabit
inimicos illorum. Et si quis voluerit
eos ledere. sic oportet eum occidi.
Hi habent potestatem claudendi
celum ne pluat diebus prophetie ipsorum.
Et potestatem habent super aquas
convertendi eas in sanguinem. et percutere terram omni plaga quotienscumque voluerint.

Et cum finierint testimonium
suum. bestia que ascendit de
abysso. faciet adversus illos bellum
et vincet. et occidet illos. Et
corpora eorum in plateis civitatis
magne iacebunt que vocatur
spiritaliter sodoma. et egyptus. ubi
et dominus eorum crucifixus est.
Et videbunt populi. et tribus. et lingue
et gentibus corpora eorum. non sinunt
poni in monumentis. Et inhabitantes
terram. gaudebunt super
illos et iucundabuntur. et munera
mittent invicem quoniam hi duo prophete
cruciaverunt eos qui inhabitant
super terram. Et post dies tres. et dimidium. spiritus vite a deo intrabit eos
et steterunt super pedes suos.
Et timor magnus cecidit super eos
qui viderunt eos. Et audierunt
vocem magnam. de celo dicentem
illis. Ascendite huc. et ascenderunt
in celum in nube. et viderunt eos
inimici eorum. Et in illa hora.
factus est terre motus magnus.
Et decima pars civitatis cecidit.
et occisi sunt in terremotu. nomina
hominum septem milia. et reliqui
in timore sunt missi. Et dederunt
gloriam deo celi. Ve. secundum abiit.
ecce ve. tertium veniet cito.

VII Et septimus angelus tuba cecinit
et facte sunt voces magne in celo
dicentes. Factum est regnum huius
mundi. domini nostri et Christi eius et regnabit
in secula seculorum.

et uiginti quattuor seniores qui in conspectu dni sedent in sedibus suis ceciderunt in facies suas et adorauerunt dnm dicentes: Gratias agimus dne deus nr̄ omnipotens qui es et qui eras. qui accepisti uirtutem tuam magnam et regnasti. et irate sunt gentes et aduenit ira tua et tempus mortuorum iudicari et reddere mercedem seruis tuis pphetis et scis. et timentibus nomen tuum pusillis et magnis. Et exterminasti eos qui corruperunt terram:

Explicit storia in libro quinto:

INCIPIT STORIA IN LIBRO VI

Et apertum est templum dei in celo. et uisa est arca testamenti eius in templo eius. Et facta sunt fulgura. et uoces et terremotus. et grando magna. Et signum magnum paruit in celo. mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum duodecim. et in utero habens. et clamat parturiens. et cruciatur ut pariat. Et uisum est aliud signum in celo. et ecce draco magnus rufus. habens capita septem et cornua decem. et in capitibus eius septem diademata. et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi. et misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem que erat paritura. ut cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum qui recturus erat omnes gentes in uirga ferrea:

Et raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius. Et mulier fugit in solitudine ubi habet locum paratum a deo ut ibi pascant illum diebus mille ducentos sexaginta:

Et factum est prelium magnum in celo michahel et angeli eius preliabantur cum dracone. et draco pugnabat et angeli eius et non ualuerunt neque locus est inuentus eorum amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus. qui uocatur diabolus et satanas. qui seducit uniuersum orbem. proiectus est in terra. et angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui uocem magnam in celo dicentem: Nunc facta est salus et uirtus. et regnum dei nr̄i. et potestas xpi eius quia proiectus est accusator fratrum nr̄orum qui accusabat illos ante conspectum dei nr̄i die ac nocte. Et ipsi uicerunt illum ppter sanguinem agni et ppter uerbum testimonii sui et non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Propterea letamini celi et qui habitatis in eis. Ue terre et mari quia descendit diabolus ad uos. habens iram magnam sciens quod modicum tempus habet. Et postquam uidit draco quod proiectus esset in terram. persequutus est mulierem que peperit masculum. Et date sunt mulieri due ale aquile magne ut uolaret in desertum

Inlocum suum ubi alatur per tempus
et tempora et dimidium temporis
a facie serpentis. Et misit serpens
ex ore suo aquam tamquam flumen
ut eam faceret trahi ad flumine
et adiubit terra mulierem. et ape
ruit terra os suum et absorbuit
flumen quod misit draco ex ore suo.
Et iratus est draco In mulierem et
habiit facere prelium cum reliquis
de semine eius. qui custodiunt
mandatum dei. et habent testimo
nium Ihu xpi. et stetit supra arena
maris. Et uidi de mare bestiam
ascendentem habentem capita
septem. et cornua decem. Et super
cornua eius decem diadimata.
Et super capita eius nomen blasphemie.
et bestiam quam uidi similis erat
pardo. et pedes eius sicut ursi. et os
sicut leonis. Et dedit illi draco
uirtutem suam et potestatem magnam.
Et unum de capitibus suis quasi occisum
In mortem. et plaga mortis eius curata
est. Et admirata est uniuersa
terra post bestiam. Et adorauerunt
draconem. quia dedit potestatem
bestie. Et adorauerunt bestiam dicentes.
Quis similis bestie. et quis poterit
pugnare cum ea. Et datum est ei
os loqui magna blasphemie. et
datum est illi potestas facere menses
xlii. Et aperuit os suum In blasphe
mias. ad dominum blasphemare nomen eius.
et tabernaculum eius. et eos qui In celo
habitant. Et datum est illi bellum
facere cum scis et uincere Illos. Et
datum est potestas In omnem tribum et populum
et linguam et gentem. Et adorabunt eum
omnes qui habitant terram quorum non
sunt scripta nomina In libro uite agni
qui occisus est ab horigine mundi.
Si quis habet aurem audiat. Qui In cap
tiuitatem. In captiuitatem uadit.
qui In gladio occiderit. oportet eum
gladio occidi. Hic est patientia et fides scorum.
Et uidi alium bestiam ascendentem
de terra et habebat cornua duo agni
similia. et loquebatur sicut draco. et
potestatem prioris bestie omnem faciebat
In conspectu eius. et fecit terram et In habi
tantes In ea adorare bestiam primam
cuius curata est plaga mortis. et fecit
signa magna ut et ignem faceret
de celo descendere In terram In cons
pectu hominum. et seducit habitantes
terram propter signa que data sunt
illi facere In conspectu bestie. dicens
habitantibus In terra ut faciant
ymaginem bestie. que habet plagam
gladii. et uixit et datum est illi
ut daret spiritum ymagini bestie ut et
loquatur ymago bestie et faciat
ut quicumque non honorauerit ymagi
nem bestie occidatur. Et faciet
homines pusillos et magnos. et diuites
et pauperes. et liberos et seruos. habere
caracteres In dextera manu. aut In fron
tibus suis. Ut nequis possit emere
aut uendere. nisi qui habet caracteres

nominis bestie . aut numerum nominis
eius . Hic sapientia est qui habet
intellectum . computet numerum
bestie . Numerus enim hominis est
et numerus est . dcxvi . Et uidi et
ecce agnus stabat super montem
syon . et cum illo . cxliiii . habentes
nomen eius et nomen patris eius scriptum
in frontibus suis . Et audiui uocem
de celo . tamquam uocem aquarum
multarum . et tamquam uocem
tonitrui magni . Et uocem quam
audiui sicut citharedorum citha
rizantium . in citharis suis .
Et cantabant quasi canticum
nouum ante sedem et ante quat
tuor animalia et seniores .
Et nemo poterat dicere canticum
nisi illa centum quadraginta
quattuor milia qui empti erant
de terra . Hii sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati . uirgines
enim sunt . Hii sequuntur agnum
quocumque ierit . Hii empti sunt
ex omnibus primitie deo et agno .
Et in ore ipsorum . non est inuentum
mendacium sine macula enim sunt .

Incipit storia . in libro sexto .

INCIPIT STORIA IN LIBRO VIII .

Et uidi alterum angelum . uolantem
per medium caelum . habentem euan
gelium eternum . ut euangelizaret
sedentibus super terram . et super omnem
gentem . et tribum . et linguam . et
populum dicens magna uoce .
Timete dominum et date illi honorem .
quia uenit hora iudicii eius et adorate
eum . qui fecit celum et terram
et mare . et fontes aquarum .
Et alius angelus secutus est eum
dicens . Cecidit cecidit babilon
illa magna . que uino ire fornica
tionis sue potauit omnes gentes .
Et alius angelus tertius secutus
est illos dicens uoce magna .
Si quis adorauerit bestiam . et imagi
nem eius et acceperit caracter in
fronte sua . aut in manu sua . et hic
bibet de uino ire dei qui mixtus est
mero . in calice ire ipsius . et crucia
bitur igne . et sulfure . in conspectu
angelorum sanctorum . et ante conspectum
agni . et fumus tormentorum eorum
in secula seculorum ascendet . Nec habe
bunt requiem die ac nocte . qui ado
rauerunt bestiam et imaginem eius
Et si quis acceperit caracter nominis
eius . hic patientia sanctorum est qui custo
diunt mandata dei . et fidem ihesu .
Et audiui uocem de celo dicentem .
Scribe . Beati mortui qui in domino
moriuntur . Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis . opera
enim illorum sequuntur illos .
Et uidi et ecce nubem candidam .
et supra nubem sedentem similem
filio hominis habentem in capite suo
coronam auream . et in manu sua
falcem acutam . Et alter angelus
exiuit clamans uoce magna

ad sedentem sup nubem . Mitte
falcem tuam et mete quia uenit
hora metendi qm aruit messis terre :
Et misit qui sedebat supra nubem
falcem suam in terram . et messa est
terra . Et alius angelus exiuit
de templo quod est in celo . et habens
et ipse falcem acutam . Et alius
angelus de altari qui habebat
potestatem sup ignem . et clamauit
uoce magna qui habebat falcem
acutam dicens . Mitte falcem tuam
acutam et uindemia botros uineę
terre qm maturę sunt uuę eius :
Et misit angelus falcem suam in terram
et uindemiauit uineam terre . Et misit
in lacum irę dei magnum . et calcatus est
lacus extra ciuitatem . et exiuit sanguis
de lacu usq ad frenos equorum per sta
dia mille sescenta :

Sto. viiii Et uidi aliud signum in caelo magnum
et mirabile . angelos . vii habentes
plagas . vii nouissimas . qm in illis
consummata est ira dei . Et uidi tam
quam mare uitreum mixtum igne
et eos qui uicerunt bestiam et ymagi
nem illius et numerum nominis eius
stantes super mare uitreum habentes
cytharas di et cantantes canticum
agni dicentes . Magna et mirabilia
opera tua dne deus omnipotens iusta et
uera uię tuę rex sclorum . Quis non time
bit te dne et magnificabit nomen tuu
quia solus pius . qm omnes gentes uenient
et adorabunt in conspectu tuo . qm
iudicia tua magnificata sunt :

Explicit storia in libro septimo :

INCIPIT STORIA IN LIBRO . VIII :

Et post hęc uidi et ecce apertum est
templum tabernaculi testimonii
in celo . et exierunt septem angeli
habentes septem plagas de templo
uestiti lapide mundo candide
et precincti circa pectora zonis
aureis . Et unus de quattuor
animalibus . dedit septem angelis
septem fialas aureas plenas iracun
dia dei uiuentis in sclá sclorum :
Et impletum est templum fumo a ma
iestate dei et de uirtute eius . et nemo
poterat introire in templum donec
consummarentur septem plage
septem angelorum . Et audiui uocem
magnam de celo dicentem septem
angelis . Effundite septem fialas
ire dei in terram . Et abiit primus .
et effudit fialam suam in terram :
Et factum est uulnus seuum et pessimum
in homines qui habent caracter
bestie et eos qui adorauerunt ymagi
nem eius . Et secundus effudit fialam
suam in mare . et factum est sanguis
tamquam mortui . et omnis anima
uiuens mortua est in mare :
Et tertius effudit fialam suam super
flumina . et super fontes aquarum . et fac
tus est sanguis . Et audiui angelum
aquarum dicentem . Iustus es qui es
et qui eras scs . qui hęc iudicasti quia
sanguinem scorum et prophetarum fuderunt

et sanguinem eis dedisti bibere digni sunt :
Et audiui de altare dicentem : Etiam
domine deus omnipotens uera et iusta
iudicia tua :

IIII Et quartus effudit fialam suam
in solem et datum est illi estu adficere
homines in igni. et estuauerunt homi
nes estu magno. et blasphemauerunt
nomen dei habentis potestatem super
has plagas. neque egerunt penitentiam
ut darent illi gloriam :
Et quintus effudit fialam suam super
sedem bestie et factum est regnum
eius tenebrosum : et commanduca
uerunt linguas suas pre dolore.
et blasphemauerunt deum caeli pre
doloribus. et uulneribus suis et non
egerunt penitentiam de operibus suis :
Et sextus effudit fialam suam in flu
men illud magnum eufraten. et
siccauit aquam eius ut prepararetur
uia regibus ab ortu solis : Et uidi
de ore draconis. et de ore bestie. et
de ore pseudo prophete. spiritus tres in
mundos exeuntes. in modum ranarum :
Sunt enim spiritus demoniorum facientes
signa procedunt ad reges totius terre
congregare illos in prelium ad diem
magnum omnipotentis : Ecce uenio
sicut fur : Beatus qui uigilat
et custodit uestimenta sua ne nudus
ambulet. et uideant turpitudinem
eius : et congregabit illos in locum
qui uocatur ebraice armagedon :

VII Et septimus effudit fialam suam in aerem
et exiit uox magna de templo a throno
dicens : factum est : Et facta sunt
fulgura et uoces. et tonitrua. et terremotus
factus est magnus qualis numquam fuit
ex quo homines fuerunt super terram
talis terremotus sic magnus : Et facta
est ciuitas magna in tres partes.
et ciuitates gentium ceciderunt :
Et babilon magna uenit in memoriam
ante deum. dare ei calicem uini indig
nationis ire eius : Et omnis insula fugit
et montes non sunt inuenti : Et grando
magna sicut talentum descendit
de caelo in homines. et blasphemauerunt
homines deum propter plagam grandinis. quoniam
magna facta est uehementer :

Hic finit storia. in libro VIII :

INCIPIT STORIA IN LIBRO VIIII

Et uenit unus de septem angelis. qui
habebant septem fialas. et locutus est
mecum dicens : Ueni et ostendam tibi
damnationem meretricis magne que
sedit super aquas multas cum qua
fornicati sunt reges terre : Et inebriati
sunt qui habitant terram de uino pros
titutionis eius : Et abstulit me in deserto
in spiritu : Et uidi mulierem sedentem super
bestiam coccineam plenam nominibus blasphemie
habentem capita septem. et cornua decem :
Et mulier erat circumdata purpura
et coccino. et inaurata auro et lapide
pretioso. et margaritis : habens poculum
aureum in manu sua plenum abomina
tionem et inmunditia fornicationis eius :
Et in fronte eius nomen scriptum mysterium

babilon magna . mater fornicationum
et abhominationum terre . Et uidi muli
erem ebriam de sanguine scorum et de
sanguine martyrum et miratus sum
quam uidissem illam admiratione magna .
Et dixit mihi angelus . Quare miraris .
Ego tibi dicam sacramentum mulieris
et bestie que portat eam que habet
capita septem et cornua .x. Bestiam quam
uidisti . fuit et non est . et ascensurus est
de abysso et in interitum ibit .
Et mirabuntur inhabitantes terram
quorum nomina non sunt scripta
a constitutione mundi uidentes bestiam
quia erat et non est . Et hic sensus qui
habet sapientiam . septem capita
septem montes sunt super quos mulier
sedit . et reges septem sunt . Quinque
ceciderunt . unus est et alius non dum
uenit . Et quum uenerit oportet illum
brebe tempus manere . Et bestia que erat
et non est ipsa octaua est . et de septem est
et in interitum uadit . Et decem cornua
que uidisti decem reges sunt qui regnum
non dum acceperunt . sed potestatem
tam quam reges una hora accipiunt .
Post bestiam hi unum consilium habent
et uirtutem et potestatem bestie tradent .
Hi cum agno pugnabunt . et agnus
uincet illos . quoniam dominus dominorum est et rex regum
et qui cum illo sunt uocati et electi et
fideles . Et dixit mihi . Aquas quas
uidisti ubi meretrix sedet populi sunt . et
gentes et lingue . et decem cornua que ui
disti et bestia . hi odient fornicariam

et desolatam facient illam . et nudam
et carnes eius manducabunt . et ipsam
igni concremabunt . Deus enim dedit
in corde eorum ut faciant quod illi
placitum est ut dent regnum suum
bestie donec consummentur uerba dei .
Et mulier quam uidisti est ciuitas
magna que habet regnum super reges terre

Hic finit storia in libro . uiiii .

INCIPIT STORIA IN LIBRO DECIMO

Et post hec uidi alium angelum descen
dentem de celo habentem potestatem magnam
et terra illuminata est a gloria eius .
Et exclamauit in forti uoce dicens .
Cecidit cecidit babilon magna . et fac
ta est habitatio demoniorum et custodia
omnis spiritus inmundi . Et custodia omnis
uolucris inmunde . et odibilis quia de
ira fornicationis eius biberunt omnes gentes
et reges terre cum illa fornicati sunt
et mercatores terre de uirtute deliciarum
eius diuites facti sunt . Et audiui alium
uocem de celo dicentem . Exite de illa
populus meus et ne participes sitis delictorum
eius et de plagis eius non accipiatis . quoniam
peruenerunt peccata eius usque ad celum
et recordatus est deus iniquitatem eius .
Reddite illi sicut ipsa reddidit . et du
plicate duplicia secundum opera eius .
In poculo quo miscuit . miscete illi duplum .
Quantum se glorificauit et in deliciis
fuit . tantum date illi tormentorum
et luctum . Quia in corde suo dicit
sedeo regina et uidua non sum . et luctum
non uidebo . Et ideo in una die uenient

plage eius mors . et luctus et fames
et igni conburetur quoniam fortis est deus
qui iudicabit illam . Et flebunt et
plangent se super illam reges terrae qui cum
illa fornicati sunt et in deliciis uixerunt
quum uiderint fumum incendii eius . longe
stantes propter timorem tormentorum eius
dicentes . Ve . ue . ciuitas illa magna
babylon ciuitas illa fortis . quoniam una
hora uenit iudicium tuum . Et negotiatores
terrae flebunt . et lugebunt
super illam quoniam merces eorum nemo emet
amplius . merces auri et argenti
et lapides pretiosi . et margaritae .
et byssi et purpure . et sirici et cocci .
et omne lignum thyinum . et omnia
uasa eboris . et omnia uasa de lapide
pretioso . et aeramento . et ferro et mar-
more . et cinnamomum et amomum .
et odoramentorum . et unguenti . et turis .
et uini . et olei . et simile . et tritici .
et iumentorum et ouium . et equorum .
et raedarum . et mancipiorum . et animas
hominum . et poma tua desiderii
animae discesserunt . et omnia pinguia
et clara perierunt a te et amplius
illa iam non inuenient . mercatores
eorum . qui diuites facti sunt ab ea
longe stabunt propter timorem tor-
mentorum eius flentes ac lugentes
et dicentes . Ve . ue . ciuitas illa magna
quae amicta erat bysso et purpura
et cocco et deaurata erat auro et lapide
pretioso . et margaritis . quoniam una
hora desolatae sunt tantae diuitiae .

Et omnis gubernator et omnis qui in locum
nauigabit . longe steterunt et clama-
uerunt uidentes locum incendii . eius
dicentes . Quae similis ciuitati huic
magnae . et miserunt puluerem super
capita sua et clamauerunt flentes
et lugentes dicentes . Ve . ue ciuitas
magna in qua diuites facti sunt omnes
qui habebant naues in mari de pretiis
eius . quoniam una hora desolata est .

Exulta super eam caelum et sancti apostoli
et prophetae quoniam iudicabit deus iudicium uestrum .

Et sustulit unus angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum et misit in mare
dicens . Hoc impetu mittetur babylon
magna illa ciuitas et ultra iam non
inuenietur . Et uox citharedorum .
et musicorum . et tibia canentium .
et tuba non audietur in te amplius .
et omnis artifex . et omnis ars non in-
uenietur in te amplius . et uox mole
non audietur in te amplius . et lux
lucernae . non lucebit tibi amplius .

Et uox sponsi et sponsae . non audietur
adhuc in te . quia mercatores tui erant
principes terrae . quia beneficiis tuis
errauerunt omnes gentes et in te sanguis
prophetarum . et sanctorum inuentus est . et
omnium qui interfecti sunt in terra . Post
haec audiui tamquam uocem magnam
tubarum multarum in caelo dicentium . alleluia .

Salus et gloria et uirtus deo nostro . quia uera
et iusta sunt iudicia eius . qui iudicabit
de meretrice magna quae corrupit terram
in prostitutione sua . et uindicabit

sanguinem servorum suorum de manibus eius.
Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum.
Et ceciderunt viginti quattuor
seniores. et quattuor animalia
et adoraverunt sedentem super thronum
dicentes amen alleluia. Et vox de throno
exiit dicens. Laudem dicite deo nostro
omnes servi eius et qui timetis eum pusilli
et magni. Et audivi quasi vocem
turbe magne et sicut vocem aquarum
multarum. et sicut vocem tonitruorum
magnorum dicentium alleluia. quoniam regna
vit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus
et demus gloriam ei. quia venerunt nub
tie agni. et uxor eius preparavit se.
et datum est illi ut cooperiat se
byssino splendenti candido. Byssinum
enim orationes sunt sanctorum. Et dixit
mihi. scribe. Beati qui ad cenam nub
tiarum agni vocati sunt. et dixit
mihi. Hec verba vera dei sunt.
Et cecidi ad pedes eius ut adorarem eum.
Et dixit mihi. Vide ne feceris.
Conservus tuus sum. et fratrum tuorum
habentium testimonium ihesu.
Deum adora. Testimonium enim ihesu est
spiritus prophetie.

Explicit storia in libro x.

INCIPIT STORIA IN LIBRO XI.

Et vidi celum apertum. et ecce
equus albus. et qui sedebat super eum
vocabatur fidelis. et verax vocatur.
et iustitia iudicat et pugnat.
Oculi autem eius. sicut flamma ignis.
et in capite eius diademata multa
habens nomen scriptum. quod nemo
novit nisi ipse. Et vestitus est veste
aspersa sanguine. et vocatur
nomen eius verbum dei. Et exercitus
qui sunt in celo sequebantur eum
in equis albis vestiti byssino albo
mundo. Et de ore ipsius procedit
gladius acutus ut in ipso percutiat
gentes. et ipse reget eos in virga ferrea.
et ipse calcat torcular vini furoris
ire dei omnipotentis. Et habet in veste
et in femore suo scriptum
rex regum et dominus dominantium.
Et vidi angelum unum stantem in
sole et clamavit voce magna dicens.
omnibus avibus que volabant per medium
celum. Venite congregamini ad cenam
magnam dei. ut manducetis carnes
regum. et carnes tribunorum. et carnes
fortium. et carnes equorum. et sedentium
in ipsis. et carnes omnium liberorum
ac servorum et pusillorum. et magnorum.
Et vidi bestiam. et reges terre. et exercitus
eorum congregatos ad faciendum
prelium cum illo qui sedebat in equo
et cum exercitu eius. Et adprehensa
est bestia et cum illo pseudo propheta
qui fecit signa magna. coram ipso quibus
seduxit eos qui acceperunt caracterem
bestie. et qui adoraverunt imaginem eius.
Vivi missi sunt hii duo in stagnum
ardentis sulfure. Et ceteri occisi sunt
in gladio sedentis super equum qui pro
cedit de ore ipsius. et omnes aves
saturate sunt carnibus eorum.

Et uidi angelum descendentem de celo
habentem clauem abyssi . et catenam
magnam in manu sua . Et adprehendit
draconem serpentem antiquum et liga-
bit eum per annos mille . et misit eum
in abyssum . et clausit et signabit
super illum ut non seducat amplius
gentes donec consummentur mille
anni . post haec oportet eum solui
modico tempore . Et uidi sedes et
sederunt super eas et iudicium datum
est illis . Et animas decollatorum
propter testimonium ihu . et propter uerbum
dei et qui non adorauerunt bestiam
neque imaginem eius . nec acceperunt
caracter in frontibus suis aut in manibus
suis . et uixerunt et regnauerunt cum xpo
mille annis . Ceteri mortuorum non
uixerunt . donec consummentur mille
anni . haec resurrectio prima .

Beatus et sanctus qui habet partem in re-
surrectione prima . in eis secunda mors
non habet potestatem . sed erunt
sacerdotes dei et xpi et regnabunt
cum illo mille annis .

Item Et cum consummati fuerint mille
anni . soluetur satanas de carcere suo .
Et exiet et seducet gentes que sunt super
quattuor angulos terre . gog et
magog . et congregabit eos in prelium
quorum numerus est sicut arena
maris . et ascenderunt super latitu-
dinem terre . et circumierunt castra sanctorum
et ciuitatem dilectam . Et descendit
ignis a deo de celo . et deuorauit illos .

Et diabolus qui seducebat eos missus
est in stagnum ignis et sulfuris ubi
bestia et pseudo propheta . et cruciabuntur
die ac nocte in secula seculorum .

Explicit storia in libro XI .

INCIPIT STORIA IN LIBRO XII

Et uidi thronum magnum candidum
et sedentem super eum . a cuius conspectu
fugit celum et terra et locus non est
inuentus ab eis . Et uidi mortuos
magnos . et pusillos stantes in
conspectu throni . et libri aperti sunt
et alius liber apertus est qui est uite
et iudicati sunt mortui ex his que
scripta erant in libris secundum opera ipsorum .

Et dedit mare mortuos suos qui in eo
erant . et mors et infernus dederunt
mortuos qui in ipsis erant . et
iudicatum est de singulis secundum
opera ipsorum . et infernus et mors missi
sunt in stagnum ignis . haec mors
secunda est stagnum ignis .

Item Et uidi celum nouum et terram nouam .
Primum enim celum . et prima terra
abiit . et mare iam non est . Et ciuitatem
sanctam hierusalem nouam uidi descendentem
de celo a deo paratam sicut sponsam
ornatam uiro suo . Et audiui uocem
magnam de throno dicentem . Ecce taber-
naculum dei cum hominibus . et habitabit
cum eis . et ipsi populus eius erunt et
ipse deus cum eis erit eorum deus . Et absterget
deus omnem lacrimam ab oculis eorum
et mors ultra non erit neque luctus
neque clamor . neque dolor erit ultra

que prima abierunt. Et dixit qui
sedebat in trono. Ecce noua facio
omnia. Et dixit scribe. Quia hec
uerba fidelissima sunt et uera. et dixit
mihi. Factum est. Ego sum. A. et ω
initium et finis. ego sitienti dabo
de fonte aque uiue gratis. qui uicerit
possidebit hec. et ero illi deus. et ille
erit mihi filius. Timidis autem. et
incredulis. et execratis. et homicidis
et fornicatoribus. et ueneficis. et idolatris
et omnibus mendacibus pars illorum
erit in stagno ardenti igne et sulfure
quod est mors secunda. Et uenit unus
de septem angelis habentibus fialas
septem plagis nouissimis. et locutus
est mecum dicens. Veni ostendam
tibi sponsam uxorem agni. et sustulit
me in spiritu in montem magnum et altum.
Et ostendit mihi ciuitatem sanctam hierusalem
descendentem de celo a deo habentem
claritatem dei. Lumen eius simile
lapidi pretioso. tamquam lapide
iaspidis. sicut cristallum. Et habebat
murum altum. et magnum habens
portas xii. et in portis angelos xii. et
nomina scripta que sunt nomina xii
tribuum filiorum israhel.
Ab oriente. porte tres.
Ab aquilone. porte tres.
Ab austro. porte tres.
Ab occasu. porte tres.
Et murus ciuitatis habens funda
menta duodecim. et in ipsis duodecim.
nomina xii. apostolorum agni.

Et qui loquebatur mecum habebat
mensuram arundine auream ut metiretur
ciuitatem et portas eius et murum.
Et ciuitas in quadro posita est. et
longitudo eius tanta. quanta et
latitudo. Et mensus est ciuitatem
de arundine per stadia duodecim
milia. Longitudo. et latitudo.
et altitudo. equalia sunt. Et mensus
est muros eius centum quadraginta
quattuor cubitorum mensura ho
minis que est angeli. Et erat structura
muri eius. ex lapide iaspide. Ipsa uero
ciuitas. auro mundo. simile uitro mundo.
Fundamenta muri ciuitatis omni
lapide pretioso ornata.
Fundamentum primum iaspidis.
Secundus. sapphirus.
Tertius. calcedonius.
Quartus. smaragdus.
Quintus. sardonix.
Sextus. sardinus.
Septimus. crisolitus.
Octauus. berillus.
Nonus. topazius.
Decimus. crisophrasus.
Undecimus. iacintus.
Duodecimus. ametistus.
Et duodecim porte. duodecim margarite
sunt per singule. et singule porte
erant ex singulis margaritis.
Et platea ciuitatis. aurum mundum.
tamquam uitrum perlucidum. Et templum
non uidi in ea. Dominus enim omnipotens templum
illius est. Et agnus et ciuitas non eget
solem

neque lunam ut luceant in ea. Nam
claritas dei inluminabit eam.
Et lucerna eius est agnus. Et ambu
labunt gentes per lumen eius et reges
terrae adferent gloriam suam. et honorem
in illam. Et portae eius non cludentur
per diem. Nox enim non erit illic. Et adferent
gloriam et honorem gentium in illam.
Nec intrabit in illa aliquid coinqui
natum. Et faciens abominationem
et mendacium. nisi qui scribti sunt
in libro vitae agni. Et ostendit mihi
flumen aquae vitae splendidum.
tamquam cristallum procedentem
de sede dei et agni in medio plateae eius.
Et ex utraque parte fluminis lignum
vitae adferens fructus duodecim per
menses singulos reddentque fructum
suum. Et folia ligni ad sanitatem
gentium. Et omne maledictum non
erit amplius. Et sedes dei et agni
in illa erunt. et servi eius servient illi
et videbunt faciem eius. et nomen eius
in frontibus eorum. Et nox ultra non
erit. et non egebunt lumine lucernae
neque lumine solis. quoniam dominus inluminat
illos. et regnabunt in secula seculorum.
Lxxviii Et dixit mihi haec verba fidelissima
et vera sunt. et dominus deus omnipotens spiritus
prophetarum. misit angelum suum
ostendere servis suis. quae oportet
fieri cito. Et ecce venio velociter.
Beatus qui custodit verba prophetiae
libri huius. Ego Iohannes qui audivi
et vidi haec. et postquam audissem
et vidissem cecidi. ut adorarem ante
pedes angeli. qui mihi haec ostendebat.
et dixit mihi. Vide ne feceris.
Conservus tuus sum et fratrum tuorum
prophetarum et eorum qui servant verba
libri huius. Deum adora. Et dixit mihi.
Ne signaveris verba prophetiae libri
huius. tempus enim prope est. Qui nocet
noceat adhuc. Et qui in sordibus est
sordescat adhuc. Et iustus iustitiam
faciat adhuc. Et sanctus sanctificetur
adhuc. Ecce venio cito. et merces
mea mecum est reddere unicuique
secundum opera sua. Ego sum A et ω.
primus et novissimus principium et finis.
Beati qui lavant stolas suas
ut sit potestas eorum in ligno vitae.
et portis intrent in civitatem.
Foris canes et venefici. et inpudici.
et homicidae. et omnis qui amat. et
facit mendacium. Ego Ihesus misi
angelum meum testificari vobis haec
in ecclesiis. Ego sum radix et genus David
stella splendida. et matutina.
Spiritus et sponsa dicunt veni. Et qui
audit. dicat veni. Et qui sitit
veniat. qui vult accipiat aquam
vitae gratis. Contestor ergo omni
audienti verba prophetiae libri huius.
si quis adposuerit ad haec. adponet deus
super eum plagas quae scribtae sunt in libro isto.
Et si quis diminuerit de verbis libri huius
prophetiae auferet deus partem eius de ligno
vitae. et de civitate sancta. et de his quae
scribta sunt in libro isto quod testimonium

peribat lucaorum : et qum uenio cito amen
ueni domine ihu :
Gratia domini nostri ihu xpi cum omnibus :

EXPLICIT STORIA APOCALIPSIN IOHANNIS :

IN NOMINE DNI NSI IHU XPI INCIPIT LIBER REVELATIONIS DNI NSI IHU XPI

QVAEDAM NIS DNI NSI IHU CHRISTI
gestum q diuersis
temporibus inuenta sunt
extra multa libris
permanuntur sunt.
deuictam
autem dni
et sulbu
atoris nsi secundum deuictam. uel de
corporatione eius. depassione quoque
et morte. siue deresurrectione. regno
atque iudicio. prouirib scientiae et ex
innumerabilibus libris et scorum patrum
nobilissimorum scientiae qui breuiatos

nomina. pauca profundia patribus :
a prophetarum uocatorum. fidei
gratiaque firmata. et infidelium improperia
probata : Quae. quum uir omnibus
nota sunt qui per amplitudinem
scribantur per summa. facilius
tamen admonentium retineant :
dum brebi sermone loquuntur :
Quae tamen. non ut me sed quae ueteris
patribus explanata repperi : Inhoc
libello indita sunt et firmata :
his uocatoribus : Idem. Iheronimo.
agustino. ambrosio. fulgentio.
gregorio. ambrosio. et ysidoro :
Ut quae in illis legens non intellegeris
quum in his plebeio sermone intelligibis
dirimatum. tamen plena fide atque
deuotione. expositum recognoscis :
Omnium tamen librorum atque. hunc
librum : credas esse et uiculum :
Et si alicubi offendi. delinquentem :
Indulgentia caritatis. dominum superna :
Haec sunt parua gemulans q probabi
lium uirorum nouimus. perpisse docemus :
Quorumque eloquia proinde quibusdam
in locis a nobis inserta esse nos
cunctus : ut et nos patribus sciant
quis firmatur : haec ergo sancte
pater. reperias ob aedificationem
studii fratrum tibi dicaui. ut quem
consortem praestat religionis :
quo heredem facium et mei laboris :

PROLOGUS BEATI IHERONIMI IN LIBRO APOCALIPSIN IOHANNIS :

Iohannes apostolus et euangelista.

Locus hic vacuus nomen habere debuit ejus, cui opus inscribitur. Alterum exemplar, quod est in oppido Valcunda prope Saldañam ascriptum habet Hacergo sancte Pater Etheri, te petente etc. In eo oppido sanctum virum nomine Vitum venerantur, cujus hoc opus esse affirmant, ibique reuerenter librum asseruant. In sancta Ecclesia Toletana Codex est peruetustus Gothicis literis descriptus, Etherio Episcopo et discoro, cujus nomen non ... erit, ... cibus. Ejus discoro hoc

En jullio de 72. paso por leon Ambrosio de morales Cronista del Rei don phelipe y por commission y cartas pa prelados que trahia de su magt. pa el Reino de leon, Asturias, y galicia, sobre sancto las Reliquias, cuerpos de Reyes, y libros antiguos, q ay en las dichas partes, vio lo q ay en esta casa de sant Isidro de leon, y dexo esta nota en este libro tan estimado, y qdo de imbiarme entornando a su casa el nombre del Autor quod dixit non ...

a xpo electus atque dilectus. In tantum
amore dilectionis eius superior habitus est.
ut in cena super pectus eius recumberet.
et ad crucem stanti soli matrem
propriam commendasset. ut quem
nubere volentem ad amplexum virgini-
tatis advocaverat. ipsi ad custodien-
dum virginem tradidisset. Hinc itaque
cum propter verbum dei et testimonium
ihu xpi exilio pathmos insule socia-
retur. illic ab eodem apocalipsin
prescriptam discribitur. Ut sicut
in principio canonis. de libro genesi
incorruptabile principium prenotatur.
ita et quam incorruptabilis finis per
virginem in apocalipsin redderetur
dicentis: Ego sum alfa et ω. initium
et finis. Hic est Iohannes. qui sciens
sibi supervenisse diem egressionis
e corpore. convocatis in Epheso
discipulis descendisse in defossum
sepulture sue locum. Oratione con-
pleta. reddidit spiritum. tam a dolore
mortis factus extraneus. quam
a corruptione carnis noscitur alienus.
Cuius tamen scribture dispositio vel
libri hordinatio. ideo nobis per singula
non exponitur. ut nescientibus in-
quirendi desiderium conlocetur.

Item domni Iheronimi in explana-
tione apocalipsin.

Diversa [illegible] marina pericula
[illegible] audaces. In utrumque casus.
Si turbo ventorum vehemens fuerit
formido est. Si terga lucescant.

elementa moderatio crispantia unda
pertimescunt insidias. Ita mihi in
hoc videtur que missa tam volumine
que in apocalipsin explanatione
videtur continere. Victorini et satis
periculosum et obtrectatorum latrantibus
patens. de ingenio viri opusculis iudicare.
Nam et anterior papias gerupolites eps
et nepos in egypti partibus episcopale
de mille annorum. Ita ut victorinus sense-
runt. et quia meliores observare
nolui differre. statim expendere deprecante.
Multorum scilicet libros revolvi. et quid
in eorum commentariis de mille annorum
repperi. victorini opusculis sociavi.
Abhinc deinde secundum litteras sensum
a principio libri usque ad crucis signum
que ab imperitis erant vitiata. correxi.
Hinc usque ad finem voluminis addita
esse cognosce. Iam tuum est discernere
et quid placeat roborare. Si vita nobis
comes fuerit. tibi nostrum in hoc volumine
potissime sudabit ingenium [illegible]

Item interpretatio libri huius.

Iohannes quodam vaticinio. [illegible]
[illegible] nomen accepit. Interpretatur
enim latino eloquio domini gratia.
Post quam enim apocalipsin. Id est reve-
lationem domini scribere separatim iubetur
[illegible]. aspicit filium hominis stantem
in throno. Id est xpm in [illegible]. et [illegible]
[illegible]. quod sunt [illegible]. [illegible]
et [illegible]. Septem [illegible]. septem
candelabra aurea. et septem stellas.
Una [illegible] est. que septem formam [illegible].

xpo copulatur. Post hec uidit ostium
apertum in celo. Ostium apertum
xpm dicit natum et passum.
Celum uero ecclesia est. Post hec uidit
sedem positam in celo. Id est sacerdotes
in ecclesia per quos cotidie xps sedet
et iudicat. Et super hanc sedem qui
sedebat similis erat aspectu lapidis
iaspidis et sardino. Id est duo iudicia.
Unum per aquam. alterum per ignem.
Post hec uidit quattuor animalia
procidentia ante thronum. Id est quat
tuor euangelistas. et habent simili
tudines. Primus hominis. Id est ratio
nalis. Secundus leonis. Id est fortis ad pug
nandum. Tertius uituli. Id est immola
tus in sacrificio. Quartus aquile.
uolantis. Id est toto mentis ardore
semper debet esse in contemplatione.
Hec quattuor animalia unum sunt.
quod est ecclesia. L. IIII A

Post hec uidit in dextera sedentis
librum signatum sigillis septem.
In quo bellum. famis. mors. clamor
inaffectorum. finis quoque mundi nota
tur et sancti. Id est equos quattuor.
I Primum album. quod est ecclesia. et sessorem
II eius xpm. Secundum roseum. Id est populum
aduersantem ecclesie. et sessorem suum dia
bolum. sanguinolentum.
III Tertium nigrum. Id est famem spiritalem in
ecclesiam. et sessorem eius pseudo prophetam.
IIII Quartum pallidum. Et sessorem suum
mortem. cui datum est potestatis interficere
gladio fame morte. et bestiis terre.

Quod et quum. et habetur. In ecclesia depre
V hendantur. Quintum animas interfec
torum. propter uerbum dei.
VI Sextum. sol nigrum tamquam cilicium.
et luna in sanguine. et stellas cadentes.
Id est prolem. In credulis obscurabitur
splendor doctrine. Per lunam qui antea
fuerat est sanguinea. hoc est ecclesiam
sanctorum. In fine ostenditur. pro xpo san
guinem fundere. Stellarum casus.
fideles perturbari. In septimo sigillo
concludit. In quo nouissimo certamine
ante xpi quasi ficus uento agitatur.
amittit grossos suos. Id est. qui uidentur
sancti. separantur ab ecclesia.
Et celum recessit. ut liber inuolutus.
Id est sancti qui eo tempore nullam uirtutem
ostendunt. nisi ad sanguinem fundendum.
Et omnis mons et insule de locis suis
mote sunt. et reges terre. et magistratus.
et tribuni. et fortes. et omnis seruus et
liber. absconderunt se in speluncis
et in petris montium. et dicunt petris
et montibus cadete super nos et abscon
dite nos a facie sedentis super thronum
et ab ira agni. quoniam uenit dies magnus
ire eorum. et quis poterit stare.
Hoc totum. tempore ante xpi futurum
erit. Nam reges terre. et tribunos. et
fortes quos dicit. sancti intelleguntur. qui
eo tempore ante xpi conuincunt.
Abscondere se petunt in speluncis.
et in petris montium. Id est auxilium patrum
apostolorum et martyrum inpetrabunt.
Post hec uidit quattuor angelos.

stantes in quattuor angulos terrę.
tenentes quattuor uentos. quod sunt
quattuor partes mundi. Nam
angeli. et uenti unum sunt sed bipertiti
sunt. Id est boni et mali. Id est ecclesia
et regna mundi. quia [et] mundus
ecclesiam odit. et in ecclesia falsi fratres
reperiuntur. Et dictum est ipsis
ut non noceant in terra neque in mare
neque in ullam arborem. hoc autem
homines dicit neglegentes. Id est ne spiritum
suum extinguant. et similes sui efficiantur
nominis[?] propter decretum latentia.

Post hęc uidit duodecim milia seruorum
dei. Id est ecclesiam in duodenario numero
constitutam. qui signantur in frontibus.
Id est in cognitione operis.

VIII Septimum sigillum. In hoc signum
complet librum. septem sigillis signa-
tum. Factum est silentium in celo
quasi semi hora una. Id est serui dei.
qui ab omni seculari actione uacant.
et in contemplatione bia incipiunt.
uitam eternam degustare.

Post hęc uidit septem angelos qui
acceperunt septem tubas. Id est septem
ecclesie perfectam predicationem. sicut
propheta ait. Ut tuba exalta uocem
tuam.

I Primus angelus tuba cecinit
et factum est grando et ignis mixtus
in sanguine. Id est factum est lex dei
que habet inter multorum mortem.
uita ceteri quasi aurum in fornace probentur.

II Et secundus angelus tuba cecinit. et ue-
lut mons magnus ignis ardens missus
est in mare. Id est diabolus. missus est
in profundo.

III Et tertius angelus tuba
cecinit. et cecidit de celo stella magna
ardens uelut facula. Id est de ecclesia
dicit cecidisse homines qui ab hominibus
sancti et magni uidebantur. et per preuari-
cationem suam extincti. ulterius ad
mortem trahuntur.

IIII Et quartus angelus
tuba cecinit. et percussa est tertia pars
solis. et tertia pars lune. et tertia pars
stellarum. ut obscurarentur et pareret
tertia pars diei. et tertia pars noctis.
Id est separant se sancti ab iniquis.

Post hęc uidit et audiuit unum aquilam
uolantem in medio celo. dicentem uoce
magna. ue. ue. ue. habitantibus super
terram. de reliquis uocibus tube. trium
angelorum. qui tuba canituri sunt.

Aquila excelsum. ecclesia est. quod dicit
discurrente. Id est plagas nouissimi
temporis. magna uoce predicat.

V Et quintus angelus tuba cecinit.
et uidit de celo stellam cecidisse in terra.
et data est ei clauis putei abyssi.

Et aperuit puteum abyssi. Id est propter
nocentia abiecta. cum suo preside patuit.

Puteum aperuit. quia cor suum. multi
feraubia peruerbu. Abyssus dicitur.
quia occultatur latebat. Et ascendit
fumus de puteo. quasi fumus magne
fornacis. et obscuratus est sol. et aer
de fumo putei. Fumus autem. ignem
presignat. Iam autem ipsi obscurant.
ecclesiam et uerbis et conuincunt.
et quibusdam. faciunt cecitatem.

Et de fumo putei exierunt locuste. Id est
multitudines hominum contra ecclesiam
insurgent. Et data est eis potestas
sicut habent potestatem scorpii terre.
Scorpii autem ore palpant. et cauda percutiunt
latenter faciunt. Et similitudo locus-
tarum similes equorum paratorum ad
bellum. Super capita eorum corone
similes auro. Id est sub nomine christianitatis
uita qui soluant cum ecclesia ad nullum.
Et facies eorum sicut facies hominum.
Id est quasi rationales. Et habebant
capillos sicut capillos mulierum.
Id est fluxi et effeminati. Habebant
dentes sicut leonum. Id est ad deuoran-
dum fortes. Et habebant caudas
similes scorpiis et aculeos in caudis
eorum. uetandi in aule ecclesie quo propter
aduersarium ecclesie. et in uno corpore
multa membra signat. In capita
principes terre. In cauda falsos sacer-
dotes. qui regali amicitia ecclesiam pre-
munt. et a populo securitatem promittunt.
Et habebant super se regem angelum
abyssi. Id est diabolum uel regem eius.
Abyssus populus est. Nomen habet ebraice
abaddon. grece apollion latine
perdens. Uae unum habiit. ecce ueni-
unt adhuc duo uae post eum. Ecce
signa bestie putores hominem esse igno-
rantes. et locustas demonia siue
multitudinem hominum accipientes
potestatem ledendi qui non sunt
agni cruore signati. Tri
Et sextus angelus tuba cecinit. Ecce

hic incipit nobilissima predicatio.
Et audiui unam ex quattuor cornibus
angelum aureum qui est in con-
spectu dei. dicentem sexto angelo qui
habebat tubam. solue quattuor
angelos ligatos in flumine magno
eufrate. Unum ex quattuor cornibus
populum de circumcisione dicit qui in toto
mundo solus deum cognoscebat. Et aurea
ecclesia est. que ex circumcisione uenit.
Solue quattuor angelos quod dicit.
Id est ab oriente et occidente. a septen-
trione et meridiano. per quattuor
partes mundi uniuersalis sicut ecclesia
et cognoscat nomen domini. Hic angelos
cui tuba solui precipitur. ad quos
ecclesie predicatio intelligitur.
Eufrates autem. flumen est babilonis.
Babilon omnis mundus intelligitur.
Et post hec uidi equos in uisione. et
sedentes super eos habebant loricas
igneas. iacinctinas et sulfureas. et
capita sicut leonum. Non tales quales
supra dixit. sed similes.
Dum similes dixit. unum tamen dissimiles
describit. De ore eorum exit ignis
et fumus et sulfur. In fumo iacincto
dixit. Id est uerba ipsorum hominum.
Ab his tribus plagis. igne. fumo. et sulfure
quod exit ex ore eorum. occisa est
tertia pars hominum. Potestas equorum
in ore. et in caudis eorum. Id est principes
mundi. et sacerdotes. et in his nocent
quia sine ipsis nocere non possunt.
Et uidi alium angelum fortem descendentem

de celo. nube amictum. et iris super caput
eius. dns indutus erat ecla. Iris super
caput. peretuitatu ecle. Nubes.
predicatores. qui miraculis pluunt.
et facies eius sicut sol. et pedes eius
sicut columne ignis. In facie cogni
tio xpi. In pedes. passio novissime
persecutionis. et habebat in manu
sua librum apertum. id est plegam
et evangelium. cognoscere xpm.
Et posuit pedem suum dextrum super
mare et sinistrum super terram. dextrum
in mari. id est fortia membra in medio
ribus periculis. minora membra in con
petentibus. Et clamavit voce magna
sicut leo fremit. id est precepit fortiter
predicare. et cum clamasset.
locuta sunt septem tonitrua voces
suas. et que locuta sunt septem tonitrua.
eram scripturus. Et audivi vocem
de celo dicentem. Signa que locuta sunt
septem tonitrua. ne ea scripseris.
Hec prima parte libri dixit.
In ultima vero precipitur. ne signabe
ris. id est quod in primordio ecle planis
sime non cognovit. finis quotidie
ostendit. Et angelum quem vidit
stantem super mare. et super terram sustulit
manum suam in celo. et iuravit. per
viventem in secula seculorum. quia tempus iam
non erit. Sed in diebus vocis septimi
angeli cum ceperit tuba canere.
iam non esse tempus nisi persecutionis.
id est resurrectionem futurum pacis. In
quo firmata erit ecla sicut apostolus ait.

Novissima tuba. et in ea consummatum
erit misterium dei. sicut evangelizabit
per servos suos. Et vocem audivi de celo
loquentem mecum. et dicentem vade accipe
librum qui erat in manu angeli. et comede
illum. et erit tibi in ore dulcis sicut
mel. et in ventre amarus sicut fel. ::
Hic liber. lex est. et evangelium.
Sed cum eum ceperis legere. dulcis erit
in ore. sed amaritudinem sentiet. cum
predicare et operare ceperis. quod in
tellexeris. Et cum fuisset esset in ore
meo dulcis et in ventre amarus. dixit
mihi. Oportet te iterum predicare.
Quum hoc dicit aperte intellegitur.
In primordio ecle prophetiam apertam
habuit. cum tantum martiria collegit.
Tempore cum fides omnem mundum per
lustrabit prophetie os clausit. et quod
dicit oportet te iterum predicare. ostendit
dicitur in fine seculi quod erit adventus
ante xpi. prophetie os aperire.
In ore dulcescere. et in ventre amaricare.
cum ceperit predicare. et operare.
Et datus est mihi arundo similis virge.
et dixit mihi angelus. Surge et metire
templum dei et altare. et eos qui adorant
in illo. Non ille sedebundus audiebat
ut diceret ei. Surge. Sed hoc
peccatori dictum erat. surge ad penitentiam
agum. Templum metire est patrem
confiteri omnipotentem et filium xpm filium eius
qui natus est de spiritu sancto. et maria
virgine. Hunc propter predicatum
hunc esse manum dei. et verbum patris.

extendit totum orbis. Hec est arundo
et mensura fidei. Sed nemo adorat
aram sanctum. nisi qui hanc fidem recte
crediderit. Ipsi soli adorant. quia
non omnes qui uidentur adorare.

Et dicit mihi. Atrium quod est foris
templum exclude foris. Templum
sanctos dei dicit. Atrium uero christianos
malos dicit. quia uerum ad templum
pertinere uidetur. sed templum non est.

Et christiani multi ad sanctos pertinere uidentur.
sed sancti non sunt. Proinde excludentur
foris. quia tempore antichristi ciuitatem
sanctam id est ecclesiam ipsi calcabunt.

Et dabo duobus testibus meis et prophe
tabunt diebus mille ducentos nona
ginta amicti ciliciis. hii duo testes.
lex est et euangelium. Amicti ciliciis
quia penitentiam predicant. Uerum
in finem de elia. et qui cum eo uenturus
est dicit. Dabo duobus testibus meis
et prophetabunt. dies mille cc lx.
quod sunt anni tres. et menses sex. quod
est illorum predicatio. et regnum anti
christi aliud tantum. hii sunt due
oliue. et duo candelabra. hec secundum
litteram de elia diximus. Sed nunc
spiritualiter de duo testamentis. quod est
lex et euangelium dicimus. hii sunt
due oliue et duo candelabra. Iste
candelabrus qui per moysen septem
lumenorum scribitur. ecclesia est septi
formis spiritu plena. Et duas oliuas
id est lex et euangelium infundere oleum
candelabro. id est ecclesie. hec est ecclesia

cum oleo suo indeficienter quod eum
facit in lumine orbis ardere.

Et si quis eos uult ledere. Ignis exiet
de ore eorum. et deuorabit inimicos eorum.

Id est. si quis legem et euangelium
audire noluerit. diuino igni crema
bitur. hec est ignis id est uerbum predi
cationis quem ihesus uenit mittere in terra
corporis nostri. et omnibus ardere desiderat.

Hii duo habent potestatem claudere
caelum ne imbrem pluat. id est ligandi
et soluendi. Et habent potestatem
aquas uertere in sanguine. Aquas
scripturam dicit. Tunc celum clauditur
quando uerbum predicationis in corde
durissimo non tenetur. et per praua
opera hoc ipsum in uitale fit in eis.
quod christianum uidetur. Et uincet eos
et occidet eos. hoc antichristus cum suis
ministris spiritualiter in ecclesia faciet.
uincet eos qui opera mala faciunt.

Occidet eos qui christum predicant. et
a malis non recedunt. quia qui legem et
euangelium non obseruant. tamquam
antichristus eliam et enoch occidet. Et corpus
eorum proicietur in platea ciuitatis.

Duorum dixit unum corpus. quia lex et
euangelium. unum sunt. et ecclesie unum
corpus ostendunt. quod autem dixit
proicientur in platea ciuitatis. platea
grece latitudo dicitur. quia latam
uiam et spatiosam secundum corpori
testamentorum. id est legis et euangelii
proicientur usque in medio ciuitatis
quod est ecclesia. sicut scriptum est.

Occidit discipulos meos et prohibentur sermones meos post et. Et videntes populi et tribus et linguis et gentibus corpus eorum tribus diebus et dimidium.

Idest extenditur quinquaginta quod sunt anni tres et menses sex. Hoc spiritaliter est intellegendum. A passione domini usque ad tempus antichristi anni dicuntur tres et menses sex. Omne enim tempus nunc presens nunc futurum sicut dominus in evangelio: Veniet inquid hora ut omnis qui vos occiderit putet se obsequium prestare deo. Numquam enim separatur presens tempus a novissimo quo revelabitur antichristus. Quia quod nunc visibiliter fit nunc invisibiliter in gentibus geritur.

Et corpora eorum non permittunt poni in monumentis. Idest votum eorum dicit qui christum secuntur non permittunt eos quiete penitentiam agere. Sicut scriptum est:

Ve vobis scribe et farisei et ypocrite qui clauditis regnum celorum.

Idest: nec vos intratis, nec alios permittitis intrare. Et habitantes terram gaudent super eos et epulantur et munera invicem mittunt. Idest quando affliguntur luctu tunc gaudent et exultant in luctu.

Et quum unus ipse gaudet in luctu sicut de christo dicebant: Gravis est nobis ad videndum. Et non solum gaudet sed et exultare facit sicut scriptum est:

Peccator videt et irascetur dentes suos frendet et tabescet. Gaudebunt ergo quum iam nihil habuerint quod in pugnantes ferunt dissolvitur occursusque bonis et eorum hereditate possessa quia dicit hi duo prophete cruciaverunt habitantes terram. Ac si dicunt: hi qui per legem et evangelium vivebant et nos vivere cogebant. Tunc gaudent cum eos a persecutione dispersos et exterminatos vident.

Et post tres dies et dimidium spiritus vite a deo intravit in illos et steterunt super pedes suos et timor magnus cecidit super videntes eos. Et audivi vocem magnam de celo: Ascende huc. Et ascenderunt in celum in nube.

Idest tres dies et dimidium iam supra spiritaliter diximus a primo adventu usque ad secundum adventum. Quod autem dicit steterunt super pedes suos hoc ad resurrectionem futuri pertinet. Quod autem dicit timor magnus cecidit super videntes eos communiter dicit. Et mutata [illegible] vice erit sine fine. Qui gaudebant temporaliter erit tribulantur. Quod autem dicit ascende huc et ascenderunt in celum in nube hoc est quod apostolus dicit:

Rapiemur in nubibus obviam christo.

Ante adventum autem domini nulli hoc posse contingere ut aliquis homo preter christum in celum ascendat in corpore. Scriptum est enim in ... christi.

Deinde qui sunt veri discipuli christo in adventum eius suscipientur in nubibus et occurrunt obviam ei.

Unde excluditur omnis suspicio quorundam

[Margin: Et gaudebunt sine fine qui temporaliter]

qui putant hos duos testes duos viros
esse. et ante adventum domini caelum
in nubibus ascendere. Si proelium est
cum eo venturus est dicitur. hoc quod
supra exposuimus. quomodo poterunt
habitantes terrae de duorum nece gau
dere. si in una civitate moriuntur.
aut quando poterunt munera mittere
si tres dies sunt qui inter quos gaudentia
de morte contristabuntur de resurrec
tione. aut quales epulae potuerunt
esse. si triduano cadavera humana
mixto fetore fuissent. Quod manifes
tum est quia hos duos. pro lege et
evangelio dicit. Tres et dies et dimi
dium. a primo adventu domini usque ad
secundum adventum est. Et timor magnus
cecidit super videntes eos. de hominibus
vivis dixit. Quia et illi quos dies
iudicii vivos invenerit. pertimescent
in resurrectione dominicorum. Et vide
runt eos inimici eorum. Hic separabit
iustos ab illis quos in commune dixerat
timuisse. Et in illa hora factus est
terrae motus magnus. Id est persecutio in
adventu domini. In illa hora quod dicit
omne tempus significat. ut qui in tecto
est non descendat tollere quicquam
de domo suo. Id est qui per evangelium
vivit. non praesumat reiterare hominem
veterem. et quod semel abrenuntiabe
rat. habere non desideret. Et decima
pars civitatis cecidit. et occisi sunt
in terraemotu septem milia. Id est in perse
cutione tota Christi dicitur cecidisse

septem milia et decem milia. perfectus
numerus intellegitur. Duo sunt
aedificia in ecclesia unum supra petram
quod est Christus. alterum super arenam quod
sunt haeretici. hoc dicitur corruisse
in persecutione. et ceteri timuerunt.
Et dederunt claritatem deo caeli. Isti
sunt supra petram. quia quando in
iustos constanter morientes viderint
ipsi iusti amantes confessione animas
suas sollicitantur et in observa
tione praeceptorum plus accenduntur.
et laetantes deum clarificant. sicut scrip
tum est. Videns impium puniri.
astutior fit. Finita recapitula
tione. quam praetermisso septimo
angelo dixerat. repetit ordinem dicens.
Vae secundum abiit. Primum enim
vae per locustarum proelio dicitur
abisse. et alterum venire in equos.
duobus modis vae. recapitulatum est.
Nunc finita ipsa recapitulatione
dicit vae. secundum abiit. Vae ergo
secundum abiit. equorum est. quod sequitur
tertium vae. et septimus angelus in quo
finis describitur. hic videtur duos
fines fecisse in sequentes. unum recapi
tulationis. alterum ordinis.
Dixit enim finem in resurrectione testium.
Id est legis et evangelii quam hic supra
exposuimus quos praeter ordinem subiecerat
et inducit alterum quam
pugnae equorum debebat dicere.
Vae secundum abiit. ecce vae
tertium veniet cito.

L VIII

Et septimus angelus tuba cecinit. et facte sunt voces magne in celo dicentes: Factum est regnum mundi dei nostri et Christi eius et regnabit in secula seculorum.

Et viginti quattuor seniores ceciderunt in facies suas. et adoraverunt dominum dicentes: Gratias tibi agimus domine deus omnipotens qui es et qui venis. quoniam accepisti virtutem tuam magnam. et regnasti. et gentes irate sunt. et venit ira tua. et tempus quod a mortuis iudicetur. Initium dixit et finem: Regnasti. et gentes irate sunt.

Primus adventus est. venit ira tua quod a mortuis iudicetur. Secundum et dare mercedem servis tuis prophetis et timentibus nomen tuum. et corrumpere corrumpentes terram. Ecce ve tertium venit in voce septimi angeli in quo et novissimum certamen et domini manifestus adventus. Non est qui laudet dominum et gentes agunt contra creatorem preter ecclesia quia cum terre vibrat et terre credit. tunc tumulis omnibus ve putatur. Unde intelligimus bonorum remunerationem non esse sine malorum ve. Sicut ipsa ecclesia dixit: Venit ira tua et tempus quod a mortuis iudicetur. et dare mercedem servis tuis. et corrumpere corrumpentes terram. Hoc est ve novissimum quem aquila dixerat. ve. ve. ve. habitantibus terram. De reliquis vocibus tube trium angelorum

qui tuba cantaverunt in hac ve. fecit finem. Sed recapitulat ut nativitate domini eadem altera clarius

LB VI

dicatur: Et apertum est templum dei in celo: et visa est arca testamenti eius in templo eius. Id est in ecclesia manifestatus est Christus et aperta est prophetia in ecclesia. Et facta sunt fulgura et tonitrua. et terremotus et grando magna. Hec omnia virtutes sunt coruscationis et predicationis et bellorum ecclesie. Sicut supra in septem angelorum tubis exposuimus ab adventu domini usque in finem. Ita quid per singulas tubas quemadmodum prophetata facta sunt recognoscas. Ita et nunc ut templum dei in celo apertum est et pugne secute dicantur.

Et audi inquid bestiam ascendentem de abysso. Post multas plagas septem infixas. ascendisse bestiam dicit de abysso.

Hec proprie de antichristo dicit. quia ex quo Christus natus est semper in malis hominibus fuit. Qui Christum crucifixerunt abyssum ipsius fuerunt. Qui ecclesiam persecuntur abyssus antichristi sunt. Abyssus enim homines sunt in tenebris ambulantes. quia sicut Christus habuit mediatores suos pueros sanctos et pastores qui eum significaverunt. et postquam venit ipsi eum cognoverunt. qui et signaverunt. et inde suscitavit ecclesiam. et Christus caput totius ecclesie in uno corpore regnat cum sua membra. Ita et antichristus habet mediatores suos reges malos et sacerdotes quorum membra sibi per opera recognoscat. et omnium malorum rex est et caput. Et signum magnum visum est in celo: Id est in ecclesia: deim

hominem fieri. Mulier amicta sole
et luna sub pedibus eius et in capite
eius corona stellarum duodecim.
Ecclesia est patrum et prophetarum.
et apostolorum. que gemitus et tormenta
ad desiderium sui habuit. usquequo xpm
secundum carnem promissum ex populo suo
gente uideret corpus sumsisse. Sole autem
amicta. spes est resurrectionis. Luna
uero. periculum sanctorum. que in tenebris
istius seculi patiuntur. quod deficere
numquam potest. Nam quem ad
modum minuitur. ita et augetur.
Ita et ecclesia habet in tenebris lucem sicut
luna. Corona autem stellis duodecim.
quorum patrum significat. ex quibus
erat xps carnem sumpturus. Et in xpo
duodecim omnibus istis quod est ecclesia.
Et mulier in utero habet. et clamabat
parturiens. cruciabatur ut pareret.
Hanc mulierem ecclesiam dicimus que xpo
in utero habet. Que ecclesia cum grande
gemitu parturit. que xpm emittere
cupit. Et uisum est aliud signum
in celo. ecce draco rufus magnus.
Celum ecclesia est. draco diabolus.
Simulat se xpm adoraturum per suos
ministros in ecclesia. sicut herodes in
eo tempore quem adorare simulat
occidere querebat. Ita diabolus
natum mulieris ecclesie. per malos xpianos
simulando scilicet. xpm in peccatore
nostro conatur occidere. Habens capita
septem. et cornua decem. Sed quod sunt
capita. hoc sunt et cornua.

In septem capita omnes reges. Et in decem
cornua. omnia regna dicit. Utrumque
enim perfectus numerus est. Et cauda
eius trahit tertiam partem stellarum celi.
et misit eas in terram. Cauda huius
draconis prophete et sacerdotes iniqui
sunt. sicut in locis aliis diximus.
Qui stellas celi uidentur sibi. id est sanctos
qui uidentur in ecclesia. deiciunt in
terra. quia omnes sancti celum sunt. et pec
catores terra dicuntur. Ipsi sunt sub pe
dibus mulieris. Et genuit mulier filium
masculum. id est ecclesia xpm. Deinde corpus
eius quod sunt sancti quem cotidie cum
gemitu parturit. Unum filium dixit.
quia xps qui caput est ecclesie et eius est
membra unum est. Masculum dixit.
Id est uictorem aduersus diabolum. qui
feminum uicerit. Nam et femina
que diabolum uicerit. masculus nun
cupatur. Et masculus quem diabolus
uicerit. feminum superare diabolus
dicitur. Et mulier fugit in heremum.
Id est in desertum quod sunt homines mali
qui predicationem non recipiunt. qui sicut
scorpiones et uipere. de quibus dns dixit
suis ita. Dedi uobis potestatem calcandi
super serpentes. et scorpiones.
Et factum est prelium in celo. michael
et angeli eius pugnabant cum dracone
et draco pugnabat. et angeli eius.
Michaelem. xps dicit. Celum ecclesia.
et angelos eius sanctos homines. Et nemo est
qui habet angelos nisi dns ihs xps.
Abstraxerunt diabolum.

cum angelis suis in celum uictum esse pugnare. qui in terris unum hominem Iob a domino concessum uincere non ualebat. potestatem autem numquam pugnandi cum semine mulieris. non cum filio dei uita angelis eius accepit. Et non ualuerunt. neque locus eorum inuentus est amplius in celo. Id est in hominibus sanctis dixit. qui credentes semel christo expulsum diabolum amplius non recipiunt.

Et quum uidisset draco quia exclusus est in terram persecutus est mulierem que peperit masculum. Quanto enim diabolus deicitur. tanto magis persequitur.

Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam uelut flumen ut eam flumine auferret. Id est peccatum quod persequitur ecclesiam significat. Et uidi ascendentem bestiam de mari. Supra dixerat de abysso. nunc dicit de mari.

Mare et abyssus et bestia unum sunt.

Id est homines mali nascuntur de hominibus malis sicut uipere nascuntur de uiperis. In hoc bestia multa demonstrat membra. Aliquando sacerdotes malos. Aliquando diabolum. Aliquando peccatum malum. aliquando religiosos falsos. habentem cornua decem et capita septem. et super cornua decem diademata. et super capita eius nomen blasphemie. In cornua. potestatem dicimus uel super uirum.

In capita principes mundi. In diademata nomen christianitatis.

In nomen blasphemie principes suos.

laudant et timent. et quasi deos obaudiunt. et deum qui fecit omnia cognoscere nolunt. et sine dubio in ecclesia christi membris repperiuntur.

Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra. Aliam dixit de officio. sed una est. quia sicut secunda uolum autem prioris bestie facit. Falsum prophetam. et sacerdotem dicit. Et habebat duo cornua similia agno. Id est legem et euangelium predicabat sicut agnus et simulabat speciem iusti hominis et loquebatur quasi draco. Et ignem descendere de celo faciunt in conspectu hominum. sicut et hodie magi per angelos refugas signa faciunt in oculis hominum. ita et sacerdotes mali ad tempus populo baptizant. Sacerdotes ordinant siue reconciliant. Hec ignem faciunt descendere de celo. Ignis spiritus sanctus est.

Celum ecclesia. Et seducunt eos non qui in celo habitant. sed qui in terra. et faciunt sibi ipsos simulacrum bestie prioris et per se ipsos in ecclesia regnat antichristi.

Et uidi alium angelum uolantem per medium celum. et alium angelum sequentem illum. Id est alium et qui cum eo uenturus est qui incipit predicatione sua regnum antichristi.

Hoc secundum litteram dixit. ceterum autem angelum in celum uolantem. et alium sequentem legem et euangelium dicit.

In celo. id est in ecclesia. predicatione discurrentem. Et angelus secundus secutus est dicens. Cecidit. cecidit babilon

illa magna. Babilonem ciuitatem
diaboli dicit. id est populum ipsius.
Nam sicut ciuitas dei Ierusalem est. Ita
e contrario ciuitas diaboli. Hierusalem est
et babilon in omni mundo. Et hic ait
hierusalem est que occidit prophetas. Et illa
hierusalem ... celestis dei est. ubi nostra con
uersatio est. Illa libera est. que est
mater omnium nostrum. Ista seruit cum
filiis. Nostra uero Ierusalem in hoc mundo non
dicitur hierusalem. id est uisio pacis. quia
inpugnata est. Sed Ierusalem nostra Sion
dicitur id est speculatio. contempla
tionis. quia terrena calcat. et
medullitus ad celestia anelat.
Iam per enigmata contemplat. quem
postea facie ad faciem uidere
desiderat. Quod autem dicit cecidit
babilon magna. hoc damnatus
ad iudicium pertinet. quasi factum
dicit quod futurum est. Quod duobus
uicibus repetit. cecidit. cecidit.
primum uidetur per heresem et scismata
et discessionis opera ab Ierusalem cecidisse.
Et alteros in diem iudicii dupliciter dam
natos esse. Et angelus tertius secutus
est dicens. Si quis adorat bestiam.
et simulacrum eius. et acceperit notam
in fronte sua et ipse bibet de uino ire dei.
et cruciabitur igne. et sulfure. in cons
pectu dei. in conspectu sanctorum. Bestiam supra
diximus. diabolum. et populum eius esse.
In fronte cognitio diaboli. In dextera
uero. nimium quasi christianitatis. sed
notam in dextera aut in fronte.

accipiunt. quando est que cognouerint
faciunt. Et uidi et ecce nubem
album. et super nubem similem
filium hominis. id est christum et Ierusalem
describit. In claritate sua per rotatio
num flammas albescentem. Habens
in capite suo coronam auream.
Ipsi sunt seniores cum coronis aureis
et in manu sua habebat falcem
acutam. id est in opere suo potestatem
maledictionis. Propter quod omnis fur
et plurus adhuc usque ad mortem penas
luet. Fur et plurus. ypocrite sunt
de quorum dominus ait. qui non intrat per
ianuam quod est christus. fur est et latro.
Et angelus exiit de templo clamans
uoce magna sedenti super nubem.
Mitte falcem tuam et uindemia
botros uinee terre. et mitte in torcular
ire furoris domini. Falcis messoria et
uindemiatoria unum est. et uno
tempore fiunt. calcatio autem torcu
laris. et secatio messis. retributio est
peccatoris. Ita qui modo non conpu
tantur per penitentiam apud eos. uagantur
fiunt. et non torquentur per torcular
tribulationis. uenientem tamen
in ira Ierusalem fiunt. torquentur sine fine.
contra Ierusalem in gehenna.
Et uidi aliud signum in celo magnum
et mirabile. angelos septem habentes
plagas septem nouissimas. quia in
ipsis consummata est indignatio dei.
Dicit de septem. et repetit de septem.
Hoc spiritaliter intellegendum est. quia

In septem plagas persecutionis latet in
telligitur. sicut septem ecclesias septiformis
gratia declaratur. In hac septem pla
gas. latet dominus dicit: quia semper per legem dei
persecutores peccata populum contaminatum:

Et uidi sicut mare uitreum. et stantes
super eum habentes citharas et fialas:
In mare baptismum. quia aquas maris
amara est. per aquam. baptismum:
Per amaritudinem. penitentia intelligitur:
Per uitreum uero fragilem. quia baptismum
cito frangitur. sed per penitentiam in forma
ce tribulationis restauratur. Citha
ras quas dicit. corda laudantium deum.
Id est qui carnem suam crucifixerunt
cum uitiis et concupiscentiis his subiecti
et mortificabunt membra sua que sunt
super terram. Post hec uidi. et apertum
est templum tabernaculi testimonii in
celo. et exierunt septem angeli qui habebant
septem plagas de templo. Templum.
tabernaculum et celum. unum sunt:
Id est ecclesia. Quod autem dicit apertum.
manifestatio est. siue bona siue mala
in ecclesia. Septem angeli habentes plagas.
septem ecclesie sunt. Que in septenari forma
numerum unum ecclesiam faciunt. et habet
datam potestatem a domino ligandi. et
solbendi. et unusquisque sibi bonum faciat
siue malum. non poterit in ecclesia occul
tari. Et unum ex quattuor animalibus
dedit septem angelis septem fialas
aureas plenas ire dei uiuentis. Iste sunt
fiale quas cum odoribus ferunt seniores et
animalia que sunt ecclesia que et septem angeli

et quod sunt odoramenta hoc est legem dei
orationem autem sanctorum. qui est ignis [illegible]
[illegible]. Hoc autem leti sunt mundo:
v Unum ex animalibus dedit ecclesie fialas. Id est
euangelium predicationis. ut si quis
audierit saluabitur. et qui non audierit
in lege dei percutietur. Euangelium autem
uoluntas dei est. Omnis qui Christum sequitur
uoluntatem patris facit. Et nemo pote
rat intrare templum. quo usque finiantur
septem plage. Id est nemo hypocritas
poterit intrare ecclesiam. quia erit pressura
magna qualis numquam fuit. et non
liberaretur omnis caro. nisi deus propter
electos breuiasset illos dies:

Et audiui uocem de celo magnam dicentem
septem angelis. Ite effundite fialas
ire dei in terram. Data potestas est ecclesie.
ualde perfundat terram de qua exiit:
Omnes hee plage spiritales sunt. Nam ipso
tempore in illis erit omnis populus impius
ab omni plaga corporis. quasi qui acceperit
datam mali faciendi potestatem:
Nec flagellatur in corpore. quasi flagella
tur aliquando comperitur. Sed usque
in finem in adimpletione peccatorum suorum
perdurat. Et primus angelus effudit
i
ii sup. phialam suam in terram. Et secundus
angelus effudit fialam suam in mare:
iii Et tertius angelus effudit fialam suam
in flumine et fontes aquarum. Et quartus
iiii angelus effudit fialam suam super solem:
v Et quintus angelus effudit fialam suam
super thronum bestie. Et sextus angelus
vi effudit fialam super flumen magnum eufraten

37

Tertia autem mare. flumina. fontes aquarum
sol. tronus bestie. fluvius eufrates. aer.
super que angeli effuderunt fialas suas
tertia est. Id est homines quod probare
facile est. Omnibus enim angelis in terram
fundere mandatum est. Omnes autem
plage iste spiritaliter intellegende sunt.
Plaga est enim insanabilis. et tam magna
accipere potestatem peccandi. maxime
in sacerdotes. nec corrumpi adhuc. Malos ita dei
et eorum fomentum subministrant.
ut unusquisque sacerdos quicquid facit sibi
licitum putet. ut et semper sibi placeat
et putat se deo sacrificare. et fratribus minis
trare. Haec est plaga iste dicti que maxime
in servos dei grassatur. qui voluntatem
propriam secuntur. Et vidi de ore draco
nis. et de ore bestie. et de ore pseudo prophete.
spiritus tres inmundos quasi rane. Draconem
illum supra diximus diabolum esse. Bestiam
id est corpus diaboli. quod sunt homines mali.
Et pseudo propheta id est prepositi. corporis diaboli
quod sunt sacerdotes et predicatores mali.
unum spiritum habent quasi rane. Rane demo
nes sunt. Rane enim in lacunis et collec
tiones aquarum nutrire solent. et haec aqua
inmunda est. et nihil aliud prodest
animal ipse. nisi quod solum vocis improbis
et inportunis clamoribus reddet. Porro
autem animal inmundum est. et aqua
ubi nutritur sordidissima. Quid est aliud
nisi pseudo prophetes. id est sacerdotes. et predi
catores sordidissimi qui quantum porro
sordidi sunt sicut rane et quam et ipsa
aqua sonparunt in flatu modulatione

velut ranarum sonis et cantibus huic
mundo deceptionis fabulas inferunt.
Sic sunt in terra genera sub nomine religionis
ut genus permanent. et in hoc pseudo propheta
quattuor membra sunt. Id est hereticus
quod unusquisque id sibi eligat et faciat
arbitrio suo. quo melius illi esse videatur.
Et a simbolico catholico compiatur.
vindicat quod faciat. et hoc sibi sanctum
predicat. Iste fons genera est. Alius est
scismaticus. Scisma. abscisura ani
morum vocatur. Eandem enim religionem.
eundem cultum. eundem ritum credunt ut
ceteri sancti. sed solo congregationis dele
ctatur discidio. Id est cum ceteris sanctis
qui genera sunt unum non habet consilium.
Quia plus se sanctum putat esse. quam ceteros
in genere. et quia plus vigilat. plus
laborat. plus ieiunat quam ceteri
ita plus se sanctum estimat. ut omnia in
munda se dicat sanctificare. Alius est
superstitiosus. Superstitio dicta.
eo quod sit superflua. aut super instituta
ta religionis observatio. Et iste non
vivit equaliter ut ceteri fratres. sed quasi
amore martirum sancti illos permanent.
ut violentes de hac vita discedentes.
martires nominentur. De circilliones.
Hii greco vocabulo cotopitae dicuntur.
quos nos latine circilliones dicimus. eo
quod agrestes sunt. Circum enim prouin
cias. quia non sinunt se uno in loco cum
fratribus uno esse consilio. et unum vitam habere
communem. ut anima una et cor unum
vivant apostolico more. Sed ut diximus

diuersas terras circuire et sanctorum sepulcra
peruidere: quasi pro salute animae
suae. sed nichil ei prodest. quia hoc
sine consilio communi fratrum facit.
Quartus est ypocrita. Ypocrita dicitur
greco sermone quod latine simulator
dicitur. Qui dum intus malus
sit. bonum se palam ostendit.

× crisin: iudicium interpretatur.

Yppo enim falsum dicitur. Nomen
autem yppo ductum est ab specie eorum
qui in spectaculis contecta facie
incedunt distinguentes uultum
caeruleo. id est nigro minioque colore.
et certis pigmentis habentes simulacra
oris lintea gipsata. et uario colore
distincta. Aliquando et colla
et manus creta perunguentes. ut ad
personae colorem peruenirent. et populum
dum in ludis agerent fallerent. modo
in specie uiri. modo in feminae. modo
tonsi. modo criniti. modo anili. modo
uirginali. ceteraque specie aetate sexuque
speciem argumentati erant sicut erat.
et de hoc accepit yppocrita nomen
de his qui in falso uultu incedunt.
et simulant quod non sunt. Tale hoc
genus monachorum intus sunt mali.
sed foris bonos se ostendunt. Nam
ypocritae dici non possunt. eo quod foris
exierint. quam se manifestauerint.
sed iam heretici dicuntur. Haec quatuor
genera proprie dicuntur pseudo
prophetae. Ita dicitur pseudo propheta eo
quod ut resurgit. siue in episcopatu.
siue in presbiterio. siue in diaconatu. siue
in religionis ostensione. siue in patientia se-
culari suo arbitrio utuntur. et quod
faciunt sanctum sibi dicunt. et non per
auctoritatem scripturarum. sed uerbis
mendacii defendunt. Quare? quia
non catholica secta diriguntur.
Isti sunt fures et latrones. qui non per
ostium in ouile intrare uolunt. quod est
Christus. Hi sunt membra draconis et bestiae
et pseudo prophetae. de quorum ore exeunt spiritus
inmundos quasi ranae uidit exire.
unum spiritum uidit. sed pro numero partium
unius corporis membra demonstrabit.
Draco. id est diabolus. Bestia id est corpus
diaboli. quod est populus malus.
Et pseudo propheta. id est prepositi corporis
diaboli. unum spiritum habent quasi ranae.
quia unum uerbum omnes adfirmant.
Et septimus angelus effudit fialam suam
in aerem. et exiit uox magna de templo
a throno dicens. Factum est. id est finitum est.
Templum uero et thronum ecclesiam
dicimus. Quam uero dicit finitum est.
septem plagas dixit finire. sed
recapitulat ab eadem persecutione.
Et facta sunt fulgura. et uoces. et
tonitrua. et terraemotus. qualis non est
factus. ex quo homines facti sunt
super terram. Tantus terraemotus. et
tam magnus. id est pressura qualis non
fuit. Et facta est ciuitas illa magna.
in tres partes. Ciuitas magna omnis
omnino populus est. quisquis est sub celo.
qui fiet in tres partes. quam secta diuisa
fuerit. uaria gentilitas. una pars.

et abominatio uastationis alteru :
et facta que fuit damnatio ipsius. terra :
Et ciuitates gentium ceciderunt. et babi
lon illa magna in memoriam deo uenit.
dare ei poculum uini irę suę. et omnis
insula fugit. et montes non sunt in
uenti. Ciuitates gentium. gentes sunt
non baptizate. Babilon. abominatio
est uastationis. quod est latine. gene
rale malum. Siue in paganos. siue
in xpianos. siue in seruos dei. quicquid
malum agitur. babilon dicitur.
Babilon enim confusio. id est conmixtio
interpretatur. id est quicquid malum est.
a xpo. et a facto separatur. Tunc autem
babilon cadit. ut iram dei bibat.
quam potestatem accipit aduersus
factum. Precipue nouissimo tempore.
propter ea ipsum dicit cecidisse. pro
terrore. et metu. et contumelia. quam
facit facte. quia ut diximus. pagani.
et xpiani. mixti sunt. quam facta.
Non enim separatur ciuitates habent
xpiani. ualde specialiter ceciderunt.
Quia si indictam iudicii putandum est.
quas postea babilon in memoriam deo
uenit. Sed has ciuitates bone et
male. in hominis describuntur. et quod
dicit ciuitates gentium ceciderunt.
id est. spem suam quam in hoc mundo
habebant. perdiderunt. Insule uero
et montes qui fugierunt. et non sunt
inuenti. facta est. quam omnis in iurias
subportat. et malum pro malo non
reddet. et quam conuicia sustinet.

et audit a blasphemantium non
respondet. fugire et non esse inuenta
dicitur. Et grando magna quasi
talentum. quam descendit de celo
super omnes. hunc grandinem dixit
iram dei. quam propter deus comminatur.
Et blasphemauerunt omnes deum propter plaga
grandinis. quoniam magna est plaga eius
nimis. Hec plaga quam diximus. hodie
in ea facta est. et quam unusquisque
precepta domini non facit. spiritaliter
a grandine deuastatur. Grando
enim quicquid tenerum inuenerit.
deuastat. Ita ira dei quicquid tenerum.
id est molle. et dissolutum. ut tepidum.
inuenerit. tunc deuastat. quam
totis uiribus laborantem non uidet.
Et uenit unus ex septem angelis haben
tibus fialas. et locutus est mecum
dicens. Ueni ostendam tibi damna
tionem meretricis magne sedentis super
aquas multas. cum qua fornicati
sunt reges terre. et inebriati sunt
qui habitant terram de uino fornica
tionis eius. unum ex septem angelis
quem dicit facta est. Fialum uero.
euangelium est. mulierem meretricem
quam dicit. corruptelam. et operum
malum dicit. sedere super aquas
multas. id est. super populos. Aque enim
populi sunt. siue xpiani sint mali.
siue pagani. siue heretici. Ipsa est
illa bestia. quam supra diximus.
Reges terre quos dicit. principes mun
di sunt. Quod dicit inebriatos.

Idest opera eorum et luxoria mala. qui in
terra fit per ipsos. Et abstulit me in
heremum in spiritu. et uidi mulierem sedentem
super bestiam. heremum dicit desertum.
Idest ubi predicatio euangelica nec facitur
nec recipitur. deserti dicuntur. quia
a deo deseruntur. Bestie uero et atque
mulier unum sunt. Idest populus malignus.
qui corpus est diaboli. et est aduersarius
agno. Id est xpo et ecclesia. Et uidi mulierem
sedentem super bestiam coccineam. Idest
peccatricem. et cruentatam sanguine mar-
tyrum. et omnium sanctorum. habentem capita
septem. et cornua decem. Capita septem.
omnes reges dicit. Et cornua decem. omnia
regna. Quia septem et decem. perfectus
numerus est. Et mulier erat circumdata
auro. lapide pretioso. et margaritis.
Et habebat in manu sua calicem aureum
plenum abominationum. et inmunditias
fornicationum eius. quod autem dixit
erat ornata. et calicem aureum plenum
inmunditia. ypocrisis est quia foris
quidem apparent hominibus quasi iusti.
Intus autem pleni sunt omni inmunditia.
Haec mulier quam bestia. et reges terre. uisi
sunt in celo. Idest in ecclesia. hi sunt qui
cum agno pugnabunt. Idest usque in finem
seculi ecclesie aduersabuntur. et agnus uincet
eos. quia dominus dominorum. et rex regum est. et
qui cum eo uocati. et electi. et fideles.
Idest electum dixit. uocatos. et electos. et
fideles. Quia non omnes uocati electi
sunt. sed multi uocati pauci uero electi.
Multi fideles. sed non electi. Et dicitum

est mihi. Ueni ostendam tibi mulierem
agni. et ostendit mihi ciuitatem descen-
dentem de celo. Agnus xps est. Mulier
agni ecclesia est. Semper descendit de celo.
quia semper ecclesia nascitur ecclesia. Idest
descendit. sci. Imitando sanctos. sicut e contrario
descendunt mali imitando malos. Post hec
uidi alium angelum. descendentem de celo.
habentem potestatem magnam. et terra in-
luminata est. a claritate eius. et clamabit
in fortitudine dicens. Cecidit cecidit.
babilon illa magna. et facta est
habitaculum demoniorum. Iste angelus
xps est. quod autem clamabit fortiter.
predicatio euangelii est. Quod uero dicit cecidit
babilon illa magna. et facta est habi-
taculum demoniorum. planius ostendit
babilonem. Induuit esse partem diuisam.
Idest paganos. et malos xpianos. qui usque
a deo separantur. uni nec una per fidem.
alii per operum. Propterea admonet ecclesiam
dicens. exite de ea populus meus. ne communicatis
peccatis eius. et plagis eius ne ledamini. hoc
ecclesie dicit. Et tulit unus angelus
lapidem molarem grandem. et misit in
mare dicens. Sic impetu deicietur
babilon magna ciuitas. et non uidebitur
amplius. Iucunditatem dicit terrene
Impiorum. et ultra non inueniri.
Post hec audiui uocem magnam populi multi
in celo dicentem alta. Hoc semper dicit
ecclesia. Quam discernit facta fuerit.
et quam aperte uindicata. tunc
uere a babilonia separabitur.
Non enim in hoc mundo nisi quam usque

de corpore secunt et vadunt impii in
profundum inferni. quem angelus lapi
dem molarem in profundum maris mitti
nubit. iusti vero in vitam aeternam.

Et vidi caelum apertum. et ecce equus albus.
et sessor eius vocatur fidelis. et verus.
Ipse equus ecclesia est. et sessor eius xps.
Hic est equus. quem primo signo viderat in ea
roseum. et nigrum. et pallidum.

Et vidi angelum stantem in sole. Id est
predicationem in ecclesia. et clamabat voce
magna dicens omnibus avibus que volant
in medio caeli dicens. venite congregamini
ad cenam magnam dei. ut manducetis
carnes regum. et tribunorum. et fortium.
liberorum. et servorum. pusillorum. et magnorum.
Hos omnes spiritaliter comedit ecclesia dum com
mediantur. hii discessiones. et epulis spiritalibus
pascuntur ubi est ecclesia. Aves volantes
ecclesiam dicit. et quos commedere
diximus. inimici ecclesiae sunt quos semper
spiritaliter devorat.

Et vidi bestiam et reges terrae. et exercitus
eorum. congregatos facere bellum. cum
sedente super equum et cum exercitu eius.
Bestia. diabolus est. et omnis populus qui con
tra ecclesiam et xpm pugnant. et capta est
bestia. et cum ea pseudo propheta qui fecerat
signum in conspectu bestiae. ut adorarent
simulacrum eius viventes missi sunt ipsi
duo in stagnum ignis ardentis et sulphoris.
Bestia capta quod dicit. in finem adventus
sui dns diabolum comprehendet et cum
eo pseudo propheticum. Id est diabolum. et populum
malignum. et prepositos. unum corpus
diversa in parte. Nam hii duo viventes
populus est et prepositi quos dns vivos in
venerit. hos dicit viventes mittere
in stagnum ignis ardentis. Reliqui vero
occisi sunt gladio sedentis super equum
exeunte de ore eius. et omnes aves saturatae
sunt de carnibus eorum. Id est. quos in suo
adventu xps mortuos invenerit propterea
dicit reliquos. Sedentem super equum.
xpm dicit super ecclesiam. Gladium ex ore
eius. verbum est predicationis. Omnes
aves quas dicit. sancti sunt quod est ecclesia.

Quod vero saturati dicit de carnibus
eorum. Id est omni tempore comedit ecclesia
carnes inimicorum suorum. Sagina
buntur autem in resurrectione. de eorum
carnali opere vindictam. post adventum
autem dni. et aeterne damnationem.
quis occiderit gladio manifestat
avibus comedendus. quando corpora tunc
resurgunt. ut homines in aeterno iudicentur.
Hic facit finem. et recapitulat ab origine.

Et vidi alium angelum descendentem
de caelo. habentem clavem abyssi. et
catenam magnam in manu sua. et tenuit
draconem id est diabolum. et ligavit eum
in abyssum annis mille. et clausit et
signavit super eum. ne seducat amplius
homines. usque dum finiantur mille anni.
Angelum quem dixit xpm dicit primo
adventu. clavem abyssi populi sui
potestatem. Catenam quam dicit.
potestatem quam dedit ds populo suo.
Quod vero dicit ligavit eum mille annis
in abyssum. abyssus populus est exclusus.

de cordibus credentium. Quod dixit mille annos a primo adventu dni usque ad secundum adventum dicit. ut eos qui credituri sunt non noceat quantum cupit. Post haec oportet eum solvi modico tempore. Id est in fine seculi. quando in antixpo ingressus erit ille princeps diabolus. et sui ministri in homines malos. Tunc talem potestatem habebit. qualem numquam habuit nec tantum antequam xps veniret.

Et vidi thronos et sederunt super eos. et iudicium datum est eis. Tronos duodecim tribus Israhel dicit. quod est ecclesia que sedet in xpo. a primo adventu dni de quo diabolus ligatus est. Iam sedet et iudicat. quia sicut scriptum est. Iam sci mundum iudicant. Sed ipsi hoc faciunt. qui perfecte mundum derelinquunt. et xpm toto mente secuntur.

Hoc de vivis scis dicit. dicit et de sepultis scis. Et vidi animas occisorum propter verbum di. et testimonium ihu. Ambobus enim perhibet ecclesia testimonium. Id est verbo. et cum(?). qui est unus xps filius dei. Beatus et scs qui habet partem in resurrectione prima. In eis secunda mors non habebit potestatem. Id est qui in hoc seculo venerit ad penitentiam. in futuro non mittetur in gehenna. Sedebunt sacerdotes xpi et regnabunt cum eo mille annis. Id est in perpetuum. Mille enim perfectus numerus est. Et cum finiti fuerint mille anni.

solvetur satanas de carcere suo. Id est solvetur in initium simulque deficiet et vadet in perditionem aeternam. Nam non sic solvetur ut liberetur. sed seducet gentes que sunt super quattuor angulos terre. quod est gog et magog. seducere. dispendere est: et secum in perditione trahere omnes impios. quos in quattuor angulos terre seduxit. In una secum perditione collectos. aeternis faciet mancipari suppliciis. Et congregabit eos in prelium quorum non est numerus sicut arena maris. Id est multitudo peccatorum elevat in superbia. sed terrena eos opera deprimit. Circuierunt castra scorum. Id est communes volunt scis gerere.

Sed iam prophetatum est de ipsis. Convertuntur adversum et fame pugnantur vacantes. et circuibunt civitatem. Et descendit ignis de celo. et devorabit eos. et diabolus qui seducebat eos. missus est in stagnum ignis et sulphoris. ubi et bestia et pseudo propheta. et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Haec est illa solutio quam supra diximus. ut seducat. cum seducatur in aeterna.

Et vidi thronum magnum et candidum et sedentem super eum. In throno. iudicii figura est. quando xps in die iudicii pertinet ad ipsum omnem mundum iudicabit. Candidum quod dicit. quia unumquemque per iustitiam iudicabit.

A cuius conspectu fugit terra et celum
quia non potuerunt ante potestatis
iudicium sustinere celum et terra.
nullus enim locus in loco erit ubi eat eum.
sed quasi nichilum. et nunc reputate
sunt ei. Sic ostensa forma iudicii
iudicantis qualitate disponit.
iudicium ipsut agitauri iam dicit.
Vidi mortuos magnos et pusillos.
stantes in conspectu throni. et libri
aperti sunt. Id est uniuersorum opera
declarantur. et alius liber apertus
est. qui est uite. Liber uite. xps est.
Tunc ostenditur uniuerse creature
sue. et iudicati sunt mortui. ex his
que scripta sunt in libris secundum opera
ipsorum. Id est per legem et euangelium
iudicati sunt. Secundum quod opera
fecerunt aut non fecerunt. et dedit
mare mortuos suos. Id est quos uiuos
inuenerit in istud secto. et mors et infernus
dederunt mortuos suos. Ipse sunt
gentes sepulte. et qui non est inuentus
in libro uite scriptus. Id est qui non est
iudicatus a domino uiuus. missus est
in stagnum ignis. hec est mors secunda.
Et uidi celum nouum. et terram nouam.
Primum enim celum. et terra habiit.
et mare iam non est. et ciuitatem sanctam
Ihrslm nouam uidit descendentem de
celo a deo compositam. sicut sponsam
ornatam uiro suo. Celum nouum
et terram nouam dicit. sanctos sine corrup
tione. Ihrslm celestis multitudo sanctorum est.
que cum domino dicitur esse uentura.

coniungenda domino suo. In gaudium mansura
cum eo. Et audiui uocem de throno dicentem.
Ecce tabernaculum dei cum hominibus
et habitabit cum ipsis. et ipsi populus eius
erunt. et ipse deus cum eis erit eorum deus.
Et abstergit deus omnem lacrimam ab oculis
eorum. et mors ultra non erit. neque luctus.
neque dolor. que prima fuerunt habierunt.
FINIT.

INCIPIT TRACTATUS DE APOCALIBSIN IOHANNIS. IN EXPLANATIONE SUA A MULTIS DOCTORIBUS ET PROBATISSIMIS UIRIS INLUSTRIBUS DIUERSO QUIDEM STILO SED NON DIUERSA FIDEI INTERPRETATUS. UBI DE XPO ET ECCLESIA. DE ANTIXPO ET EIUS SIGNIBUS PLENISSIME RECOGNOSCAS.

PREFATIO.

INCIPIT PREFATIO

Biformem divine legis storiam
duplici sacramenti misterio
discernendum. Non nostre humani
tatis fragilitas ulla potentia terminet
nisi ub ipso auctore sue legis d(omi)no Ih(s)u
Xp(ist)o modum dicendi et testimonium sumat
eloquii. Unde apocalipsin s(an)c(t)i Iohan
nis exponitur. habitatore est invoco
s(an)c(tu)m sp(iritu)m. ut qui illi secretorum suorum
arcana revelabit. nobis interioris in
tellectus lumen pandat. ut possimus
que scripta sunt inculpabiliter discernere.
et auctori deo magistranti depromere.
In quantum lucis libri de quo agitur
late describitur.

EXPLICIT PREFATIO.

INCIPIT STORIA.

Apocalipsis Ih(s)u Xp(ist)i quam dedit ille dis
palam facere servis suis que oportet
fieri cito. et significabit mittens per
angelum suum servo suo Iohanni. qui
testimonium perhibuit verbo dei. et
testimonium Ih(s)u Xp(ist)i. quecumque vidit.

Beatus qui legit. et qui audit verba
prophetie. et servat que in ea scripta
sunt. tempus enim prope est.

Iohannes septem ecclesiis que sunt in Asia.

Gratia vobis. et pax a deo qui est. et qui
erat. et qui venturus est. et a septem spiri
tibus qui in conspectu troni eius sunt.
et ab Ih(s)u Xp(ist)o qui est testis fidelis primo
genitus mortuorum. et princeps regum terre.

Qui dilexit nos et lavit nos a peccatis
n(ost)ris in sanguine suo. et fecit
nos regnum sacerdotes
deo et patri suo. ipsi
gloria in secula
seculorum.
amen

EXPLICIT STORIA

INCIPIT

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE.

Apocalipsis Ih(s)u Xp(ist)i quam dedit illi d(eu)s
palam facere servis suis
que oportet fieri cito.

Videtis igitur quod apocalipsis
id est revelatio dicitur. secretorum
latere sensum manifestata
absconditum. Quod nisi ipso revelante.
qui sensata intelligere non valebit.
Et quid ait: Apocalipsis Ih(s)u Xp(ist)i. quam
dedit illi d(eu)s. hoc est Iohanni apostolo
beatissimo palam facere servis suis.
ut que dicta dixerat. et que
dixerat manifestet.

It(em). Que oportet fieri cito. Hic significans
et rationem temporum. et sensum.
et intellectum. veloci mobilitate
completum.

It(em). Et significavit mittens per angelum suum
servo suo Iohanni. Id est non
cogitatione conceptu dixerat.



non aliquibus falsiloquis scripauerit
carminibus. sed per angelum. Idest
per ueritatem suę nuntium. seruo suo
probatissimo scilicet uiro. et sanctissimo
apostolorum omnium Iohanni direxerat:

qui testimonium perhibuit uerbo dei
uidelicet. qui predicauit filium dei
et essentia deitatis. et testimonium
reddidit de domino Ihesu Christo
quęcumque uidit in illo. et audiuit

epistolo. et eunde in epistola sua loquitur dicens. quod uidimus et audibimus. et manus nostre contrectauerunt de uerbo uite. et uita adparuit. et manifestauimus uobis.

Beatus qui legit et qui audit uerba prophetie. et seruat que in ea scripta sunt. Intellegi uult. quod lectio non faciat custodiam mandatorum. nec auditus consummat operis perfectionem exhibeat. sed solum ita perfectio que legeris et audieris. et opere facere coneris.

Tempus enim propeest.

Perficientibus et non longum tempus remunerationis faciet sed uicinum dicit esse. diuini muneris donum.

Deinde ordiatur dictorum suorum initium. et dicit. **Johannes septem ecclesiis. que sunt in asia.**

Numquid nam tantum. et aulis uir uni tantum prouincie. et non omnibus gentibus diuine mysterium pandere reuelationis incluruit. ut ad tantum paruum numerum et tantum unius prouincie sui destinatur scriptura.

Ab ortu enim solis usque ad occasum. laudabile est nomen domini. et in omni loco sacrificatur. et offertur nomini eius oblatio munda. et quid sibi tantum propter esse uidetur. ut solus suscipere reuelationem apostolicam mereatur.

Sed est in numero misterium. et in uocabulo prouincie sacramentum.

Primum enim numeri huius discutienda nobis est. quia et senarius et septenarius numerus. mistice semper conscriptus repperitur in lege.

Sex enim diebus fecit deus celum et terram et in septimo requieuit ab operibus suis.

Et in eo inquid rursus in eo dixit. Intrabunt in requiem meam. Ebdomada hec igitur. perfectionis sancti signat statuum. ita non tantum uideatur apostolus uel septem ecclesiis uel illo cui tunc in terra erat mundo discernere. sed uniuersis sanctis usque ad consummationem futuris. hec scripta erunt mittere. Unde et numerum sacratissime designabit. et asyam nominabit. Que latine interpretatur eleuata siue gradiens. Significans scilicet celestem populum. quem totum catholicum dicimus eleuatum a domino et semper ad superna gradientem.

Que spiritualis perficiens studiis. in diuinitatem celesti concupiscit.

Gratia uobis et pax a deo qui est et qui erat et qui uenturus est. Ita enim nomen suum scriptura et paulo declarabit. ubi ita iohannes septem ecclesiis que sunt in asya. tali in uerbo similitudinem dominum esse iohannem manifestissime conprobabit dicendo. qui est. et qui erat et qui uenturus est. Ideo enim semper esse est. Unde et ad moysen dicitur.

Ego sum qui sum. et ipse apostolus in euangelio dicit. In principio erat uerbum. et uerbum erat apud deum. et deus erat uerbum. hoc erat in principio apud deum. Significans omne

uerbum coaeternum principium. quia
erat in principio. Nec habere principium
quia erat apud deum. Nec finem
recipere. quia deus erat uerbum.
Manere semper quia hoc erat in principio
apud deum. eundemque hic uenturum
significat. unde numquam recessit.
Hinc namque ait. Caelum et terram ego
impleo. Hinc est quod sapientia illius
dicit. Girum caeli circuiui sola. Hinc
de eius spiritu scriptum est. Spiritus domini reple
uit orbem terrarum. Hinc est quod
dominus iterum dicit. Caelum mihi sedes est.
Terra autem scabellum pedum meorum.
Rursumque de eo scriptum est. caelum
metitur palmo. et terram pugillo con
cludit. Sedes quippe cui praesidet.
interior. et superior manet. Caelum
palmo metiens. et terram pugillo con
cludens. ostenditur quod ipse sit
circumquaque cunctis rebus quas crea
uit exterior. Id namque quod interius
concluditur. a concludente exterius
continetur. Per sedem ergo cui praesidet.
esse interius supraque. per pugillum quo
continet. exterius subterque signatur.
quia enim ipse manet intra omnia.
ipse extra omnia. ipse super omnia. infra
omnia. et superior est per potentiam
et inferior per sustentationem. et exterior
per magnitudinem. et interior
per subtilitatem. Sursum regens.
deorsum continens. extra circumdans.
interius penetrans. Nec alia parte
superior. alia inferior. aut alia
parte exterior. atque alia maneat
interior. Sed unus idemque totus
ubique praesidendo sustinens. Sustinendo
praesidens. Circumdando penetrans.
penetrando circumdans. Unde
superius praesidens. Inde inferius
sustinens. Et unde exterius ambiens.
Inde interius replens. Sine in
quietudine superius regens. sine
labore inferius sustinens. Interius
sine extenuatione penetrans. Exterius
sine extenuatione circumdans.
Est itaque inferior superior sine loco
est amplior sine latitudine. est
subtilior sine extenuatione.
Ubi igitur dicitur uenire. qui dum
per molem corporis nusquam est
per incircumscriptam substantiam.
qua cum patre est. ubique est.
Et a quo omnia cum patre et spiritu sancto.
nusquam deest. Sed uenire eius est
in quo formam serui adsumpsit.
et semet ipsum exinaniuit.
Exinanitio eius est ab inuisibilitate
sue diuinitatis. uisibilem se
hominem demonstrare. Bene ergo
dicit. qui est et qui erat. et qui
uenturus est. quia permanet et
erat. quia cum patre omnia fecit
non de uirgine initium sumpsit.
Venturus itaque ad iudicandum.

Et a septem spiritibus. qui in conspectu
throni eius sunt. Ecce hoc est illud
septenarium sacramentum quod ubique
perscribitur. hic septem spiritibus

Inducuntur qui et unus atque idem
sps. Scs scilicet sps. unus inmense
est sed in uirtutibus septiformis
inuisibilis. et incorporeus. cuius
speciem deprehendere inpossibile est.
Cuius septenariae uirtutis numerum
esayas magnificus manifestat
dicens. Sps sapientiae et intellectus.
Ut per intellectum et sapientiam.
rerum omnium cognoscat esse fac
torem. Sps consilii et fortitudi
nis. qui et cogitauerit et fecerit.
Sps scientiae et pietatis. Qui scien
tiae siue adinuentione creatu
piae moderaretur. et misericordiae
semper intenderet. Sps timoris
dni. Cuius dono timor domini
creaturis rationalibus penetra
retur. Haec est ipsa uenerandi sps
sca proprietas. quae laudem potius
ineffabilem continet. non
naturam signat speciem.

Et ab ihu xpo qui est testis fidelis primo
genitus mortuorum et princeps regum terrae.

Quem superius manifestat illud uerbum
quod ante adsumptionem carnis
erat apud patrem in gloria. Necessario
adsumptae humanitatem carnis
adnectit dicens. Et ab ihu xpo
qui est testis fidelis. Scilicet
testimonium suis diuinis rebus
per susceptum hominem reddens.
et passione sua ac sanguine inter
ueniens pro peccatis nostris. et
mundans nos ab omni iniquitate.

Sic fidele testimonium pro nostra fragilitate
et inbecillitate deo detulit patri. apud
quem non est commutatio. nec
uicissitudinis obumbratio. Primo
genitus mortuorum. quia primus
resurrexit a mortuis. dum eum mors
tenere non potuit. Unde et apostolus
dicit. Primitiae xps. Deinde hii
qui sunt xpi in praesentia eius. Id est.
Deinde nos qui xpiani sumus per
baptismum nuncupati. In secundo
eius aduentu resuscitati. a morte
consurgimus. Et ideo primogenitus
dicitur et primitiae mortuorum.
quia primus ipse deuictis inferis
repedauit ad caelos. Hic est princeps
regum terrae. quia rex regum est
et dns dominorum. Qui dilexit nos.

Non enim nos diligendo dm uicissitudinem
dilectionis excipimus. Sed ipse prior
dilexit nos. ut pro nostra humilitate
homo fieret. et serui formam acciperet.
cui in terra similis nullus est. Quia
omnis homo tantummodo homo est.
Ipse autem ds et homo. Nullus homo
ei similis est. quia etsi adobtiuus
quisque filius ad percipiendam
diuinitatem proficit. Nequaquam
tamen uere naturaliter esse cepit.
qui bene etiam seruus dicatur est.
quia formam serui suscipere dedig
natus non est. Nec maledictam
iniuriam in talia adsumpta
humilitatis carnis quia et tota seruitudinem
susciperet. nec tamen tanta per

mutaret. nec diuina humanitate
minuit. nec humana diuinitate
consumsit. Quia et sic per paulum
dicitur. Quia cum in forma dei esset.
non rapinam arbitratus est esse se
aequalem deo sed semet ipsum exinaniuit.
formam serui accipiens. Non rapuit
quia habuit. et semet ipsum exinaniuisse
est ab inuisibilitatis suę magnitudine.
se hominem uisibilem demonstrasse.
Vt acceperit forma accepit. hoc quod incircū
scripte omnia cum diuinitate
Tx unde patet. Et lauit nos a pec-
Rs catis nostris in sanguine suo.
Affectum dilectionis ipsius. certitudinis
ostendit. quia in eo causa mortis non
accesserat. nec naturam erat condicione
mortalis. pro nobis mori se uoluit.
et sic in quid lauit nos a peccatis nostris
Tx sanguine suo. Et fecit nos regnum
Rs sacerdotes deo et patri suo.
Et quia pro nobis passus est et resurrexit
a mortuis. nos regnum ipse constituit.
ut mereamur sacerdotes dei patris existere.
Nostrum enim regnum facit dum patitur
et resurgit.
Tx Ipsi gloria in saecula saeculorum.
Rs Laudem gloriam. et inmortalitatis
gloriam. creatori omnium deferat deo.

EXPLICIT EXPLANATIO

INCIPIT STORIA

Ecce uenit in nubibus. et uidebit eum
omnis oculus. et qui eum pupungerunt
et plangent se omnes tribus terrę et iam amen.
Ego sum A et ω principium et finis.
dicit dominus. qui est. et qui erat
et qui uenturus est omnipotens.
Ego iohannes frater uester et particeps
in tribulatione et regno. et patientia
ihu. fui in insula. quę appellatur
pathmos. propter uerbum dei. et
testimonium ihu. Fui in spiritu in
dominica die. et audiui post me
uocem magnam tamquam tubę
dicentem mihi. Quod uides
scribe et mitte septem
ecclesiis. Epheso. Smyrnę.
Pergamo. Tyathirę.
Sardis. Filadelfię.
et laodicię.

EXPLICIT STORIA



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Ecce venit in nubibus et videbit
eum omnis oculus et qui eum
pupungerunt. Qui primo
in suscepto homine venit occultus.
post paululum in mutabilitate virtute
veniet ad iudicandum manifestus.
Praedicat mortem ipsius et effectum mortis.
purgationem que peccatorum. resurrec
tionem eius. atque omnium per eum
viventium reparationem. addit et gratiam
et laudem exhibet patri deo omnipotenti
secundum eius demonstrat adventum
quod in eodem sacramento in eodem cor
pore quo passus est mortuus est
et resurrexit. Sed in divina venit
potestate non sicut prius in humana
humilitate. qui pro testimonio veri
hominis quem adsumsit videndum
se persecutoribus prebuit. sicut
zaccarias dixit. Videbunt in quem
transfixerunt. et plangent se super eum
quasi super unigenitum. Et tunc et
plangent se super eum. omnes tribus terrae
etiam amen. quod est fideliter vere.
Ut unum manifestet dei et suscepti
hominis esse personam. et exposita
humanitatis eius substantia.
divine substantiae continua claritate
atque ipsius domini loquitur verbis dicens.
Ego sum A. et ω. principium et finis
dicit dominus deus qui est et qui erat et qui
venturus est omnipotens.

Licet maiores nostri bene atque utiliter
de hac re. id est incunctanter differendum.
quod per sanctum id est columba. In eius
specie sanctus loquitur spiritus apparuisse
dum baptizaretur a iohanne dominus
in iordane. quae per sanctum. per graecum
compositum octo angulatos addidit
quod est .ω. et ad A alfa revertitur
quod unum significat. atque id est divini
tatem sancti spiritus in trinitatis unitatem
commendat. sic iubet ipse spiritus sanctus
ut et nos aliquid maioribus nostris
mereamur adiungere. quid ita cum
quod elementum hoc qualiter iubeat. id est
A et ω. veritatis ipsa commemorata.
prudentes docent advertere.

Nam figura ipsa litterae. id est A cum in
graecis litteris quam in latinis. tribus
ducitur virgulis. pari aequalitate
porrectis. Unde non sine causa
divinitatis unitatem dixerunt esse
maiores. ω tribus aequalitatis in graeco
virgulis sub lucentibus (?) compare porrectis
scribitur. In latino autem O quadam
circuli rotunditate concluditur.

Nam et in hac conclusione. continentur
omnia et protegentis divinitatis
declaratur. Porro quod ad elementorum (?)
hunc litterarum pertinet rationem.
elementum hoc sententiae sunt initium.
et quaedam ars saltus ad superiora
ducens. Ergo A initium sapientiae.
ipsumque sapientiam christum dei filium

manifestat. *ω* quod est consummatio
greçe: *A* et *ω* est initium: *O* medietas
quodam habetur: Significat et
initium sapientiae et consummationem
et mediatorem ipsum esse dominum Ihesum Christum
mediatorem dei et hominum. Quod ad
se dicit principium et finis. non est de
priori elementi litterarum id est *A* et *ω*
numerabit: sed magnitudinis suae docu-
it potestatem. quia ipse est omnium
principium et in illo omnium creatura
consistit. quia et per ipsum et in ipso
finienda sunt. et quae iam finita sunt
reparanda esse creduntur. Ut sicut
initium principium dedit. ita ipsi
consummationi nostrae finem impendat.
Ut habeat et ipse finis creaturum et ipse
consummatio consummationem
vitae in omnibus ipsi tempore esse quod est.
sicut per se loquitur scriptura dicit:
Dominus deus qui est et qui erat. et qui venturus est.
hoc in principio revelationis suae. sanctus
Iohannes scripsit. Nunc alia ordiatur
initium. ut ad ipsum revelationis ordinem
veniret contendat. Refert: quam
ob causam: quomodo: ubi: quo tempore:
quo die: ymnum quod locutus est a domino
fuerit demonstratum. Quid vero ei dixerit
qualemque conspexerit dominum multiplici
quidem intellectu. sed brevibus verbis
adserit haec. Sic initium sanctae revelatio-
nis scribit. ut cui quibus loquebatur
appellet dicens. Ego Iohannes frater vester
et particeps in tribulatione et regno
et patientia Ihesu. *Fui in insula quae*

*vocatur pathmos propter verbum dei et
testimonium Ihesu.* Sicut revelatores
scriptores docuerunt claudii cesaris
tempore quando fames illa invaluit
quia Agabus propheta. in actibus apostolorum
annis decem venturam nuntiaverat.
et temporibus iudicii cesar solitam unitatem
compulsus persecutionem indicit ecclesiis:
quo in tempore et quondam dominus noster Ihesu Christi apostolum
Iohannem mandat exilio mancipari.
Quem deportatum in pathmos insula et quod
passim comprobat scriptura. Nam ut
passionis quae eo tempore gerebantur propheta
disponentes participem se in tribulatione
commemoret. et retributionem tribulatio-
nis regnum adserit. et pro suscipiendo regno
et patientiam quam addidit. Quam propter Ihesu
gesserit professus est. Deinde locum quo exsu-
latus fuerit manifestat dum dicit:
Fui in insula quae appellatur pathmos:
Propter quam causam fuerit damnatione
multatus adserit. propter verbum dei.
et testimonium Ihesu. Significans se
propter praedicationem evangelii et fidele
testimonium quod datum nostri deitate propheta
praedicabat. tantis fuisse exilii tribulationibus
deportatum. In qua insula. dum degeret dixit:
Fui in spiritu in dominica die. Titulum
se esse in spiritu loquitur: Id est in secretis dei
elevatum. ut quae dicenda sunt videat:
et in altitudine celorum non se corpore
dicit ingressum. sed in spiritu intromissum.
Memor illius verbi. Nemo ascendit in celum:
nisi qui descendit de celo filius hominis qui
est in celo. Nam et sanctus paulus dicit

raptum se. sed quomodo ita. siue in
corpore siue extra corpore nescio deus scit.
Tamen se in extasim spu raptum fuisse
describit. Sed hic quia dominica dies
dicitur quando in spu fuisse se dicit.
omni se communi actionis occupatione
purgatum fuisse commemorat. quia in
dnica die apostoli diuinis tantum rebus uacu
eris poterit officiis inherere. quia in ipso
die resurrectionem dni cognouerit esse
quem etiam et in prima creatione mundi
primum diem didicerit predicare.

In ipso quoque ianuis clausis ad disci
pulos ingressum. quem putabant se
spm uidere. Quem audissent a dno.
palpate et uidete. quia sps carnem
et ossa non habet. ut legitur. Accipite
spm scm. In eo die acceperunt sci
apostoli spm. per quem peccata dimitte
rentur. et filios dei fierent. et spm
adoptionis credentibus largirentur.
Die autem quinquagesimo quod est ipse
dies et amplius dictum est in quo bapti
zarentur spu sco et induerentur uirtute
per quam xpi euangelium cunctis gentibus
predicarent. et profectus apostholi cetera
ut qui primum remissionem peccatorum
gratiam acceperunt. postea acciperent
et operationem uirtutum. et quod magis
necessarium erat diuersitatem linguarum
uniuersarum quoque gentium ad nuntiandum
xpm. nullo extante interprete. ego autem
audacter et absque libertate pronuntio.
ex eo tempore quo apostoli dno credide
runt semper eos habuisse spm scm.

nec potuerunt signa facere. ubique sps
sci gratia. Sed quia sps totus erat
in dno. necdum totus in apostolis moraba
tur. postquam autem et sci sps gratia in
funditur. iudicum tribunalia. et regum
purpuras non timebant. Tunc libere
locuntur ad principes iudeorum. obedire
magis deo oportere quam hominibus.

Mortuos suscitant. inter flagella letantur.
fundunt sanguinem. et suis suppliciis
coronantur. Pentecoste enim dies hic
cepit exordium. quando dei uox in sinai
monte desuper intonantis audita est.

In nouo testamento pentecoste cepit.
quando spm scm apostolis dedit. In ipso
enim die data est lex moysi. Manna
enim de celo in heremo datur in ipso die.

Proinde dnicus nuncupatur. et a terrenis
operibus ut mundi inlecebris abstinentes.
ob hoc tantum diuinis cultibus inseruire
oportet. Dantes scilicet diebus reueren
tiam. propter spem resurrectionis nre.
quam habemus in illa. Nam sicut dns
nr ihs xps tertia die resurrexit a mortuis.
ita nos resurrecturos in nouissimo seclo.
In hoc die dominico speramus. Unde etiam
in eo die stantes oramus. quod est signum
future resurrectionis. hoc agit uniuersalis
ecclesia que in statu sci peregrinatione
mortalitatis inuenitur est. expectans
in finem mundi quod dni nri ihu xpi corpore
premonstratum est. qui est primogenitus
a mortuis. Sabbatum autem. priori populo
in otio corporaliter celebratum. ut figura
esset. et inde requies interpretatur.

quia ante aduentum redemptoris xpi.
requies erat mortuorum. sed resurrectio
nullorum erat. et non inmerito uita dns
in quo solum requieuerat ab opere faciendo
in eo etiam requieuerat in sepulchro.
Dies autem dnicus non iudeis sed xpia
nis per dni resurrectionem declaratus est.
Ipse est octauus. Ipse dies primus qui
post septimum repperitur octauus.
In eo die apostolus celestia patefacta
in qua dnm cognouerat facere autem.
In eo die per moysen legem dedit. In qua
resurrectio. Centum uiginti annos
uixit moyses. et eadem causa super
centum uiginti animas descendit sps
in pentecosten. Concordat hec sera
uitas euangelii cum seruitute legis.
Hoc fine et moyses legis lator quod opor
tebat esse signatum et celatum usque
ad aduentum passionis est. uelut
faciem suam tectam ppto loquitur.
ostendens uelatum esse uerba predicatio
nis dni nri ihu xpi. Iohannes ergo die
dnico uidens ad tribunal in spu raptus est.
ut quod plagis litere fuerat signatum
ipse qui signauerat qui agnus dicitur
quasi occisus resignaret. et quod per
moysen uelauerat. per semetipsum reuelaret. et
Iohanni reuelatum ostenderet. Quum
ob enim illut dicitur uelatio et ista
reuelatio. Modo ergo facies moysi aperitur
et reuelatur. scilicet proinde apocalipsis
reuelatio dicitur. Hi sunt scriptores sacrorum
librorum diuina inspiratione loquentes. uest
obedientiam nostram preceptis celestibus

et ubi est clauis mortis in ferit

disposuerunt. Auctor autem earundem scripturarum sps scs esse creditur. Ipse enim scripsit. qui per prophetas suos scribenda dictauit. Explicit.

INCIPIT SEQUENTIS EPICTURE STORIE.

Et audiui post me uocem magnam sicut
tube dicentem mihi. que uides scribe
in libro. et mitte septem ecclesiis. Effeso. Smirne.
Pergamum. Tiathire. Sardis. Filadelfie. et
Laudocie. Et conuersus uidi septem cande
labra aurea. et in medio candelabrorum au
reorum. similem filio hominis uestitum
phodere. et precinctum ad mamillas zona
aurea. Caput autem eius et capilli erant albi
tamquam nix. et oculi eius uelut flamma
ignis. et pedes eius similes oricalco libani. sicut
in camino ardenti. et uox eius sicut
uox aquarum multarum. et habebat
in dextera sua stellas septem. et de ore
eius gladius ex utraque parte acutus exiebat.
et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua.
Et cum uidissem illum cecidi ante pedes
eius tamquam mortuus. et posuit dexteram
super me dicens. Noli timere.
Ego sum primus et nouissimus et uiuus.
et fui mortuus. et ecce sum uiuus in secula
seculorum. Scribe ergo que uidisti. et que
sunt. et que oportet fieri post hec.
Misterium septem stellarum quas uidisti
in dextera mea. septem stelle. septem
angeli sunt. septem ecclesiarum. et cande
labra septem. septem ecclesie sunt.

tamquam lana alba

uiuus

EXPLICIT STORIA


UBI IOHANNES
EPHESUM REDDIT
EPHESUM
ZMIRNAM
PERGAMUM
TIATHIRE
SARDIS
FILADELFIE
LAUDOCIE

INCIPIT EXPLANATIO eiusdem historiae.

Et audivi post me vocem magnam tamquam tubae dicentem mihi: Quod vides scribe in libro.

Scriptum est de praedicatoribus evangelii. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Et de hoc quod est post me propheta dicit: Audientes verbum post tergum monentis.

Omnis humanitas quamvis scientiae claritudine sublimetur divinis sanctionibus comparata divinis vocibus adaequata nequaquam parilitatem praesentiae ... (?) Sed quaedam fragilitate naturae depressa cautelis quasi post tergum dei sermonibus admonetur. Ergo quod post me est humilitatem suae humanitatis adsignat. Vocem magnam tamquam tubae divina eloquia maiori quodam superioreque sono maiori sermonia vel amplioribus pronuntiata intellectibus docet.

Quod vides scribe in libro et intellegitur quia dum divinum audiunt eloquium dum imperia perpetrantur non tantum pandantur oculi sed aures aperiuntur ut abscondita videant intellectu perspiciant et quae viderint velut in libro ... admonentur. De quo libro per prophetam loquitur dicens:

Dabo leges meas in visceribus eorum et in corde eorum superscribam eas et ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum. Non docebit ulterius vir proximum suum et vir fratrem suum dicens: Cognoscite dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum. Quia propitius ero iniquitatibus eorum et peccatorum eorum non ero memor amplius.

Hic est liber in quo scribere imperatur quae videt et admonetur audientiumque cordibus inculcare vel in usu docentur sanctitate memoriae. De quo liber beatissimus magister gentium dicit: Epistula nostra vos estis scripta in cordibus vestris quae cognoscitur et legitur ab omnibus.

Et quod scripserit Iohannes et quod dirigat admonetur: Mitte ad septem ecclesias.

Quamvis unam ecclesiam in quadriga mundi extantem id est ab illo quod dictum est tempore usque ad consummationem saeculi esse lumen dixerit. Nam quod specialiter ipsarum ecclesiarum nomina disserit quid se intellegentiamque habeat videamus. Ephesum et Smyrnae et Pergamum et Thyatirae et Sardis et Philadelphiae et Laodociam. Nam quid in eis dumtaxat modo urbibus perfectio christianae religionis observata erat et non per universam terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrae verba illorum. Sed erat forte in nominibus mysterium quod discutientes inquiramus de desideria disserens. Ephesum enim dicitur voluntas sive consilium meum.

Cognosci voluit omnem fidei nostrae statum et recte catholicae dignitatem.

non humanis meritis adscribendum.
sed uoluntate dei et diuine dispensatio
nis esse preposita. Zmirnam uero dicit
canticum eorum. et qui est aliut
canticum perfectorum nisi doctrina
celestis. et predicatio euangelii.
et xpiane professio religionis. uel secte
catholice canora confessio.
Pergamum sonat. diuidendi cornua
eorum siue uarium potestatum. In
portunitates. siue tumores hereticorum
Inflationes que docet potentatum ab secte
congregatione seperari semper et diuidi.
Cornua enim. aut potestas aut tumor est.
Tiatire. quod est Inluminata
significat sanctum sectum. post heret
corum expulsionem. post potentatum tumores.
post uarias potestates. et mentem
calcatam lumen meruisse iustitie.
Sardis est principium pulchritudinis.
scilicet ut secta percepto sole iustitie
lustrata lumine ueritatis. Initium
habeat pulcritudinis. dominum Iesum Christum
quo etiam semper perpetua floreret Inlumine.
Filadelfie quod Interpretatur saluans
hereditatem domino. post percepto sole iustitie.
post Inluminationem sanctam. post sancte
pulcritudinis decorem. promeretur adherens
secta domino Inuiolabili deuotione
obseruatione custodia.
Laudocia. tribus amabilis domini. uel ut
quidam uolunt uanitatis expectatur.
Sed utrumque sonat. ut que pulchritudine
fidei solem iustitie meruit. et adherere
sibi dominum perpetuo agnobit. sit et ipsa
amabilis domini. tribus que a domino diligatur.
a domino custodiatur. a domino dirigatur.
Expectet natiuitatem suam. ut a rege
neratione babtismi. ut actum retri
butionis cum humilitate et patientia
sustineat. His gradibus secte. diuisa
sunt nomina. Nec Incassum pre
fatarum urbium sunt conscripta
uocabula. Nam qui omni mundo
loquebatur. quur tantum septem
ecclesiis refertur scribere.
Hoc est quod Intelligere tum cum quo
loquebatur dominus uoluit In celesti
sacramenti mysterium. his septem
electis nominibus totius mundi sectam
contineri. ut et misticum numerum.
totius secte pure faciat dignitatem.
Et conuersus sum ut uiderem uocem
que loquebatur mecum. humana
fragilitas diuinis eruditionibus robo
rata. conuertit faciem suam.
Et non ait ut uiderem faciem eius qui
loquebatur mecum. sed ut uiderem
uocem. Id est ut misterium Intelligerem
uocis. Ideo enim sacramentorum
misteria conspiciuntur non facies
contemplatur.
Et conuersus uidi septem candelabra
aurea. quum sacramentum uocis
Intellexissem. post Ipsum primum
conuersationis faciem. aurea septem
candelabra conspexi. Candelabra
enim tribus Innitens bracis. uniuersum
etiam corpus adtollit. quod corpus super
positum lucernam sustinet lucis.

et fundamentum aliud nemo potest
ponere dicit apostolus preter id quod
positum est quod est xps ihesus.
Ex quo totum corpus conpactum et
conglutinatum per omnem iuncturam
subministrationis augmentum
corporis facit in edificationem sui
in caritate secundum operationem et
mensuram uniuscuiusque membri.
Hec est enim illa uirga de qua dicitur.
Exiet uirga de radice iesse. Super
hanc uirgam lucerna componitur.
idest catholice lumen ecclesie prepa
ratur. ut a lucis illius ueritate
perceptam lucem producat ipsa.
perpetuum. et unius fidei manifesta
tionem conpacta sit lumine.
diuine maiestatis accensa.
Nam quod ait septem uel septem formam
sps sci gratiam capiat que in istam
mundi ebdomada permanet.
Quod uero dicit aurea. uel robur fidei
significat sanguine xpi ihu colorat.
uel fidem in secta martyrum. qui rubi
cundo sanguine incincti sunt.

It. Et in medio septem candelabrorum
aureorum. similem filio hominis
uestitum podere. Similem dicit
post mortem dominicam quam
ascendisset in celis adunato ex isto
corpore quam spm gratie sue quem
accepit a patre potestatem quem
filium hominis ambulantem inter
medio candelabrorum aureorum.
sicut in salomone dicit. Inter
sanctitatis lustrorum ambulabo. Cuius
antiquitatis est inmortalitatis
maiestatis origo. Ipsa septem
candelabra aurea. septem ecclesie sunt.
que in eius membris coniuncte.
unum corpus faciunt. Nam habitum
filii hominis. idest podere quem
dixit ecclesiam. qua indutus est
describit. Siue autem filius hominis.
siue septem candelabra aurea.
siue septem stellas. hoc totum una
ecclesia est. que septem membris unum
corpus facit. ut sicut unus homo
septem membrorum officiis constare
cognoscitur. idest. oculos. aures. nares.
os. tactus. manus. et pedes. septem
diximus diuersa officia sed unum corpus.
Sed propter allegorizandum diuidit genus
in species. Ita ut etiam in aliquibus
speciebus genus aperte expressum sit.
In aliquibus enim propter nimiam
minutionem eloqui diuini altitudinem
liquido genus ostendere non possumus.
quod facilius uideri quam dici potest.
Diuidit autem genus in partes hoc modo.
ut archa noe iam exacta. Archa enim
in inferioribus ampla fuit. in superioribus
angusta. Quia et illi qui in ea latum
ampla uia et spatiosa sectantur.
non homines sed bestie nuncupantur.
Que animalia inmunda bina. et
bina dicuntur. homines autem
et aues. in superioribus commorantur.
Homines dicit. ratione capaces.
aues hoc loco. qui in contemplatione

fidei teneant. intellegantur.

Et sicut octo animae quae infra arcam sunt et beatae ceterae in una archa saluari creduntur. ita in ecclesia.

Vas illud propheticum. et tu homo iuda et qui habitatis in hierusalem. et iudicate inter se et uineam. Quam hierusalem et homo et uinea unum sit quod est templum.

Sic enim concluso dicens. uinea domini sabaoth. domus est israhel.

Et in domo magna quae est templum. uasa aurea. et argentea. cum autem uasa sint domus dei. et cetera. exite de medio eius. qui fertis uasa domini. cum qui ferunt ipsi sunt uasa. Quod autem uasa domini sacrificia. uel sacramenta mysteriis deputantur. rex quondam babilonius de hierusalem abstulisse pariterque cum captiuis abduxisse. et suis usibus deputasse monstrantur. autem deo post solutam captiuitatem uasa illa ablata sunt non confracta sed daemoniorum cultui mancipata. rex babilonius diabolus est qui infelicem populum iudaeorum captiuitate uincit de hierusalem. id est de templo in babilonia est confusione heretice prauitatis abduxit. Sed et puram uasorum id est sacramentorum. Ipsa sacramenta sunt. qui in templo geruntur.

Quam rex babilonius cum captiuis asportauit. Sic et hodie in ecclesia heretici sacerdotes. nostra uasa in babilonia. id est in confusione deportant. In primo. nomen ipsa quod se christianos utique dicunt.

Asportant legem euangelium. apostolum psalterium. baptismum. amen. et alleluia. symbolum. orationem dominicam. Quam autem tempore domini ignorantiae confusione relicta populus ad hierusalem. id est unitatem pacis. quae est templum dei ubi duce domino redire festinat. haec uasa id est sacramenta. secum defert non imminuta. sed reportat utique integra. nec confringet quasi in melius renouandum. sed et amplo reformauit. usibusque diuinis accommodat.

Ita uasa secum non perdit sed etiam apud impios reseruata fuisse plebs restituta congaudet. Nec delent euangelium. nec obliterarunt apostolum.

Amen quoque et alleluia non commutauerunt.

Baptisma non iterarunt. Et ut supra dictum est in aliquibus speciebus genus apertum est. In aliquibus clausum ut est illud: quis habitabit in tabernaculo dei. ipse respondet: Innocens manibus et mundo corde. Quam alia tabernaculum non sit dei in terris. quam innocentes manibus et mundo corde.

Ita et nunc in sepem candelabra describit templum. In filio hominis.

Vestitum podere inquid. Id est cultum tunica. Id est sacerdotali. uestem podere enim uestis est sacerdotalis.

Id est caro christi quae corrupta non est ad mortem. et habet passionem [of] sacerdotum apertissime demonstrat.

Quia ipse est uitula apostolis princeps

peccatorum. de quo doctor gentium
dicit: Talis enim debebat ut nobis
esset pontifex innocens, inpollutus,
segregatus a peccatoribus et excelsior
celorum factus. Sicut per Zachariam
dicitur: Ihesus sacerdos magnus filius
Iosedec. Indutus erat vestes sordidis.
Iesus Ihesu magni sacerdotis fuit
filius. et nunc et nepus Ihesu qui in
Salomone scribitur. In sacerdotio
autem ut dictum erat tota gentium erat.
quia non erat natura humana super
terram. cuius naturam Christus non suscepisset.
Et pectinatum ad mamillas zona
aurea. Mamme huius duo precepta
legis et evangelii seu doctrina est.
sicut in cantico legimus de ecclesia que
ex gentibus facta erat quod testa-
menta necdum haberet: Soror inquid
nostra pusilla et ubera non sunt ei.
Mamille vero zone sicut dicit: Duo ubera
tua sicut duo hinnuli gemelli qui
pascuntur inter lilia. Duo hinnuli
gemelli. Iudaicus populus et gentilis.
Duo vero ubera. lex et evangelium.
In lege denuntiatum est. In evangelio
demonstratum. Sive benedictionibus
uberum matris que vere benedicte
erant. quia eadem sancta virgo Domino
potum lactis inmulsit. Unde illa
mulier in evangelio ait: Beatus
venter qui te portavit et ubera que
suxisti. Sicut in Genesi dicitur:
Benedictionibus uberum et vulve.
Et quem hic vulva eiusdem matris

virginalis benedicitur. que nobis Christum
Dominum edidit. De qua per Hieremiam dicitur:
Prius quam te formarem in utero novi te.
et antequam exires de vulva sanctificavi te.
Et alterum in Salomone: Ubera tua
similia botris. Quia sicut supra
scriptum est duo ubera duo testamenta
et duos hinnulos duos populos quod est gentium.
Potest autem in hac specie gemina videri et in
testamentis gestum intellegi. Et testa-
menta ex eo quod deficiunt comparationem
accipiunt. Non enim testamenta
pascuntur. sed gesta per testamenta
nutriuntur. Aut testamenta sanguinem
fundunt. et non populi. qui adversum
botrum expressum sanguinem fundunt.
Quia sicut acini in botrum. ita in Christi
corpore populi adunantur. Diverse autem
huius tropi species frequenter in scripturis
deprehenduntur. Ut factor ex eo
quod facit nomen accipit. Sic
e contrario diabolus et ministri eius
mors et infernus dicti sunt. eo quod
multis causa mortis et inferni sunt.
Sicut scriptum est: Ubi est mors aculeus
tuus. Nam et ipse diabolus qui dicitur
est mors. habet mortem stagnum ignis.
quod est mors secunda. Sic in hoc libro
legimus evangelium eternum.
Quam qui per evangelium vivunt.
sunt eterni. Fructus enim preceptorum
eternus est. non precepta. Non enim
qui te angariaverit unum miliarium
vade cum illo alia duo eternum erit.
sed qui fecerit. Ipse erit eternus.

Sicut caro et sanguis regnum dei possidere
non possunt. Pro operibus enim tamen
credimus regnare. que non tam aliter
uiuit. Dicitur et hic de uasculo
quod continet pro id quod continetur.
ut calix autem inebrians quam
preclarum est. Calix enim non inebriat
sed quod in calice conti
netur. Et mundus uos odit.
Pro eos dicit qui in mundo sunt.
Et dies mali sunt quum dies mali esse
non possunt. sed homines sunt mali
qui in diebus sunt. In mamillis ergo
testamenta intellegimus. id est ecclesia
que per testamenta uiuit. Sic dominus
in euangelio semen. nunc preceptum.
nunc homines manifestat.
Venit inquid inimicus. et rapit
quod in corde seminatum est.
id est preceptorum uerba. In sequenti
uero similitudine dixit dominus. semen
bonum. hi sunt filii regni.
hic non preceptum uerbi sed ipsos
homines qui fiunt per tenent precepta.
Quod uero dicit precinctum ad mamillas.
precinctio ista passionis indicium est.
De qua dominus loquitur petro. Quum senue
ris alius te precinget et ducet. quod
tu non uis. Zona aurea uirtus eius est
sempiterna sanguine dominice passio
nis adsparsa. Zone huius uarietas
uirtutum diuersitas et numerosorum
mirabilium est. una potentia.
Zona aurea corus est sanctorum. ut aurum
igne probatum. Zona quod dicitur
accinctus pectori confluat con
scientia. et puritas populis sensus.
latet eruditus est ecclesiis. eo quod
hinc inde legem et euangelium
iudaicum et gentilem populum
in unum constringit.
Caput autem eius et capilli erant albi
tamquam lana alba et tamquam
nix. In capite candor ostenditur.
Caput autem Christi deus est. Ipse est
candor propter nitorem puritatis
ingenite. propter simplicem lucem unigeniti. propter simplicem sancti fulgoris
spiritus. et claritatis inmaculatum decus.
Caput ecclesie Christus est. In capillis
albis multitudinem albatorum
dicit. Lane. propter oues similubia.
Niuem. propter innumerabilem turbam
candidatorum de celo datorum.
Candor non sine causa nuncupatur
quod lane albe et niuibus conparatur.
propter indulgentiam quam peccatoribus
indeficienter inpendit. Sicut
scriptum est. Si fuerint peccata
uestra ut coccinum. quasi nix
dealbabuntur. et si fuerint
rubra. quasi uermiculus. uelut
lana munda erunt. Ipsi enim sunt
israhelitae que cotidie de celo descendit.
Idem de populo sancto. nascuntur sancti.
In mundo sancti. Sicut beatus
de ublsso. quo est populus multus.
ex populo malo. Et oculi eius.
uelut flamma ignis. Oculos domini
dicit. propter ineffabilem prescientiam qua
iudicantur. propter inenarrabilem

lumen oculorum. flamma ignis non
immerito nuncupatur. Scriptum
est enim. quod deus noster ignis consumens
est. id est aliquid dum iudicant.
et inpiorum praecruciant. Oculi itaque
aliquando praecepta scripturarum
dei sunt. Aliquando vero spiritus sanctus.
In oculis praeceptum domini intellegimus.
et quod lumen est ignorantibus.
sicut scriptum est. Lucerna pedibus
meis verbum tuum. et cetera.
Praeceptum domini lucidum inluminans
oculos. Quod autem ipsa praecepta
sint ignis in psalmo de Ioseph. qui
corpus domini praefigurabatur dictum
est. eloquium domini ignivit eum.
Quod autem dicta ut flamma ignis.
eo quod incredulis in diem iudicii.
ipsa praecepta incendium erunt.
Recte ergo praecepta dei oculi ut
flamma ignis sunt quae credentibus
lumen ministrant. Incredulis
ignem praeparant. Spiritum vero sanctum
oculos intellegimus quia per ipsum
legem et evangelium interpretamus.
Sicut scriptum est. palpebrae eius
interrogant filios hominum.
Palpebris apertis videmus clausis
vero in tenebris sumus. quando vero
aliquid de scripturis obscurum
intellegimus. quasi in tenebris palpebris aperimus.
palpebras domini clausas habemus.
Et enim spiritus sanctus in nobis est qui doceat.
doctoris lingua in vacuum laborat.
Et ipse spiritus sanctus postulat pro nobis

Quod vero minime intellegimus. quasi in tenebris.

gemitibus inenarrabilibus uacula cuprati
et quod nos gemere faciat ut eum petamus. Et pedes eius similes
auricalco Libani. sicut in camino
ardenti. Pedes domini dicimus
humanam substantiam quam pro nostra
adsumpsit salutem. Unde et misericors
dicitur et miserator. Sicut enim
auricalco in fornace scintillans nullis
sordibus tenebris nullis rubiginibus
occupatur. Ita sincerissimam
et perfectissimam adsumpsit hominis
carnem. ubi et veritatem suscepit. in dignitate
manens. absque humane vitio naturae
absque peccati culpa permansit.
Hi pedes pacem adnuntiant. et
praedicant salutem. pacem angelis
et hominibus. pacem Iudaici populi
et gentilis. Ipse est qui fecit utraque
unum. ut sit omnia in omnibus salus
mundi et ... omni creaturae.
Pedes vero ecclesiae ignitos novissimi
temporis nimietate pressurarum
dicit ignitas. Pedes enim novissima
pars est corporis. sicut lapis de monte
praecisus. Ad pedes percussit corpus
regnorum mundi. Auricalco enim
illum rationem similabit quod ferre
fuit. et igne mutato et medicamine.
perducit ad aureum colorem.
quod vero auricalco Libani similabit.
non sine ratione est. Libanus enim
mons est in Iudaea. et significat
per Libanum candorem baptismi.
Iudaea vero confessio dicitur.

xpianum et confessores pectus nuncupantur . et inde ostenditur quod in iudea id est in ecclesia xpi corpus ignitur praecipue nouissimum . in pedes id est in mundi finem . sicut enim caminum in domo dei esse et illic fideles probari ubi et dominus crucifixus est . et pro nobis probatur . in turiculum operit idem dominus loquitur qui de plebe sua . sicut similes passionum exigit . dum pretium argenti numerum id est sue mortis accepit . et in fornace . id est in domo sua . id est sua gente ad probationem uti praecepit igni . sicut legimus .

Et dixit inquid ad illos . si bonum est in conspectu uestro . date pretium mercedem meam . aut si non . dicite .

Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos . et dixit ad me . proice illos in conflatorium . et inspice si probatum est quem ad modum probatus sum ab eis . et accepi triginta argenteos . et deposui illos in domum domini in conflatorium .

Et iterum . ego recipiam uos in medio hierusalem . sicut recipitur argentum et aurum . et aeramentum et ferrum .

Stagnum et plumbum . in medio camino insufflandum illud ignem ut conflatur . ita recipiam in ira mea et congregabo . et conflabo uos . et insufflabo in insufflationem igni irae meae et conflabimini in medio eius .

In hoc libro nihil aliud inuenies nisi bella . et incendia . et tribulationes magnas . et pressuras in eo pectus quae deus per xpm suum reuelare pectori suo dignatus est . Cauendo .

Fugiendoque facinoris mysterio . id est spiritali nequitia . in caelestibus . hoc est in eo pectus . magis ut in imminente tribulationis discretionem . sicut populus dei qui tantum et in aula per octo annos sustinuit . et quam si minus intellegeret . spiritu tamen dei gubernante per singulos dies multa tradiderit . et quam inter expugnatores pressuram supportaberit . tamquam aurum in fornace probatus erit . Et uox eius . sicut uox aquarum multarum .

In uoce pectum ostenditur . aquae hoc loco duobus modis intelleguntur .

Id est populi . et doctrina caelestis .

Populi uero sunt . sicut in hoc libro legimus . aquae inquid quas uidisti super aquas meretrix illa sedet cum qua fornicati sunt reges terrae . quod sunt populi . et nationes .

Hic uero aquae uox domini nuncupantur . sancti domini intelleguntur . praedicatores fidei . et doctores gentium . quod doctrinae xpi magnitudine et uocis eloquentia . ac praeceptorum sancta dulcedine scripturarum sonoritate aquarum multitudini comparantur .

De quibus aquis . scriptum est .

A multitudine sonitus aquarum uocem dederunt nubes . ergo hanc aquam sanctos doctores et sacerdotes

In noui testamenti. et diuina imperia. et
sacri sanctione legis et euangelii
accipimus. Hi sunt nubes qui hunc
doctrinam celestem terre sitienti.
id est populo ignaro infundunt.
De quibus superius diximus. Ille dixit.
Si replete fuerint nubes aquam super
terram effundunt. Id est si diuina
doctores uerba susceperint propter
profectum dispergunt. Et habebat
in dextera manu sua stellas septem.
Dexteram manum dei filium dicimus.
Dextera autem alio modo illius. multi
tudo sanctorum de qua modo scriptum est.
Iustorum anime in manu dei sunt.
Quod uero septem stellas nominat.
significat sine dubio ab exordio
mundi et hunc ebdomadicum septem
dierum. per quod mundus iste deducitur.
Sancti qui a prima origine mundi usque
ad mortis consummationem qui
fuerunt. et qui sunt. et qui adhuc
futuri esse creduntur. Inde et in
domini nostri dextera perseuerant. hec est
spiritalis ecclesia cui adstanti ad dexteram
dicit. Venite benedicti pueri mei.
percipite regnum quod paratum est uobis
ab origine mundi. Septem autem
stellas omnes omnino sanctos accipimus.
Hi sunt septem ecclesie que in septem
forme gratie spiritus iuncta. una ecclesia
nominatur. Et ex ore eius gladius
ex utraque parte acutus procedebat.
Si de capite procedit iste gladius.
utique et de corpore.

Per gladium bis acutum de ore eius
exeuntem. ostenditur ipsum esse
qui nunc euangelii bona et primus
per Moysen legis noticiam uniuerso
orbi protulit. De quo gladio apostolus dicit.
Gladium spiritus. quod est uerbum dei.
Et alibi. Uiuus est dei sermo. et efficax
et penetrabilior omni gladio ancipiti.
et pertingens usque ad diuisionem anime
ac spiritus. compagum quoque et medullarum.
hec est discretor cogitationum. et in
tentionum cordis. Gladium ergo dei
uerba legis eius et imperia et iudicia
creditur esse diuina. Sed quia ex eodem
uerbo omne genus humanum aut
noui quam ueteri testamenti uindica
tus est. Ideo bis acutus dicitur. et
hinc inde acuitur. ut fideles armet.
Interficiat infideles. Gladius autem
militem armat. Gladius hostem
interficit. Gladius desertorem punit.
et uitiorum ostendorem apostolus. quia iudicium
adnuntiabit ista. Non ueni
pacem mittere sed gladium. Et postea
quam consummabit parabolas.
ait ad illos. Intellexistis omnia.
Et dixerunt ei. etiam.
Propterea omnis scriba doctus de regno dei
similis est patri familias. proferenti
de thesauro suo. noua et uetera.
Noua euangelii uerba. uetera legis
et prophetarum. et hec de ore suo
procedere. et Petro ait. Uade ad mare
et mitte hamum. et primum piscem
quem ascenderit. aperto ore eius inuenies

prim[?]

sacerdotem idem duos deteriores. dubis
prome esse. Et dauid similiter per
spiritum ait: Samuel locutus est deus. duo
haec audiui. Quia samuel decrebit
ubi in ago dominus. quo usque ad finem
futurum est. Denique quum iudegesta
ipse aperte contestatus. uolens
ostendere quoniam uerbo praedicationis
iudicabuntur omnes ait. Putatis
quia ego uos iudicabo. sed uerbum
quod uobis locutus sum. illud uos
iudicabit. Gladius ergo eius.
sanctum est uerbi sicut iob ait:
Sermo autem commaduit. et progenies
mea erudicetur. More sacri eloquii
semper dicimus. uerba mea praedicare:
et apostolus ait: Beati qui seminatis
super omnes aquas. Sancti quippe recte
praedicatores super omnes aquas
seminare conspiciuntur. qui cunctas
late populis mea uerba. quasi celestis
panis grana erudierunt. Comedere
autem est bonis operibus satiari. ut dominus
ait. Sermo autem commedet.
At eum aperte dicunt. Quod enim loquitur.
non ego sed aliter operatur. praedicator
quippe quia suis uocibus moribus
discrepat ieiunus erit. quod alius
manducat. quia suo semine ipse
non pascitur. quando auditis mea
necessitudinem. per probationem
uacatur. et quia plerumque discipuli
incassum bona audiunt. quum
et magistri uitam operum exempla
deserunt. sed sub iungitur.

[Marginal note, written vertically between the columns: ✝ Debet cuius est ut faciat opus eius qui misit me. Sic ergo est que praedicat facere praesumpta. ait]

et progenies mea erudicetur.
Doctoris enim progenies erudicitur.
quando hii qui per uerbum nascuntur
per exemplum nutriuntur quia lingua
uigilans gignit. uita neglegentiae
occidit. Neque enim corporaliter nobis
est mater cunctandum. quod apud
salomonem mulier quam uigilans
filium lactare consueuerat. dormiens
interemit. Quia nimirum magistri
uigilanter quidem sciunt. sed uitam
dormientes. auditores suos quos per
uigilias praedicationis nutriunt.
dum quod dicunt facere neglegunt.
per omnium corporis occidunt.
Unde plerumque. dum ipsi reprehensibiliter
ambiunt. et habere discipulos uitam
laudabilis nequeunt. alienos sibi
adtrahere conantur. Quatenus dum
bonos se habere sequaces ostendunt.
apud iudicium hominum excusent
que male agunt. et quasi per
subditorum uitam mortiferum exigunt
neglegentiae. Unde illic mulier
filium quia extinxit proprium
quaerebat alienum. Sed autem
uerum mucrum salomonis gladius
inuenit. Quia uidelicet cuius fructus
uiuat. cuius interiit. examine
in discernit. iudicis examinat.
Ubi et illud extollerer inuenitur dum. quod
uiuens filius prius diuidi praecipitur.
ut soli post modum matri redditur.
Quia in hac uitae quasi parati
conceditur uitam discipuli. dum et illa

non numquam alter aput dominum
meritum. alter vero aput homines
laudem habere permittitur.
Sed falsa mater eum quem non genuit
occidi non metuit. quia arrogantes
magistri. et curiositatis ignari. si
plerumque nominatae laudis excellentis
discipulis consequi nequeunt. eorum
vitam crudeliter insectantur invidie
autem face succensi. nolunt alios
vivere quos se conspiciunt non posse
possidere. Unde illic perversa
mulier clamat. nec mihi sit. nec
istius. Ita enim diximus quod sibi
obsequi non videant. Ad ʒtum
temporalem eos alius invidentia vivere
per veritatem. Vera autem mater
sustinet. ut eius filius saltem aput
extraneum sit et vivat. Quia
contemnunt veraces magistri. ut
ex eorum discipulis alii quidem
magistri laudem habeant.
Si tamen integritatem vitae idem
discipuli non amittant.
Per quem pietatis virtute haec eadem
vera mater agnoscitur. quia
omne magistrorum in examinatione
caritatis adprobatur. et sola
tantum recipere meruit. quem
quasi se totum cernit. quia fideles
preponit pro eo quod et bonis
discipulis suis non solum alius
laudem non invident. sed utilitati
eius aequum profectus exoptat.
Ipsi et in exteros. et viventes filios
recipiunt. quando in extremo examine
eorum vitae perfectae retributionis
gaudia consequuntur. Haec paucis
per excessum diximus ut auditorum
progenies per doctorum neglegentiam
qualiter extinguitur monstraremus.
Quia quisquis luxatu hoc quod loquitur
non vivit. quos verbo genuit.
abstabilitatem rectitudinis opere
uellit. Sed sicut gladio salomonis
dividente propriae matris genitus.
Iste verus repperitur et putatus. Iam
et spiritu ihu xpi docente plerumque hii
qui aluntur seducti et capti sunt
errore hereticorum. non numquam
merentur prosenellpris genitricem
recognoscere certam matrem.
Unde satis convenienterque apparet
hanc mulierem hereticorum vel
sinagoge figurasse impietatem.
que et suos nequiter nutriendo in
extinguunt. et alienos quousque
perdunt inliciendo pervadunt.
Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.
Mirus ordo membrorum postquam pedes
scribitur facies. Hic facies illius
soli comparatur. Indignum erat enim
et satis humile putare xpm decrepitum
discoloribus membris. ut claritate
eius soli comparetur. Nam si
de iustis dictum fulgebunt sicut sol.
quam periculosum erat dicere. quod pari
claritate fulgeant iusti cum domino.
quem ipse sit suorum claritas. et
pro operum meritis unusquisque ab illo

plus fulget sicut scribtum est :
Stella ab stella differt in claritate :
Et tunc clarificabit dominus. In quantum
sciri possumus dixit : Sicut fulgur
exiit ab oriente . et apparet usque
in occidentem . ita erit adventus
filii hominis : Tamen quod dicit
facies eius sicut sol . apparitio illius
fuit . quod locutus est hominibus
facie contra faciem : Solis autem gloria
non poterit conparari gloriae domini :
Sed propter hortum solis et occasum
et rursum hortum . quod natus sit
et passus . et resurrexit . ideo dedit
similitudinem scripturae : faciem eius
glorium solis : hostendit enim post passionem
igniatos . sicut solis faciem lucere . id est
post novissimi certaminis flammas
iudicem iudicii manifestum ecclesiae
clarificatam . sicut dominus collecturus
de regno eius zizanias . manipulis
peccatorum ad comburendum :
Tunc inquid iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris sui : Sicut enim solis
claritas quae non est ... multa . sed
conponitur deo magistrante perficit :
ita facies domini non ex aliquo accipitur .
sed virtutis suae potestate perlucidum :
nihil habet absconditum . nihil
obscurum : Et cum vidissem eum cecidi
ad pedes eius tamquam mortuus :
Superius meminit . conversum se
non ut speciem cerneret . sed ut vocem
ut sp videret : hic vero inspectum omnium
virtutem dicitur . et in quodam
minatur excessu perducitur . cecidi
inquid ad pedes eius quasi mortuus :
Fragilitatis suae et humilitatis
et sublectionis pudore permotus
corruit : Non in aliquam declinans
partem . sed ipsa ratione . humiliter
fideliterque commitans : Iohannes
qui ista vidit . ecclesiae figuram
portabit : Et non solum Iohannes .
sed et prophetae . et apostoli . et omnes sancti .
qui ecclesiae nuncupantur . tamquam
mortui humiliantur . ante dominum
nostrum Ihesum Christum : Duobus modis
cadere dicitur : in faciem . et retro :
Omnes enim qui dominum vident . in faciem
cadent . et ubi cadunt vident :
Qui vero retro cadit procul dubio
ubi cadit non videt : Iohannes
qui ecclesiam figuram portabat .
in faciem dicitur cecidisse :
Et de uno Christo qui multorum hominum
membra portat . dictum est .
ut cadat ascensor eius retro : Iacob
ergo patriarcha . quando benedicebat
filios suos ait : Dan . iudicabit
populum suum . sicut alia tribus :
Fiat Dan coluber in via . cerastes
in semita : mordens ungulas equi .
ut cadat ascensor eius retro :
Dicunt unum Christum . per haec verba
Iacob . qui per spiritum futura previde
bat . de anbu Dan esse futurum :
Alii de Iuda a quo oriturus est Christus .
haec scripta pronuntiant :
Et equitem atque equum dominum cum cum e

susceptam designare voluit.
Retrorsum autem cadere ascensorem
dicitur unde sumatur est.
Et quia die tertia resurrexit, ideo per David
ait: Non derelinques animam meam
in infernum. Haec quidem in laude disposita.
Alii vero hunc prophetiam ad anti-
christum intelligunt, et de tribu Dan
venturum antichristum ferunt. Pro eo
quod in hoc loco Dan et coluber
et cerastes asseritur et mordens.
Unde et non sine causa, dum Is-
rahel terras propter terminos incurreret
partitione susciperet, primus Dan
ad aquilonem castra metatus est.
Illum significans qui in corde suo
dixerat: Sedebo in monte testamenti
in lateribus aquilonis, similis ero
altissimo. Quando ergo corda
doctorum privatorum ante monarium
testamenti diabolus possidet.
Qui etiam in lateribus aquilonis sedet,
quia mentes hominum frigidus
possidet. Qui non solum coluber,
sed etiam cerastes vocatur.
Cerata enim graece cornua dicuntur.
Serpens quoque hic cornutus esse perhibetur,
per quem digne adventus antichristi
asseritur, quia contra vitam
fidelium cum morsu pestiferae
praedicationis armabitur, etiam
cornibus potestatis. Quis autem
nesciat semitam angustiorem esse
quam viam. Fit ergo coluber in
via, quia in praesentis vitae

latitudine eos ambulare quibus
quasi parcendo blanditur.
Sed in via mordet, quia eos quibus
libertatem tribuit, errori sui veneno suo
consumit. Fit iterum cerastes
in semita, quia quos fideles servos dei
in arta et angusta vita reppererit
et sese praeceptis caelestibus inclinare
et angustae itineris gradientes conspicit,
non solum nequitiae callide persuasionis
impellit, sed etiam terrore potestatis
premit, et in persecutionem ... ;
post beneficium simulatae dulcedinis
extendit cornua potestatis.
Qui in loco equus hunc mundum
significat, qui per elationem suam
in cursum labentium temporum
spumat. Et quia antichristus extrema
mundi apprehendere conatur,
cerastes iste equi ungulas mordere
perhibetur. Ungula quippe equi
mordere est extrema saeculi feriendo con-
tingere, ut cadat ascensor eius retro.
Ascensor equi est quisquis extollitur
in dignitatibus mundi. Qui retro
cadere dicitur, et non in faciem,
sicut Moyses, Daniel, Paulus et Io-
hannes, de quo dicitur cecidisse
memoratur. In faciem enim
cadere est in hac vita unum-
quemque suas culpas agnoscere
atque paenitendo deflere. Retro vero,
quod non videtur, cadere est ex hac
vita repente abire atque paenitentiae
per subitaneam mortem decedere.

et adquod supplicium. uel p(er)petuu(m) ducat(ur).
Ignorare. et quia Iudei errores sui
liquet cupit. pro xpo antixpm
expectant. Bene Iacob eodem loco
reperit in electorum uoce. conuersus et
dicens. Salutare tuum expectabo
dne. Ideo non sicut infideles anti
xpm. sed eum qui in redemptione nra
uenturus est. uerum credo fideliter xpm.
Unde ergo. perfecti uiri. magna se
discretionis subtilitate conspiciunt.
ne ad dexteram umquam uel in cogi
tatione. uel in opere. cadunt.
Quantum cotidie proficiunt. in cen
suntur penitent. Inde ergo Iohannes.
qui sectum prefigurabit. humiliter
dno se commisit. Unde et dns
deuotione piissima. miseretur.

*Posuit illa dexteram manum suam
super me dicens. noli timere.*

Qualis autem consolatio uideri potest
ei qui uelut mortuus iacet. si
audierit noli timere. hoc nulli
alii dicere potest. nisi qui semetipsum
cotidie in penitentiam mactat.
et dnm ubique sequendo. crucem
dnicam portat. hic et fidem
remuneret. et fidelem. Non incredulit
tate. sed admiratione pauentium
corroborat. Timere ergo prohibens
qui tam dilexerat ut ad contemplationem
uirtutis illius uteretur. et in tantum
fidei sue. ad amorem xpi conuertere
consolatur humilem. et dicit.

*Ego sum primus et ego nouissimus
et uiuens. et fui mortuus et ecce
sum uiuens in secula seculorum.*

Sicut uitat mox igniculum perceperit.
curat numquam cadit.
Expulso nunc timore. consurge.
quem admiratus es. recognosce.
Primus ego sum. scilicet ante omnem
iniquum. ante omnem creaturam.
Prius quam terra fieret. ego sum ipse
principium. et nouissimus. et in me
finis omnium constat. quia per me
uniuersa in fine reparanda sunt.
et uiuens. fui mortuus. et ecce sum
uiuens. Ideo absque defectione per
durans. qui mortem pro uestra salute
suscepi. et ecce sum uiuens in secula
seculorum. et ecce nunc sum in diuina
eternitate permanens.

Et habeo claues mortis et inferni.

Ideo habet in me claues mortis.
et qui est uelut mortuus. quia una
clauis est uite ac mortis. et quos
male uiuendo deponit ad inferos.
bene uiuendo per penitentiam
releuat ad celos. Et qui noli timere
dicit. utique uite et mortis potestatem
habet. Pro mortuo autem.
Ideo propterea baptizatur secta
per lauacrum. et penitentiam uita
aprat(ur) illa. quid faciunt qui pro
mortuis baptizantur. et xpo
consumpserint. et latrum.
Si consumpserit cum xpo quesitum
sunt quere. Iste ergo qui cum xpo
per penitentiam resurgunt. dedit

claues regni celorum. sicut ipse ait.
Quorum remiseritis peccata remittentur
eis. et quorum retinueritis.
retenta erunt. hec est clauis in
ferorum. hec est et clauis regni celorum.
Quoniam qui habet potestatem dimissis
peccatis reuocandi ab inferis.
ad regna celorum inponit quos.
et recuperet et ad inferos deponit
quos retinendo peccata de celo
deicit. Et talis fit. ut una atque
eadem sit clauis uite et mortis.
Et qui ecce sum uiuens dixit ait.
habeo claues mortis et inferni.
ut concludam quando uoluerim.
et quando uoluerim rursus aperiam.
Et atque morte conclusa sunt in
apertam lucem conuersionem resurrect
ionem perducam. De qua claues
etiam Isaias propheta nos docet dicens.
Dabo claues domus dauid super
humeros eius. et aperiet et non
erit qui claudat. et claudet.
et non erit qui aperiat. Clauis enim
et ipse dominus Ihesus Christus est qui et utrique
unum pacem facit. et mortis disrupit
ingressum. Scribe ergo que uidisti
et que sunt et que oportet fieri post hec.
Ecce manifestauit non se tantum
loqui de preteritis. sed et de presentis
commemorasse. et futuros etiam monet
apparere. et in finem temporum
nasciaturos pariter appellare.
Deinde et eam uisionem quam
demonstrauit. absoluit.

Sacramentum septem stellarum
quam uidisti in dextera mea. et
septem candelabra aurea.
Septem stelle. septem angeli. septem
ecclesie sunt. hoc est quod paulo
superius nominauimus. stellas in
dextera dei sitas. animas sanctorum esse.
uel omnem congregationem ipsorum
pariter beatorum qui fuerunt.
et qui futuri sunt. usque ad con
summationem mundi. Similiter
et eam. septem candelabra. unam
et uerum ecclesiam. in ebdomada
mundi septiformis constitutam. quam
diximus et unitatis fide roboratam
et celestis misterii sacramento
firmatam. De angelis uero querito
uertatur. si plene non discutiatur.
Stellas dixit. angelos esse ecclesiarum.
et candelabra ecclesias. Que etiam
ecclesie ... uiris bene notum est.
non septem. sed una ecclesia septiformis
est. Id est perfecta sicut scriptum
est. Una est columba mea. una est
perfecta mea. quod si una est.
angeli quoque non erunt septem.
Quod si septem sunt. Iste sol. qua
specialiter nominauit angelos
habent. cetere uero ecclesie non habent.
Querendum preter ea est quid sibi
uelint isti angeli. quod unius cuiusque
...rum angelus habeat officium
deputatum. ut alieni angelo
uertatur procuratur. angeli eorum
semper uident faciem patris mei

qui In celis est. Si ab omni cetu
protegendis seruandisque nobis licet
angeli distribuit adiuncti sunt.
quur apostolum petrum. proprius angelus
eruere non potuit. et uenit ad libe
randum eum missus est. dicit enim.
In ueritate scio. quia misit dns
angelum suum. et eruit me de manu
herodis. et non solum missus est
angelus. sed reuertit sicut scriptum
est. Utrique processerunt unum
uicum. et discessit ab eo angelus.
Sed dicit aliquis. Angelus unius
cuiusque qui deputatus est. mittitur
ad liberandum. dicit ergo.
Et quia si omnes apostoli essent in
carcere. duodecim angeli mitterentur.
nec alius alienum sed proprius
liberaret. Minus enim ualet unus
angelus dni. assiriorum castra
percutere. et liberare uniuersum
israhelem. Aut iob angelo sco et non
ipsi diabulo commendatus est.
ne aliquit amplius quam iussum
erat pateretur. Si autem non pro
tegendis liberandisque nobis. sed forte
docendi aut seruiendi dati sunt.
quid sps scs de quo dicit dns. quum
uenerit ille omnes uos docebit.
Quid ergo hic dicamus. minimos dns
laudabit angelos minimorum.
Id est minores homines minores
angelos habent. an quomodo.
cuius meritum dignet uidere angelos
dm. proprio. an hominum.

Qui custodes dati dicuntur.
Si enim merito suo uident
angeli dm. non est quod in hoc
in laude minimorum dns protulerit.
Sin uero merito nostro angeli nri
uident dm. ergo ante quam hominibus
adiungerentur. non uidebunt.
At meritum crescunt hominum aut ex
angelos accipere. qui semper dm
uiderunt et uident. Taceo quod
in patris merito sint iusti. potest
non quidem sine contradicentis
periculo dici. quod angelum
unus quisque pro modo sue fidei
ac deuotionis acceperit.
Et quanto quis magnus fuerit.
tanto angelum uidendo dm
digniorem aptiorem habebit.
Quanto uero minus quis fuerit
in deuotione. tanto minorem
angelum secundum sue deuotionis
meritum promereatur. quid faciunt.
si creuerit sciatur. aut fidei de
crementum et iustorum minuerit.
ipsi permanent. an secundum fidem
hominum incrementa et decrementa que
mutantur. Si enim angeli non
mutantur. homo ad detrimentum
uel ad incrementum fructum
crescendo in scientiae consenderit.
angelum suum aut secum ducit
aut proficiens in primo gradu
reliquid. Quod si haec puerilia.
et uulgalia est dicere. nec in diuinis
scripturis fieri. aut a nobis

sentari licitum est. Quaerendum est
nobis quod laudis genere
minimos conparatiua dicat. Uidete
ne contemnatis unum de pusillis istis.
quia angeli eorum semper uident
faciem patris mei qui in celis est.
Potest enim sublimius minora
laudare. sicut alio loco laudabit
dicens. quamdiu fecistis uni
ex minimis istis fratribus meis. mihi
fecistis. Non enim melius aut
sublimius. aut maioris laudis est
hominis habere angelum custodem.
qui semper dominum uidet. quam christum
christum quem semper secum habet
custodem et quo heredem.
quem et fruentem eum christus dignatus est
habere. Isto modo habet unus
quisque angelum. Numquid et uocem
angeli sui. aut angelus hominis
sui. cui diligatus est habet uocem.
ut audita petri uoce dicebatur.
non est petrus. sed angelus eius est.
Non potest fieri. ut alius suspicio
In hoc re dicatur esse. Sed quod
mihi uidetur angelus hominis.
anima eius est. Id est homo in
terior. qui semper dominum puro corde
contemplatur. per fidem. Sicut
dominus dicit. Non me uidebitis donec
dicatis. Benedictus qui uenit.
In nomine domini. Id est. donec
credatis et crucem meam leuetis.
et me sequatis. et ad philippum
ait. Qui me uidet. uidet et patrem.

Quum ergo dicit angelum hominis.
Ipsum hominem significat.
Si certus est angelos. eorum esse intellegitur.
Non solum misterii sed et consuetudinis
unam rem diuidere in multas causas.
ut dicimus homines ecclesie. quam ipsi
homines sint ecclesie. Ipsi sunt angeli.
Ipsi sunt stelle. Ipsi sunt candelabra.
hoc totum una ecclesia est.
Sed propter sacramentum misteriorum
diuiduntur per singula. Hic dominus ait.
Tristis est anima mea. usque ad mortem.
Ergo alter uidetur qui dicit et alteram
animam de qua dicit. Quum ipsa
anima dicat. tristis est anima mea.
et non dicat tristis sum. Sic ergo
consuetudo est dicendi. et talia
unionem putatur. multo magis
misterium sacramenti. et obscuri unde
rei grauiorum. ut quod dicit per misterium
Id est occultum allegorice hoc in
tellegitur. Allegoria est significatiua
culus cum quod rei. ut alia sonet in uerbis.
alia intellegitur in misterio. Id est
In secretis et pulibus. Sicut per oculum
dicitur. Ecce facio noua. et nunc
orientur utique cognoscetis ea.
Ponam in deserto uiam. et in inuio
flumina. Glorificabit me bestie
agri. dracones et strutiones. quia
et filie passerum. Quia dedi in deserto
aquas et flumina in inuio. ut darem
potum populo meo electo meo.
Quid est enim desertum. ubi dicitur uiam
faciat. Aut quid locus aridus.

ubi flumina fecere permiserat.
nisi gentes in quibus per xpm uitae
potestate fuerat. et indeficiens aqua
salutis effluxit. Quae sunt et aquam
benedicunt. qui benedicent et glorificant
deum. Quae sunt stellae. et filiae patris.
Quod genus electorum potandum nisi
unum quod supra nominabimus
qui xpm secuntur perfecta fide et opera
luctant. Ut ... hoc per misterium
... et unum esse intellegi. Sic
angelum et ecclesiam unum esse credas.
Sicut corpus et anima unum hominem
dicis. quod apud graecos in hoc nullo
questio esse uidetur. Apud nos enim
dubium est. utrum gentibus sit angelus
ecclesiae induatibus. Apud illos autem
manifestum est. quoniam non angelo
huius ecclesiae dixit. sed angelo huic ecclesiae
id est. episcopo ciuitatis. Ut angelum
et ecclesiam uideatur dixisse. Quam quid
sit angelus exponere uoluisse dicens.
TO ANGELO TEN EFESO ECCLESIAE GRAPSON
quod est latine angelo id est ecclesiae
quae est ephesi scribe. Quod apud nos
quoque in plurali numero potest dicendi
uapuat. Angelis ecclesiarum quae sunt
in ... scribe. Sic et quam in psalmo
dicit pro uno pluraliter. In sole posuit
tabernaculum suum in eis.
Quid sit in sole exposuit dicens in eis.
Quum sol. et tabernaculum in eis
unum sit. Nam et illud facit nobis
questionem quod et in initio libri
nos septem angelis. septem ecclesiis

dixerit. Sic etenim dicit. Iohannes
septem ecclesiis quae sunt in asia.
Et dominus dixit ei. Scribe in libro quod uides et
et mitte septem ecclesiis. Potest autem
angelis libet scribi. ut ostenderet
unum esse angelos et ecclesias.
Angelus enim latine nuntius dicitur.
ecclesia conuocatio. propter quod omnes
ad se uocet ad paenitentiam. Denique
angelos lubet agere paenitentiam.
non. sed homines. Item autem septem
candelabra. unum candelabrum est
septem formae. hinc dominus in euangelio
ait. Non accendunt lucernam
et ponunt eam sub modio. sed super
candelabrum. ut luceat omnibus
qui in domo sunt. In modio lucru
temporalium dixit. In lucerna
uitam lux praedicationis accipiatur.
Candelabrum uero homines nuncu
pabit. Lucerna ergo sub modio
ponere est. propter temporalem lucrum
gratiam praedicationis abscondere.
quod nemo uestrum seruorum dei faciat.
quia ut diximus candelabrum
qui libet homo est. Cui lucerna
super ponitur. dum eidem cura
praedicationis iniungitur.
Hoc est proprie angelus et candelabrum
id est ad unamquamque praedicationis
et homo cui adiungitur.
Alio enim loco legimus unum esse
robur unde septem exeunt.
Sicut dominus moysi fecere praecepit
et ponere in tabernaculo ut semper

ardeat. Candelabrum autem
illud septem luminorum est, spiritus sancti
gerebat imaginem, qui septem formis
gratiae inlustrat ecclesiam omnem
in unitatem fidei constantem.
Sive hunc candelabrum Christum in-
telligimus, portantem septem ecclesias,
in quibus septiformis spiritus sancti
splendor refulget. Huic candelabro
sunt emunctoria, quae in [illegible]
forcipes nuncupantur.
Haec sunt duo testamenta, quibus
peccata purgantur.
Candelabrum autem, ecce velum
testamenti quod oppansum est,
ardere praecipitur, quia sine ullo
veteris testamenti velamine
spiritus sancti lumen veritatis fulget.
Oleum vero quod de arboribus olivarum
sumendum dominus praecepit,
eandem gratiam spiritus sancti osten-
dit. Habent enim inter pacem
et misericordiam per salvatoris
adventum, unde in cordibus nostris
accenditur. Denique in singulis
omnes conveniunt, quia non dicit
quid spiritus sanctus dicat ecclesiae,
sed ecclesiis. Non enim Ephesiorum
ecclesia sola est, ut si ~~[deleted]~~ non
paenituerit de loco suo movetur
candelabrum; ut Smyrnae soli
promittit, nihil timeat eorum
quae passurus est. Ut Pergamum
thronus est satanae, sed tantum
cum illa, et non ubique thronus est

satanae, ut si Pergamum non paenituerit,
oris gladio esse purgandum.
Ut Thyatirae adulteris comminatur,
et solum hortatur tenere quod habet
donec veniat. Ut Sardis tantum
dicit: si non vigilaveris veniam ad te
sicut fur, et nescis qua hora veniam.
Ut soli Philadelphiae dedit ostium
apertum, et soli promittit ab illa
temptatione quae ventura est temptare
totum orbem terrarum. Ut ex ore suo
solus Laodiciae tepidos evomere
comminatur. Non utique in his tantum
locis fuit tunc Christi ecclesia, sed in
septenario numero omnis plenitudo
constat. Et tradidit mistici
consuetudo est, in specie genus con-
venit. Idem per similitudinem
omnem causam comprehendit.
Nam et apostolus Paulus ad septem ecclesias
scripsit, non hisdem quibus Iohannes.
Angelum ergo ecclesiarum dicit, in quo
duas partes ostendit, dum unum
laudat, alterum increpat. In conse-
quentibus manifestatur per eundem
ecclesias non eundem increpare
quem laudat. Sicut dominus in evan-
gelio omnem praepositorum corpus
unum servum dixit. Praepositi vero
latine speculatores dicuntur.
Nam graece episcopi nominantur.
Et episcopi autem vocabulum inde ductum,
quod ille qui super efficitur super-
intendat, curam scilicet subditorum
gerens. Scopin enim graece latine

Intendere dicitur. Idest speculare. uidere.
intelligere. quid fiat depraehendat.
quid etiam dequaerat. quid debeat
ordinare. depraehendatibus. Nam iste
speculator praeponitur et in aecclesia
dicitur. eo quod discernat undique
prospiciat singulorum populorum
instruere pontatorum. mores actuum.
Hunc seruum dns in euangelio redarguit
quum dicit. Si dixerit malus ille
seruus in corde suo. moram facit
uenire dns ms. et subito ueniet dns
hora qua ignorat. tunc diuidet
eum. et partem eius ponet cum ypo
critis. Non quod partes eum desecet.
sed diuidere dicitur. Idest uectis
segregare. Proinde ergo omni aecclesiae
unum corpus dixit. et aecclesiae caput
xps est. et membra omnis omnino
populus est. Et oculos aecclesiae eps est.
proinde speculator dicitur.
Et manus aecclesiae presbyter est. Idest senior.
qui etiam cum epo in honore parte con
iungitur. consors misteriorum corporis
xpi et sanguinis est. manus dicitur.
quia per ipsos epi per omnes aecclesias.
quod est omnis populus. operum
sanctitate [illegible] perficiat.
Pes aecclesiae diaconus est. Pes dicitur
est. quia utrique sacerdotes per ipsos
ministerium sanctitatis discurrunt.
Quos abscidere praeceptum est. si
scandalum aecclesiae operantur. sicut
Si oculus. manus. pes. scandalizant te.
euelle. abscide. et proice abs te.

ueniat in euangelio praeparatur

Quam uenerit dominus ipse diuidet.
et non totum seruum. sed partem
eius cum ypocritis ponet.
Partem dixit. qui per ipsos baptizati
sunt. et quam in eius aecclesiam
sociati operare uidentur. Incipiens
ergo a principio libri usque in finem.
bella interna. Idest pugna intus
aecclesiam. et separationis aecclesiae
membra in praesentibus. diuersa opera.
et quae oportet fieri post haec.
demonstrare futura. Non dixit
scribe quae sunt. aut quae fuerunt.
sed quae oportet post haec fieri.
Ostendit usque in mensis mutuationem
zizania crescere. et laboratoribus
praecepit. betatur. et uitet. abigere.
Istius ergo separationis aecclesiae. quod est
una aecclesia. haec quae diximus
potest fieri. Sed et pro qualitate
fidei et electionis. ut separatim scribitur.

Aut uideor scripta qui et laborant
in scto et operantur de fragilitate
laborum suorum et pugnatores sunt.
Et quum uideant homines istos quos
diximus. aliquos in aecclesiam.
largos. et dispensatores. sed tamen
peccatores. Ne desperatio fiat. permittit
eos in quantum ualeant.
Admonet tamen eos in epistola prima
aecclesiae docuitatem. et amore.
ut illi qui plus pugnatores sunt.
eos in quibus fides deest. amando.
et castigando. corripiant. ut
agant paenitentiam.

Aut ad eos qui locis candelabris inhabitant

inter persecutores et emulos. per

smirnium ecclesiam admonet ut sub

potentia et persecutione esse fideles. Ipsis

dicit nihil timeas eorum que passurus es.

Aut ad eos qui super actum mechie

inlicita peccata in ecclesia

faciunt. et aliis faciendo ostendunt.

Ipsis per pergamum ecclesiam dicit.

tronus est satane.

Aut ad eos qui sunt in ecclesia laies.

pro ipsis dicit per tiatirum ecclesiam.

habeo aduersus te multa quia per

mittis mulierem zezabel que

seducet seruos meos fornicare.

Aut ad eos qui neglegentes sunt in actu

et non uigilant pro salute

animarum suarum. et sunt tepidi.

et pigri. et nomine tantum christiani

sunt. pro ipsis dicit per sardis ecclesiam

si non uigilaueris ueniam ad te

sicut fur et nescis qua hora ueniam.

Aut ad eos qui humiliter instructi

id est rustici sunt in scripturis

nihil sentiunt. et simplices sunt.

et fidem fortiter tenent. Ipsis per

filadelfium ecclesiam dominus tantum

promittit. a temptationum

que uentura est.

Aut ad eos qui studentes in scripturis.

et laborant cognoscere archana.

id est occulta scripturarum, et tamen

opus facere nolunt. id est mrectum

et amorem. Omnibus his penitentiam

admonet. Omnibus iudicium

futurum admonet.

Et in prima quidem ecclesia ait.

Scio laborem tuum. et opera. et

patientiam tuam. Id est scio te

laborare. et operari. Video te

patientem esse. ne putet me longe

motum a te. Et quia non potes

portare malos. et qui se dicunt

apostolos esse et non sunt. et inuenisti eos mendaces.

et patientiam habes, propter

nomen meum. Hec uniuersa ad

laudem, non mediocrem. Sed et alios

uiros et alium clerum. aliosque

electiones. homines oportet omni modo

admoneri. ne leuius sibi bonis conscientis

fraudentur. Pauca dixit se

habere aduersus illos. et caritatem

tuam in quid pristinam reliquisti.

memento. unde cecideris.

Qui cadet de alto cadet. Ideo dixit

unde. Quoniam omnimodo usque ad finem

amoris opera exercenda sunt.

quod est principale mandatum.

Denique nisi opera cum amore fiant.

minatur esse mouere candelabrum

de loco suo. id est spargere plebem.

Sic habes et tu tenentes doctrinam

nicolaitarum. Odire se tamen

opera nicolaitarum dicit. que

et ipse odit. hoc ad laudem

expectat. Nicolaitarum autem

opera erant illo tempore ut licet

homines et prestare sub nomine

nicolai ministri. Fecerunt sibi

heresem. ut delibatum id est inmolaticium.

cotidiantur · et manducari
possint : et qui cumque fornicatus
erit · octabo die pacem acceperint :
Ideo conlaudat illos ad quos scribit ·
quibus talibus et tam magnis uiris
promisit lignum quod est in para-
diso dei sui : hec est ephesi ecclesia :
Secunda ecclesia secundam conuersatio-
nem alterius classis · et consuetudinis
delectat : denique ait : Scio
tribulationem tuam · et paupertatem
sed diues es : Scit enim apud se dominus
talibus diuitias esse reconditas ·
et detractionem · de iudeis · quos
negant esse iudeos · Idest confessores
de synagoga satane quoniam
ab uno christo colliguntur · et diaboli
congregatio sunt · quibus ait :
Esto fidelis usque ad mortem · et qui
uicerit non ledetur a morte secunda :
Idest non cruciabitur in inferno :
hec est zmirne ecclesia :
Tertia classis sanctorum ostendit esse
uiros qui fortes sunt in fide · et non
perturbescunt persecutionem :
Sed quia illi sunt · qui proni sunt ·
ad inlicitas permixtiones ait :
pugnabo cum illis gladio oris mei :
Quid pertinet dicam · et quid
faciant inputabo : Nam balaam
doctrinam · qui docebat balac
mittere scandalum ante oculos
filiorum israhel · esse delibatum
et fornicari : holim notum est :
Ille enim hoc consilium dedit regi :
moabitarum · ut scandalizaret
populum : Sic inquid uos habetis
talem doctrinam · et suppressa est tu-
misericordie : alios uitiatis :
Qui uicerit inquid · dabo illi
de manna absconsum · et dabo illi
calculum album : et manna
absconsum inmortalitas est :
Gemma alba · adobtio in filio dei :
Nouum nomen in calculo scriptum :
christianum est : hec est pergami ecclesia :
Quarta classis · nobilitatem fidelium
operationum cotidie · et maiora
faciendum operum significat :
Sed et ibi esse quoque facile homines
ad inlicitas pacem dandas · et nouas
prophetias · adtendentes · ostendit ·
et ut quia · et pre omnes ceteros
quibus non placet hoc qui cog-
noscunt nequitiam aduersum
quibus mulis et dolores inducere
querit incipiat fidelium periculum ·
et ad eos ait · Non mittam super
uos aliquid pondus · Idest non dabi
obseruationes · et honera · et nouas
prophetias · et inlicitas · quia
non conueniunt ecclesie · quod est
aliud pondus : ita quod habetis
tenetis · Idest quod scriptum est
rectum est opere perficitis :
donec ueniam dixit : Et qui uicerit
dabo illi potestatem super gentes :
Idest iudicem illum constituam ·
inter ceteros sanctos : et dabo illi
stellam matutinam :

Ideo primum restitutionem. scilicet
repromisit quod et perdiderat sancto
in penitentia. auferre ab eo novit
ignorantiam. Stella matutina
xps est. Dabo illi ait stellam
matutinam. quae noctem fugat
et lucem adnuntiat. Ideo
terminus diei initium.

Quinta aeclesia est. collectio vel
conversatio sanctorum. Declarat
hominem neglegentes et talia
quam quod oportet in sancto agentes
operatione. nomine tantum
modo xpianos. et ideo ortatur
illos. si quomodo rerum neglegenti
tia possint salvi esse. Esto
vigilans inquid et confirma
ceteros quae moritura erant. non
enim inveni opera tua plena
coram deo. Non enim satis est
arborem vivere. et fructum non
habere. Sic nec satis est xpianum.
et xpm confiteri. et xpm in opere
non habere. Id est preceptum non facere.

Sexta aeclesia est conversatio electo
rum obtime consuetudo sanctorum.
Declarat homines scilicet. qui
humiles in sancto. et rusticani in
scripturis. et fidem inmobiliter
tenent. nec omnino ulli curae.
vel periculo timore facere retinentur
a fide. et ideo ait ad illos.
Ecce dedi in te ostium apertum.
et ait. Quoniam servasti verbum
patientiae meae. in tantum parvis

viribus. et ego te servabo ab hora
temptationis. ut scias ab huius modi
gloriam suam. ne quidem in
temptationem eos dns sinit permittat.
Qui vicerit inquid faciam illum
columnam in templo dei mei.
Columna decor est aedificii. Id est.
Qui perseveraverit tantum nobilitatem
in aeclesia consequitur.

Haec est quoque collectio septem aeclesiarum.
Declarat homines. locupletes.
credentes. indignitatibus. conlocatos.
Sed credentes et locupletes apud
quos in cubiculo de scripturis quidem
tractantur. Foris autem hunc
sic de aeclesia tantum fideles animae
intelleguntur. Scilicet latentes
et dicentes se omnia scripturarum
secreta. cognoscere. et credere.
predicare fiducialiter facere.
Opere autem neglegunt. et ideo ait ad illos.
Neque frigidos. neque ferventes esse.
Id est. neque incredulos neque fideles.
Quia cum fidelibus. et infidelibus.
ad omnes enim omnia sunt.
Et quoniam qui nec frigidus. nec
calidus sed tepidus est. nausium
facit. ad illos ait. Vomam te
de ore meo. Nausium quantum
odibile est. neminem latet.
Sic et huius modi homines quam citius
in diem iudicii futura proiecit.
Sed quia in hoc mundo tempus est
penitentiae. ait. Consilium do tibi.
ut emas a me aurum igne probatum.

Idest si quomodo potest pro nomine domini
pati tribulationes et passiones.
Et collirium inquid inunge oculos
tuos. Idest. quod liberet. cognoscis
per scripturam o diues. huius et
opus facere coneris. et si quem
huiusmodi hominem deinuentio
peccati, ad magnum talenta
penitentiam. non sibi solum ualet
sed multos prodesse possunt.
Non mediocrem mercedem est pro
missa. Idest sedere in solio iudicii sui.
EXPLICIT. DE FILIO HOMINIS. ET
ECCLESIAS. LIBER PRIMUS. IN EXPLANA
TIONE. APOCALIPSIN. IOANNIS APOSTOLI

INCIPIT PROLOGUS LIBRI SECUNDI DE ECCLESIA ET SINAGOGA QUID PROPRIE DICATUR ET QUIS IN QUA HABITATOR ESSE DINOSCITUR. PLENISSIME LECTOR AGNOSCAS:—

Ecclesia. grecum est.
quod in latinum
uertitur conuocatio.
propter quod omnes ad se uocet.
Catholice. Idest uniuersalis.
A TOUTOCA TAON. Idest secundum totum.
Non enim sicut conuenticula here
ticorum. in aliquibus regionum
partibus coartatur. sed per totum
terrarum orbem dilatata
diffunditur. Quod etiam apostolus
adprobat. ad romanos dicens.
Gratias ago deo meo pro omnibus
uobis. quia fides uestra adnuntiatur
in uniuerso mundo. hinc et uniuer
sitas ab uno cognominata est.
propter quod in unitatem
colligitur. Unde dominus in euangelio
ait. Qui mecum non colligit
spargit. quur tamen ecclesia
cum una sit a iohanne. septem
scribuntur. Nisi ut una catholica
septiformi plena spiritu designetur.
Sicut et de domino nouimus
dixisse salomonem. Sapientia
edificabit sibi domum. et excidit
columnas septem. Que tamen
septem. una esse non dubitatur
dicente apostolo. Ecclesia dei uiui.
que est columna. et firmamentum
ueritatis. In quo cubit autem actu.
a loco ubi uenit de celo spiritus sanctus.
et impleuit in uno loco sedentes.
Pro peregrinatione autem presentis
seculi. ecclesiam sion dicitur.
eo quod ab huius peregrinationis
longitudine posita. promissionem
rerum celestium speculetur.
Et idcirco sion. Idest speculatio
nomen accepit. Pro futura uero

pace. hierusalem uocatur. Nam hierusalem
pacis uisio interpretatur. Ibi enim
absorta. idest deuorata. omnia
diuersitate. pace quae est xps.
presenti possidebit obtutum.
Continet autem ecclesia hos. xpm.
angelos. patriarchas. prophetas.
apostolos. martyres. clericos. monachos.
fideles. et religiosos. et haec ecclesia
caelum nominatur. In quo sol.
luna. et stellae. quos supra diximus
uirtutum suarum luminibus
radiant. Nam xps est a chrismate
appellatur. hoc est unctus.
Praeceptum enim fuerat iudeis.
ut sacrum conficerent unguentum.
quo perungui possint hi qui
uocabantur ad sacerdotium.
uel ad regnum. et sicut nunc regibus
indumentum purpurae insigne est
regie dignitatis. sic illis unctio
sacri unguenti. nomen ac potestatem
regiam conferebat.
et inde xps dicitur a chrismate.
quod est unctio. Nam chrisma
grece. latine unctio nominatur.
Quae etiam dno nomen adcomoda
bit facta spiritalis. quia sco
spiritu unctus est. a deo patre.
ut illa in apostolorum actibus.
Collecti sunt enim in hac ciuitate
aduersus scm filium tuum. quem
unxisti. Non utique oleo uisibili.
sed gratiae dono. quod uisibili
significatur unguento. Non est ergo
saluatoris proprium nomen xps.
sed communis nuncupatio
potestatis. Dum enim dicitur
xps. commune dignitatis nomen est.
Dum ihesus xps. uocabulum
saluatoris. xps autem nomen
nusquam alibi omnino nec in aliqua
gente fuit. nisi tantum in illo
regno ubi xps prophetabatur.
et unde uenturus erat. Nam ipse
dei patris unigenitus filius. dum
esset aequalis patri. propter salutem
nostram formam serui accepit.
ut exemtus etiam saluans ad caelum
aperiret. Deus est et homo. quia
uerbum et caro. Unde et bis genitus
dicitur. Siue quia patre eum
genuit sine matre in aeternitate.
siue quia matre sine patre in tempore.
Unigenitus autem uocatur secundum
diuinitatis excellentiam. quia
sine fratribus. Primogenitus.
secundum susceptionem hominis.
in qua per adoptionem gratiae fratres
habere dignatus est. quibus esset
primogenitus. Messias ebraice
dicitur. grece xps. latine unctus.
Ihesus ebraice dicitur. grece soter.
latine saluator interpretatur.
quia ipse saluum faciet populum suum.
Sicut enim xps significat regem.
ita ihesus significat saluatorem.
Non itaque saluos facit quicumque
rex. sed rex saluator noster.
Angeli grece uocantur. ebraice

dicuntur malachoth. latine uero
nuntii interpretantur. ab eo quod
domini uoluntatem populis nuntiant.
Angelorum autem uocabulum
officii nomen est. non naturae.
Semper enim spiritus sunt.
Sed cum mittuntur. uocantur
angeli. quibus ideo pictorum
licentia pinnas faciunt. ut celerem
eorum in cuncta discursum
significent. Sicut et iuxta
fabulas poetarum. uenti pinnas
habere dicuntur. propter uelocitatem
scilicet. unde et scriptura sacra dicit.
Qui ambulat super pinnas uentorum.
Nouem autem esse ordines angelorum
sacrae scripturae testantur. Id est.
angeli. archangeli. throni.
dominationes. uirtutes. principatus.
cherubin et seraphin. Quorum officiorum
uocabula. cur ita dicantur
sunt. interpretando exequimur.
Angeli uocantur propter quod de caelis
ad adnuntiandum hominibus
mittuntur. Angelus enim grece.
Latine. nuntius dicitur.
Archangeli greca lingua. summi
nuntii interpretantur. qui enim
parua uel minima adnuntiant.
angeli sunt. Qui uero maxima.
archangeli nuncupantur.
Archangeli dicti. eo quod primatum
teneant inter angelos. Arcos enim
grece. Latine princeps inter
pretantur. Sunt enim duces

et principes. sub quorum ordine
unicuique angelorum officia
deputata sunt. Sicut enim
in terra sunt duces et principes.
tribuni. et centuriones. qui
hominibus ÷ Zaccarias propheta
testatur dicens. Ecce angelus
qui loquebatur in me egrediebatur ÷
in occursum eius. et dixit ad eum.
Curre. loquere ad puerum istum
dicens. Absque muro. habitabitur
Hierusalem. Si enim in ipsis officiis
angelorum nequaquam potestates
maiores minores mitterent. nullo
modo hoc quod diceret homini
angelus ab angelo cognouisset.
Quidam autem archangelorum
priuatis nominibus appellantur.
ut per uocabula ipsa in opere
quid ualeant. designentur.
Gabriel hebraice. in linguam nostram
uertitur fortitudo dei.
Ubi enim potentia diuina. uel
fortitudo manifestabitur.
Gabriel mittitur. Unde et tempore quo
erat dominus nasciturus. et triumpha
turus de mundo. Gabriel uenit
ad mariam. ut illum adnuntiaret
qui ad debellandas aerias potesta
tes. humilis uenire dignatus erat.
Michael interpretatur. qui sicut deus.
Quando enim aliquid in mundo
mire uirtutis fit. hic archangelus
mittitur. et ex ipso opere nomen est
eius. quia nemo ualet facere.

÷ praelati sunt. ita et archangeli angelis praesunt

÷ et alius angelus egrediebatur

quod facere potest dominus. Rafael interpretatur curatio uel medicina dei. Ubi cumque enim curandi et medendi opus necessarium est, hic arcangelus [a deo mittitur. unde et ad tobiam idem arcangelus] missus. oculi eius curationem adtribuit. et caecitate detersa uisum restituit.

Nominis enim interpretatione. et arcangeli officium designatur.

Uriel. interpretatur ignis dei.

Sicut legimus apparuisse ignem de celo. Legimus etiam ignem missum desuper. et implesse quod preceptum est. Troni autem et dominationes. et principatus et potestates. et uirtutes quibus uniuersam celestem societatem apostolus complectitur. Ordines angelorum et dignitates intellegantur. et pro hac ipsa distributione officiorum. alii troni. alii dominationes. alii principatus. alii potestates dicuntur. pro certis dignitatibus quibus inuicem distinguuntur.

Uirtutes angelica quaedam ministeria probantur. per quos signa. et miracula in mundo fiunt. propter quod et uirtutes dicuntur.

Potestates sunt. quibus uirtutes aduerse subiectae sunt. et inde potestatum nomine nuncupantur quia maligni spiritus eorum potestate coercentur. ne tantum mundo noceant. quantum cupiunt. Principatus sunt. hii qui angelorum agminibus pre sunt. Qui pro eo quod subditos angelos ad explendum mysterium diuinum disponunt. principatus uocabulum acceperunt.

Nam alii sunt qui administrant. alii qui adsistunt. sicut per danielum dicitur. milia milium ministrabant ei. et decies milies centena milia adsistebant illi.

Dominationes sunt hii qui etiam uirtutibus et principatibus preminent. qui pro eo quod ceteris angelorum agminibus dominantur. dominantur. Troni sunt. agmina angelorum qui latino eloquio sedes dicuntur. et uocantur troni. quia illis conditor presidet. et per eos iudicia sua disponet.

Cerubin autem. et ipsi sublimes celorum potestates. et angelica ministeria perhibentur. qui ex hebreo in linguam nostram interpretantur scientiae multitudo. Sunt enim sublimiora agmina angelorum. quod pro eo quod uicinius positi diuina scientia ceteris amplius pleni sunt. cerubin. idest plenitudo scientiae appellantur. Ipsa sunt illa duo animalia super propitiatorium arce facta ex metallo. propter significandum angelorum presentiam in quorum medio ostenditur deus. Serafin quoque similiter

multitudo est angelorum. qui
hebreo in latinum. sedes uel in
cathedrae interpretantur. Quid
idcirco sedes uocantur. quia
inter eos et dominum nulli angeli consis
tunt. et ideo quanto uicinius
eorum deo constituunt tanto magis
claritate diuini luminis in
lluminantur. unde et ipsi uelant
faciem et pedes sedentis in throno dei.
Et idcirco cetera angelorum turba
uidere dei essentiam plene non ualent.
quoniam cherubin eam tegit. Haec igitur
uocabula agminum angelorum.
tali sunt specialia ordinum singulorum.
ut tamen sint conparate communia
omnium. Nam dum throni sedes dei
in quorundam angelorum ordine
specialiter designentur tamen per
psalmistam. qui sedet super cherubin
dicitur. sed ideo isti ordines
angelorum priuatis nominibus
appellantur. quia hoc ipsum
officium. in proprio ordine plenius
acceperunt. et quamuis sint omnibus
communia. propriae tamen haec
nomina suis ordinibus deputantur.
Unicuique enim sicut praedicatum est
propria sunt officia iniuncta.
que promeruisse eos in mundo
constat exordium. Quia angeli
et locis et hominibus praesunt.
per prophetam testatur angelus
dicens. princeps regni persarum
restitit mihi. Unde apparet

nullum esse locum. cui angeli
non praesint. praesunt enim.
et auspiciis operum omnium. id est
ordo uel distinctio angelorum.
qui post lapsum malorum in caelesti
uigore. steterunt. Nam postquam
apostatae angeli ceciderunt.
hii perseuerantiae aeternae beatitudi
nis solidati sunt. unde et post
caeli creationem in principio
repetitur firmamentum.
Et uocatum est firmamentum
caelum. Nimirum ostenditur.
qui post ruinam angelorum malorum.
hii qui manserunt firmitatem
aeternae perseuerantiae consecuti
sunt. Nullo iam lapsu auerti.
nulla superbia cadere.
Sed firmiter in dei amore. et contem
platione manentes. nihil aliud
dulce habent. nisi eum a quo
creati sunt. Quod autem duo
seraphin in esaia dicuntur.
figuraliter ueteris et noui testa
menti. significationem ostendunt.
Quod uero faciem et pedes dei
operiunt. quia praeterita ante
mundum. et futura post mundum
scire non possumus. Sed media
tantum eorum testimonio con
templamur. Singuli senas alas
habent. quia de fabrica
tantum mundi. quae in sex diebus
facta sunt. in praesenti saeculo
nouimus. Quod clamant. ter sanctus.

ulat adulatum. continuatis in unu
dictauit demonstrat mirantum.

Patriarcharum nomina: sciendum
quid in suo uocabulo resonat.
Nam plerique eorum ex causis
propriis nomen acceperunt.
Patriarchę interpretantur patrum
principes: ex quibus xps secundum
carnem originem ducit.
Abram primum uocatum est pater
uidens populum. postea est scilicet
natum. postea appellatus
abraham addita a. una littera.
quod transfertur pater multarum
gentium. quod erat adhuc perfidem
futurum. Gentium autem non
habetur in nomine. sed sub audiendum
supra illud. Erit nomen tuum
abraham. quia patrem multarum
gentium posui te. Isaac ex risu
nomen accepit. Riserat enim pater
quando ei promissus est. admirans
in gaudio risit. et mater quando
per illos uiros promissus est.
dubitans in gaudio. Ex hoc ergo
causa nomen accepit. Ergo
abraham deum patrem significabat.
qui est auctor et origo hominum.
Isaac xpm significabat. qui nobis
gaudium celeste fecit. Iacob
supplantator interpretatur.
siue quod in ortu plantam nascen
tis fratris adprehenderit
seue quod postea fratrem arte
deceperit. Iste praefigurabat natum
ex quo sunt nati duodecim patriarchę
quę est ecclesia in duodenario
numero constitutam. unde et duodecim
tribus israhel dicuntur. Israhel. uir
uidens deum. Tunc enim hoc nomen
Iacob israhel accepit. quando tota
nocte luctatus uicit in certamine
angelum. et oriente lucifero benedictus
est. et inde propter uisionem dei
appellatus est. sicut ipse ait.
Vidi et dominum facie ad faciem. et salua
facta est anima mea. Ruben.
interpretatur uisionis filius.
Simeon. interpretatur auditio.
Iuda. confessio dicitur. quando
enim peperit eum lia. laudem domino
retulit dicens: modo super hoc
confitebor domino. Et ob id uocatus est
Iuda a confessione. Itaque nomen
eius est dictum. quod est gratiarum
actio. hic est regulis successio.
mirabilis prosapia. Cui ducatus
bellorum. et israhel creditur regnum.
qui nomen gentis ex suo nomine
dedit. praepotens ualde in regni
uirtute. declarus in splendore
potentię. Cuius quidem imperii
potentatus non cessabit. quo adusque
xps quasi catulus leonis ex germine
eius ascenderet. atque spes gentium
ex regali procederet uero concurrerent.
et inde dictum est. uicit leo de tribu
Iuda. Unde et iudei cognomina sunt
nomen. quia iudas confessio dicitur.
Unde et nos confessoris nomen

possidentur. Sicut et apocalipsis
dictum est qui se dicunt iudeos
esse et non sunt. Isachar. Inter
pretatur est merces. Hoc autem
ideo quia mandragoris filii ruben
introitum viri qui racheli debebatur
ad se emerat lia. Comparatis
mandragoris et concepit et Isachar.
Unde et cum natus est dixit lia.
Dedit deus mercedem meam. De hoc
tribu natus est iudas scarioth.
qui dominum vendidit. et de mercede
pretii comparavit agrum de mercede
iniquitatis sue. Zabulon inter
pretatur habitaculum.
Neptalim. de conversione.
Dan. interpretatur iudicium.
Balla. enim dum eum peperisset.
dixit rachel domina eius.
Iudicavit me dominus. et exaudivit
dicens. Dedit mihi filium.
Causam nominis exprimit. ut ab eo
quo iudicasset dominus filio ancille
iudicii nomen inponeret.
De hoc tribu natus erit antichristus
de concubina quia et in ecclesia
qui eum prefigurant iam multi
antichristi sunt. et de concubina
natus. id est sinagoga que est nox
ignorantie qui sunt servi peccati.
Levi. sacerdotalis autem originis.
cum tribu iuda permixtione
generis iungitur. sed [illegible]
divisus cassus proprie sortis
funiculum. et habitans in universis
regnis fratrum. De hoc sunt
sacerdotes. quibus non erat licitum
in terra possidere hereditatem.
sed in [illegible] apratorum
contemnere paupertatem.
Iudas etiam. rex et sacerdos christus
interpretatur. qui fecit nobis
regnum sacerdotes deo et patri.
Gad. habitatio sive procinctus
vocatus est. Aser. beatus
dicitur. Ioseph. salvator mundi
interpretatur. eo quod orbem
terre ab inminenti famis
excidio liberavit. Beniamin.
interpretatur filius dextere
quod est virtutis. Manasses.
dicitur oblitus. Effraim dicitur
augmentum. Hi sunt patres
patrum prophetarum et apostolorum
origo. Hi sunt et patres nostri
de quo dominus dixit ad abraham.
In isaac vocabitur tibi nomen.
Non in ismahel qui de ancilla
natus est. quod est sinagoga.
Prophete dicti. eo quod longe
praevideant. quos gentiles vates
appellant. os nostri prophetas
vocant. quasi prefatores. quia
porro fantur. id est loquuntur.
et de futuris vera predicunt.
Qui etiam a nobis prophete. in veteri
testamento videntes appellabantur.
quia videbant et que ceteri
non videbant. que in misterio
abscondita erant. [illegible] sunt

prophete . sed tamen duodecim
in libris conscribuntur . exceptis
quattuor qui maiora uolumina
condiderunt . Esaias . interpretatur
saluator domini et merito saluatorem
enim uniuersarum gentium eiusque
sacramenta amplius quam ceteri
predicabit . Hieremias excelsus domini .
pro eo quod dictum est ei . constitui
te super gentes et regna .
Ezechiel . fortitudo dei . Daniel
iudicium dei quod inter presbiteros
iudicabit . Osee . saluator .
aut saluans . Iohel . dominus deus .
siue incipiens deo . Amos . populus
auulsus . eo quod populo israhel . a domino
auulsus erat . Naum . germen
siue consolator . Abbacuc .
amplexans qui uel ex eo quod
amabilis domini fuit . Nullus enim
de prophetis tam audaci uoce
ausus est deum ad disceptationem
iustitieque prouocare . cur in rebus
humanis et mundi tantus tanta
rerum . uersetur iniquitas .
Micheas . quis hic . uel quis iste .
Soffonias . speculum . uel arcanum
dei . Abdias . seruus domini .
Sicut enim moyses famulus domini .
et apostoli serui christi . ita iste
loquitur . ad gentes missus uenit .
Iste fuit dispensator achab regis .
Ionas interpretatur columba .
siue dolens . columba propter gemitum .
dolens propter scelerum que uenit .

In prefata sareptane . uidue filius .
Hunc iudei affirmant . quem suscitabit
Helias . et tunc dictum est amathi .
Amathi enim . ex hebreo . latine
ueritas . Ideo filius ueritatis .
Zaccarias . memoria domini eo quod
memoratus est dominus per eius
predicationem populum reducere in hierusalem .
Aggeus in latinum . festiuus et letus .
Malachias interpretatur . angelus
domini . Hii sunt duodecim prophete
in duodenario numero ecclesie
constituti . Hii prophetauerunt
de christo . quod postea ihesus . apostolis
dicebat . Alii laborauerunt .
et uos in labores eorum introistis .
Et alterum . multi reges et prophete
cupierunt uidere quem uos uidetis
in carne . et illi non uiderunt .
quattuor uero prophete inter duodecim .
quattuor euangelistas significabe-
runt . qui inter apostolos fuerunt .
Apostoli . grece . latine missi inter-
pretantur . Nam sicut grece
angeli . latine nuntii uocantur .
ita et grece apostoli . latine missi
appellantur . Ipsos enim misit
christus euangelizare per uniuersum
mundum . ita ut quidam persas .
indosque penetrarent docentes .
et facientes in nomine christi magna
et incredibilia miracula . ut ad
ostentationibus signis et prodigiis
crederetur illis in his que dicebant .
Habent autem plerique ex his causas suorum

uocabulorum . Petrus . a petra
nomen accepit . hoc est a xpo .
super quem est fundata ecclesia .
Non enim a petro petra . sed a petra
petro sortitus est . Sicut non xps
a xpianos . sed xpiani a xpo
uocati sunt . Ideoq; ait dns .
Tu es petrus . et super hanc petram
aedificabo ecclesiam meam .
Quia dixerat petrus . tu es xps filius
dei uiui . de inde dns respondit .
Super hanc petram quam dixisti
edificabo ecclesiam meam . petra
enim erat xps . super quod fundamentum
etiam ipse hedificatus est petrus .
Cephas dicitur . eo quod in capite sit
constitutus apostolorum . Cephas
grece caput dicitur . Symon
bariona . idest filius columbe .
Bar quippe . syra lingua filius dicitur .
Iona . ebraice columba . et est ipsum
nomen in petro . sirum pariter et ebreo .
Bariona . alii simpliciter accipiunt
quod symon petrus filius sit Iohannis .
Iuxta illam interrogationem dni .
Symon Iohannis amas me . Iohannes autem
autem dni gratia . et pro Iona .
Iohannem dicunt . et fuisse petrum .
sinonimum . idest cephum .
et simon . bariona . Simon ebraice .
latine audiens dicitur .
Saulus . ebreo sermone . temptatio
dicitur . eo quod primus in temptatione
ecclesie sit uersatus . Inde nomen
habet saud . eo quod persequebatur

xpianos . postea mutato nomine .
de saulo factus est paulus .
quod interpretatur mirabilis
siue electus . Latine autem paulus .
a modico dicitur . unde et ipse ait .
ego autem sum minimus apostolorum .
Quando enim saulus . superbus et elatus .
Quando uero paulus . humilis et modicus .
cephas enim et paulus . ideo mutato
nomine sunt uocati . ut essent
etiam ipso nomine noui . sicut
abraham et sarra .
Andreas frater petri . cuthe et quo
heredes gratiae . quod latine dicitur
decorus . siue respondens .
Simone autem greco . a uiro uiribus
appellatur . Iohannes . ex merito
nomen accepit . interpretatur
enim in quo est gratia uel dni
gratia . amplius enim ceteris
apostolis dilexit ihesus .
Iacobus zebedei apostolus dicitur .
quem relinquens cum Iohanne .
uetum patrem eadem secuti sunt .
Hi sunt filii tonitrui . qui etiam
boanerges existimantur . et
magnitudine fidei nominati
sunt . Hunc iacobum . fratrem
Iohannis . quem herodes post
ascensionem dni occidit .
Iacobus alfei . propter separationem
cognominatus alterius iacobi .
Sicut iste filius alfei . et ille filius
zebedei . ambo apostoli nomen
sumpserunt . Iste iacobus minor

qui in euangelio frater domini
nominatur. Quia maria uxor
alfei soror fuit matris domini.
Quam mariam cleope iohannis
euangelista cognominat.
Alfeus autem ebreo sermone dicitur.
latine uero millesimus siue doctus.
Filippus. os lampadarum. uel os manuum.
Tomas. abyssus uel geminus.
unde et greçe. didimus appellatur.
Bartholomeus. syra lingua. filius
suspendentis aquas. uel filius.
suspendentis me.
Matheus. in hebreo. donatus expri
mitur. Idem appellatur leui.
ex tribu a quo ortus fuit. In latino
autem ex opere puplicani nomen
accepit. quia ex publicanis fuit
electus. et in apostolatus ordinatus.
Simon cananeus. ad distinctionem
simonis petri. de uico galileę
cana ubi aquas dominus mutauit
in uinum. Ipse est qui in alio
euangelista scribitur zelotes.
Cana quippe zelus
interpretatur.
Iudas. iacobi. qui alibi appellatur
lebbeus. figuratum nomen habet
a corde. quod nos diminutiue
corculum possumus appellare.
Ipse in alio euangelista tatheus
scribitur. quem ecclesiastica
tradit historia. missum ad ciuitatem
edissam. ad abgarum regem.
Iudas scarioth uel a uico in quo
ortus est. uel ex tribu ysachar
uocabulum sumsit. quodam
presagio futuri in condemnationem
sui. Ysachar enim interpretatur
merces. ut significaretur pretium
proditoris quo uendidit dominum.
Mathias. qui inter apostolos sine
cognomine solus habetur. et inter
pretatur donatus. ut sub audiatur
pro iuda datus. Iste enim in loco
eius electus est apostolus. cum pro
duobus sors mitteretur.
Marchus. excelsus mandato utique
propter euangelium altissimi
quod predicabit.
Lucas. ipse consurgens. siue ipse eleuans.
Barnabbas. filius prophetę. uel filius
consolationis. Hi duodecim sunt
Christi discipuli. predicatores fidei.
et doctores gentium. qui dum omnes
unum sint. singuli tamen eorum
ad predicandum in mundo. sortes
proprias acceperunt.
Petrus. roma. Andreas. achaia.
Tomas india. Iacobus. spania.
Iohannes asia. Matheus macedonia.
Fillippus gallias. Bartholomeus licaonia.
Symon zelotes. egyptum.
Iacobus frater domini hierusalem.
Paulo autem cum ceteris apostolis
nulla sors propria traditur. quia
in omnibus gentibus magister et
predicator eligitur. Nam sicut
petro et reliquis circumcisionis
apostolatus est datus. ita paulo

preputii in gentibus: hic autem septem
ecclesiis. et tribus. euangelistis ubi a
discipulis: hii sunt duodecim ore diei.
que per xpm solem luminantur:
Hii sunt duodecim porte celestis Ihrlm
per quas ad uitam beatam ingredimur.
Hii sunt prima apostolica. quam
credimus firmissime. supra xpm
petra fundata. Hii sunt duodecim
throni: iudicantes duodecim tribus
Israhel: hec est ecclesia per uniuersum
orbem terrarum dilatata: hic est
semen sanctum. et electum. regale
sacerdotium. per uniuersum mundum
seminatum: pauci fuerunt sed electi:
Et de hoc paruo grano. multe
segetes surrexit: hunc ecclesiam
credimus et tenemus: Et qui supra
euangelistis ubi et quam legit: non
xpianus. sed antichristi in perpetuum
erit manifestata. Idest perditio
in aduentum domini:
Et quo facilius hec seminis grana
per agrum huius mundi quam
prophete laborauerunt et hii
metent. sub lecte formule picture
demonstrata:


DESERTA TERRA VICINA SOLI AB ARDORE INCOGNITA NOBIS
India
Sodoma
Alexandria
Afriga
Cartago magna
Numidia
Constantinopoli
Pannonia
Gallias
Spania
Roma

Martyres. graeca lingua: Latine testes
dicuntur. unde et testimonia
graece martyria nuncupantur.
Testes autem ideo vocati sunt. qui
propter testimonium xpi. passiones
sustinuerunt. et usque ad mortem
pro veritate certaverunt.
Martyrum primus in novo testamento.
stephanus fuit. qui ebreo
sermone interpretatur norma.
Quod prior fuit in martyrio.
ad imitationem fidelium.
Idem autem ex greco sermone in
latino vertitur coronatus.
et hoc prophetice ut consequentur.
in prophetia quadam futuri.
prius in vocabulo resonaret.
Passurus erat enim. et quod vocabatur
accepit. Corona dicitur humiliter
lapidatus. et sublimiter coronatus.
Duo sunt enim martyrii genera.
uno in aperta passione. alterum
in occulta animi virtute.
Nam multi hostis insidias tolerantes
et. idest diabulo resistentes.
et cunctis carnalibus desideriis
abstinentes. per hoc quod se
omnipotenti deo in corde mactaverunt. et iam pacis tempore.
martyres facti sunt. Qui etiam
si persecutionis tempus existeret.
martyres esse potuerunt.
Cleros et clericos hinc appellatos
quia mathias apostolus sorte.
electus est. quem primum per apostolos
legimus ordinatum. Cleros enim
grece latine sors vel hereditas
dicitur. propter et ergo dicti
clerici. quia de sorte sunt domini.
vel quia deum partem habent.
Generaliter autem clerici nuncupantur
omnes qui in ecclesia xpi deserviunt.
Quorum gradus nomina haec sunt.
Ostiarius. psalmista. Lector.
exorcista. accolitus. subdiaconus.
diaconus. presbiter. et episcopus.
Ordo episcoporum quadripartitus est.
Idest in patriarchis. archiepiscopis.
metropolitanis. atque episcopis.
Patriarcha. graeca lingua summus
patrum interpretatur. quia primum
idest apostolicum teneat locum.
et ideo quia summo honore fungitur.
tali nomen censetur. In omne
orbem terrarum. tres sedes sunt
patriarcharum. idest. Roma.
anthiocia. et alexandria.
Ipsi et papae dicuntur. Archiepiscopus.
greco vocabulo. quod summus sit
episcoporum. Tenet enim vicem
apostholicam. et praesidet tam
metropolitanis quam episcopis ceteris.
Singulis enim provinciis praeeminentem
quorum auctoritati et doctrine
ceteri sacerdotes sublecti sunt.
Sine quibus nihil reliquos episcopos
agere liceat. Sollicitudo enim
totius provinciae ipsis commissa est.
Omnes autem superius designata
ordines. uno eodem vocabulo

episcopi nominantur. Sed inde priuato nomine quidam uocantur. propter distinctionem potestatum. quam singulariter acceperunt.

Patriarcha. pater principum.

Archos enim. princeps dicitur. Archiepiscopus. episcoporum metropolitanorum nominatur. Episcopus autem uocabulum inde ductum. quod ille qui super efficitur. superintendat. curam scilicet subditorum gerens.

Scopin enim grece. quod latine intendere dicitur. siue et speculator interpretatur. Nam speculator est praepositus in ecclesia dicitur. eo quod speculatur atque praespiciat populorum infra se positorum. mores et uitam. Pontifex princeps sacerdotum est. quasi uia sequentium. Ipse et summus sacerdos. Ipse pontifex maximus nuncupatur.

Ipse enim efficit sacerdotes atque leuitas.

Ipse enim omnes ordines ecclesiasticos disponit. Ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Ante uero autem. pontifices et reges erant. Nam maiorum haec erat consuetudo. ut rex esset etiam sacerdos uel pontifex. Unde et romani imperatores. pontifices dicebantur. Vates. a ui mentis appellatus. Cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem. modo prophetam significat. modo poetam. Antistes sacerdos dicitur. ab eo quod ante stet. Primus est enim in ordine ecclesiae. et supra se nullum habet.

Sacerdos autem nomen habet conpositum. ex greco et latino quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regendo. ita sacerdos. a sacrificando uocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Presbiter grece.

Latine senior interpretatur.

Non enim modo pro aetate. uel decrepitam senectutem. sed propter honorem et dignitatem quam acceperunt. presbiteri nominantur.

Ideo autem presbiteri sacerdotes uocantur quia sacrum dant sicut episcopi. quia licet sint sacerdotes. tamen pontificatus apicem non habent. quia nec crismate frontem signant. quia soli episcopi dant spiritum sanctum per inpositionem manus quia non presbiter. Nec paracletum spiritum dant. quod solis deberi episcopis. lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud ueteres idem episcopi et presbiteri fuerunt. quia illud nomen dignitatis est. Leuitae. ex nomine auctoris uocati. De leui enim tribu leuitae exorti sunt. quibus in templo dei. mystici sacramenti. ministeria explebantur. Hi grece diacones. latine ministri dicuntur. quia sicut in sacerdote consecratio. ita in diacono ministerii dispensatio habetur.

Hypodiacones. grece. quos nos latine.

sub diacones dicimus qui ideo sic
appellantur. quia sub leuita
praecepta et officia leuitarum.
Oblationes enim in templo dei a fidelibus
ipsi suscipiunt. et leuitis super ponen
das altaribus deferunt. Lectores.
a legendo. Psalmistae. a psalmis
canendis uocati. Illi enim praedicant
populis quid sequantur. Isti canunt
ut excitent ad conpunctionem
animos audientium. Licet et
quidam lectores ita miseranter
pronuntiant. ut quorundam ad
luctum lamentationemque compel
lant. Idem etiam et pronuntiatores
uocantur. quod porro adnuntiant.
Tantum enim et tam clara erit eorum
uox. ut quamuis longe positorum
aures adimpleant. Cantor autem
uocatus. quia uoce modulatur
in cantu. Huius duo genera dicuntur
in arte musica. Sicut et docti
homines latine dicere potuerunt.
Idem praecentor. et succentor.
scilicet qui uocem praemittit in cantu.
Succentor autem qui subsequenter
canendo respondet. Concentor autem
dicitur. quia consonat. Qui autem
non consonat. nec concinit. nec
concentor erit. Acolyti. graece.
latine. ceroferarii dicuntur.
a deportandis cereis. quando
legendum est euangelium. aut
sacrificium offerendum. Tunc enim
accenduntur luminaria ab eis.

et deportantur. Non ad effugandas
tenebras dum sol eodem tempore
rutilat. sed ad signum laetitiae
demonstrandum. ut sub typo
luminis corporalis. illa lux
ostendatur. de qua in euangelio
legitur. Erat lux uera quae in
luminat omnem hominem
uenientem in hunc mundum.
Exorcistae ex graeco. in latino autem
adiurantes. siue increpantes
uocantur. Inuocant enim super
catecuminos uel super eos qui
habent spiritum inmundum. nomen
domini iesu. adiurantes per eum ut
egrediantur ab eis. Ostiarii idem
et ianitores. qui in ueteri testamento
electi sunt. ad custodiam templi
ut non ingrederetur eum ostium
inmundus in omni re. Dicti autem
ostiarii. quod praesint ostiis templi.
Ipsi enim tenentes clauem omnia
intus extraque custodiunt atque
inter bonos et malos habentes
iudicium fideles colligunt.
respuunt infideles. Monachos
graeca lingua uocatur. eo quod
sit singularis. Monas enim
graece. singularitas dicitur.
Ergo si solitarius interpretatur
uocabulum monachi. quid facit
in turba qui solus est. Plura sunt
autem genera monachorum.
Coenobitarum quos nos in commune
uiuentes possumus appellare.

Cenobium enim plurimorum est.

Anachoritae sunt qui post cenobialem vitam deserta petunt et soli habitant per deserta. et ab eo quod soli et longe ab hominibus recesserunt, tali nomine nuncupantur. Sed anachoritae heliam et iohannem, cenobitae vero apostolos imitantur. Heremitae hii sunt qui et anachoritae. Anachor. enim graece latine heremus dicitur. Hii ab hominum conspectu remoti heremum et deserta solitudinis appetunt. Nam heremum dicitur quasi remotum. Abba autem syrum nomen est. Significat in latinum pater. Quod paulus romanis scribens exponit dicens. In quo clamamus abba pater. Syrum dixit et latinum.

De ceteris fidelibus. Christianus

quantum interpretatio ostendit, de unctione deducitur. sive de nomine auctoris creatoris. A christo enim christiani sunt nominati. sicut a iuda iudei. de magistri quippe nomine cognomen sectatoribus datum est. Christiani autem aliquando a iudeis quasi hoc proprio nomine nazorei vocabantur. pro eo quod dominus noster atque salvator in vico quodam galileae nazoreus appellatur. Non se autem glorietur esse christianum qui nomen habet et facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit et opere

conplebitur. certissime christianus erit. Ille est enim veraciter christianus. qui fide et factis se ostendit christianum. Ambulans sicut et ille ambulabat. a quo et nomen accepit. Catholicus universalis sive generalis interpretatur. Nam graece universe. catholici convocata. Orthodoxus est. recte credens et ut credidit vivens. Orto enim graece latine recte dicitur. Dox gloria. hoc est vir recte gloriae. quo nomen non poterit vocari. qui aliter vivit quam credit. Neofitus graece latine novellus et rudis fidelis. vel nuper renatus interpretari poterit. Catecuminus dicitur pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit. nec dum tamen baptismum recepit. Nam catecuminus graece latine auditor interpretatur. Conpetens vocatur quia post instructionem fidei competit gratiam christi. Inde et appetendo competens vocatur. Quum aliquis iam paganus ad fidem venit. quum instruitur vocabulo catecuminus dicitur. Quum recte crediderit et ad baptizari se postulat. competens nominatur. Quum vero in aqua baptismi tinguitur. fidelis dicitur. Quum vero crismatur ac crisma id est unctione. dicitur christianus. Sed quum post baptismum per episcopos datur spiritus sanctus. quem manus inpositionem in actibus apostolorum apostolos fecisse meminimus. Sic enim dicit. Quum audissent autem qui erant hierosolimis apostoli. quod

samaria accepit verbum dei.
miserunt ad illos petrum et iohannem.
qui cum venissent. oraverunt pro
illis ut acciperent spiritum sanctum. Non dum
enim in nullo eorum. descenderat
spiritus sanctus. Tantum vero baptizati
erant. in nomine domini ihesu christi.
Tunc inponebant illis manus. et
accipiebant spiritum sanctum. Spiritum autem sanctum
accipere possumus. dare non possumus.
sed ut detur dominum invocamus. hoc autem
a quo melius fiat. quam admodum
sanctus papa. innocentius romane sedis
per omnes ecclesias scripserit. audite.
Dicit enim. Non ab alio. sed ab episcopo
spiritum sanctum per manus inpositionis fieri licere.
Nam presbiteri. licet sint sacerdotes.
pontificatus tamen apicem non
habent. Hoc autem solis pontificibus
deberi ut consignent in frontem. vel
spiritum sanctum tradant. quod non solum
consuetudo ecclesiastica demonstrat.
verum et superior illa lectio actuum
apostolorum que asserit petrum et
iohannem esse directos. qui iam bap
tizatis tradent spiritum. Nam presbiteris [sanctum]
seu extra episcopum. sive presente episcopo.
quum baptizant crismate bapti
zatos unguere licet. sed de eo
crisma. que ab episcopo fuerit consecratum.
Non tamen frontem ex eodem oleo
signare. quod solis debetur episcopis quum
tradunt spiritum sanctum.

De religione et fide. Dogmata
a putando filosofi nominaverunt.
Id est putare esse bonum. hoc putare
esse verum. Religio appellata.
quod per eam uni domino religamus
animas nostras. ad cultum divinum
vinculo serviendum. quod verbum
compositum est. a religando. Id est
eligendo. ut ait lucanus videatur
religio. sicut electio. Tria sunt
autem que in religionis cultu. ad
colendum deum hominibus perquiruntur.
Id est. fides. spes. et caritas. In fide.
quid credendum. In spe. quid speran
dum. In caritate. quid sit amandum.
Fides est. qua veraciter credimus. Id est
nequaquam videre valemus.
Nam credere iam non possumus. quod
videmus. Proprie autem nomen fidei
inde est dictum. si omnino fiat quod
dictum est aut promissum. et inde
fides vocata. ab eo quod fit illud
quod inter utrosque placitum est.
quasi inter deum et hominem. hinc et
fedus dicitur. Spes vocata. quod sit
pes progrediendi via. quasi in via est
spes. unde et econtrario. desperatio.
Quia deest ibi pes. nulla que tunc
ambulandi facultas. Quia dum
quisque peccatum amat. futuram
gloriam non sperat. Karitas grece.
Latine dilectio interpretatur. eo
quod duos in se ligat. Nam dilectio
a duobus incipit. quod est amor dei
et proximi. de qua apostolus ait.
Plenitudo autem legis est dilectio.
Maior autem hec dilectio omnibus virtutibus

In effectu. quia qui diligit. et credit et sperat. Qui autem non diligit quamuis multa bona faciat. sine causa laborat. Omnis autem dilectio carnalis. non dilectio. sed amor magis dici solet. Dilectionis autem nomen. tantum modo in melioribus rebus. Ideo in sanctis religiosis uiris accipi solet. Haec est ecclesiastica doctrina. haec fides in uera ecclesia tenenda.

INCIPIT PROLOGUS SYNAGOGE.

Synagoga. graece. latine. congregatio dicitur. quia ecclesia aduocationem dixit. eo quod omnes ad se uocet. Synagogam uero congregationem appellauit. eo quod multitudinem populi in unum congregentur. quod proprium nomen iudeorum populus tenuit. Ipsorum enim propria synagoga dici solet. quamuis et ecclesia dicta sit. quamuis et in christianos synagoga nominatur. Nostram uero apostoli numquam synagogam dixerunt. sed semper ecclesiam. Siue discernendi causam. siue quod inter eos congregationem haberent. Unde et synagoga et conuocatio. ubi ecclesia nomen accepit. distat aliquid inter aduocationem. et congregationem. Quia aduocare dicitur inuitare. Congregare uero sicut et pecora congregari solent. quorum et greges proprie dicimus. quantum distat inter pecus et hominem. tantum distat inter synagogam et ecclesiam. In ecclesia nuncupantur. homines. In synagoga animalia. Homines sunt a ratione capiunt. praecepta recordantur. Praecepta ordinant. et sua uera prouidentia. Et quicquid dedit in diem faciunt. In terminantur patiuntur. ne unde errorem umquam uel in opere uel in cogitatione cadunt. Non dant somnum oculis. sed die et nocte in lege domini meditantur. Item et masculus filius. quem mulier dicitur peperisse. qui non quem libera sanctorum uirorum imitando. sed ipsam ueritatem contemplabiliter intuendo. Opertunam locutionem ut ipsa intellegat et sequatur. ad oculus imaginem factus est ueritate. Item et quem accipit potestatem piscium maris. et uolatilibus caeli. pecodumque ferarum quoque et reptilium. Quia spiritalis quisque effectus. sed deo similis factus. secundum apostolum iudicat omnia. Ipse autem a nemine iudicatur. quia non in hoc mundo. sed in futuro heres esse creditur. Synagogam uero. omnem spem suam in hoc mundo habet. Sollicita est pro corpore. non pro anima. Continet autem hos. Ideo. diabolum. et antichristum. et hereticum. hypocritam. Scismaticum superstitionem. bestiam. draconem. pueros. locustas. equos. et mulierem superbiam

calcaret. Diabolus ebraice dicitur.
Latine uero. deorsum fluens quia
quietus in caeli culmine stare con
tempsit. Sed superne pondere
deorsum corruit cecidit. Graece
uero diabolus. criminator uocatur.
quod uel crimina in quae ipse
homines inlicit deo referat. uel
quia electorum innocentiam
criminibus fictis accusat.
Unde in hoc libro. uoce angelica
dicitur. Proiectus est accusator
fratrum nostrorum. quia accusabat
illos in conspectu dei nostri die ac nocte.
Graece satanas dicitur. latine uero
sonat. aduersarius siue transgressor.
Ipse est enim aduersarius. qui est ueri
tatis inimicus. et semper sanctorum
uirtutibus contraire nititur.
Ipse transgressor. quia praeuaricator
effectus in ueritate qua conditus
est non stetit. Idem et temptator.
quia temptandam iustorum
innocentiam postulat. sicut in iob
scribitur. Antichristus appellatur
quia contra christum uenturus est.
Non quomodo quidam simpliciter
intellegunt. antichristum ideo
dictum. quod ante christum uenturus
sit. id est post eum ueniat christus. non
sic. Sed antichristus graece dicitur.
quod est latine contrarius christo.
Anti enim graece. in latinum contra
significat. Christum se enim mentien
dum uenerit. et contra eum

dimicabit. et aduersabitur. sacra
menta christi. ut ueritatem euangelii
solbat. et non recipiat nisi solum
legem mosaicam et populum ad circum
cisionem prouocet. Nam et templum
Hierosolimis reparare et omnes
legis ueteris caerimonias restaurare
temptabit. Sed et ille antichristus est.
qui negat esse dominum christum. contrarius
enim christo est. Sed et ille antichristus est.
qui credit dominum esse christum. operibus autem
dissentit a christo. Christum credit fide.
et negat in opere. Nam sicut duobus
modis diximus a deo recedere. ita
duobus modis apostatas homines esse.
Sicut enim qui fide recedit apostata
est. ita qui opere recedit ab omnipotente
deo. apostata nominatur.
Et quam si integram fidem rectam tenere
uideantur. Omnes enim qui secuntur
defectu. et abuntiatae fidei et operis
praeciduntur. sine dubitatione
antichristi esse creduntur.

De heresibus christianorum.

Hereses christianorum. multae sunt
et innumerabiles. Quum autem secta
separatim est. et in toto mundo
diffusa esse creditur. heresium uero
dogma particulatim in aliquibus
regionum partibus quo uiuatur.
Quidam ergo heretici de secta
recesserunt. et ex nomine suorum
auctorum qui eis adinuenerunt
nominantur. Quidam uero
sectas proprias quas suo arbitrio

eligerent instituerunt. Nam heresis graece Latine electio vocatur. quo scilicet unusquisque id sibi eligat quod melius ille esse videtur. quas non solum in [illegible] [illegible]. sed in superioribus repperiuntur et [illegible]. Qui perversas doctrinas excogitaverunt. arbitrio suo quod voluerint faciunt.

Quia quisquis ab unitate ecclesiae in consilio segregatur. et ad instituendas sive ad suscipiendas quaslibet causas ipse sibi elegerit. hereticus erit.

Et non solum de fide dicimus. sed etiam diversas et [illegible]. quae pro nihilo esse contemnuntur observationes. hereses nuncupantur. quos omnes sanctis sacerdotibus in eandem iudicia sequende erunt. Nobis vero nihil ex nostro arbitrio inducere licet. sed nec eligere. quos aliquis de suo arbitrio induxerit. apostolos dei habemus auctores. quia nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod inducerent elegerunt. sed acceptam a christo disciplinam fideliter nobis adsignaverunt. Itaque etiam si angelus de caelis aliter adnuntiaverit. anathema vocabitur. Haec sunt hereses adversus catholicam fidem exortae. et ab apostolis et sanctis patribus vel conciliis predamnatae. Quae dum inter multis erroribus divise invicem sibi dissentiunt. communi tamen nomine adversus ecclesiam dei conspirant. Sed et quicumque aliter scripturam sanctam intellegit. quam sensus spiritus sancti flagitat. a quo conscripta est. licet de ecclesia non recesserit. tamen hereticus appellari poterit.

DE SECTA.

Secta a sequendo et tenendo nominata. Nam sectas dicimus habitus animorum ac instituta circa disciplinam. vel propositum. quem tenendo sequuntur. Longe alia in religionis cultu contemnentes quam ceteri.

DE SCISMA.

Scisma ab scissura animorum vocata. eodem enim cultu eodem ritu credit ut ceteri religione.

Solo congregationis delectantur dissidio. atque cum ceteris communi nullo fulciuntur consilio. Fit autem scisma. cum dicunt homines nos iusti sumus. nos sanctificamus inmundos. et cetera his similia.

DE SUPPERSTITIONE.

Supperstitio dicta. eo quod sit superflua. aut super instituta religionis observatio.

DE YPPOCRITA.

Yppocrita. graeco sermone. Latine vero simulator dicitur. qui etiam sacre legis eruditione fulciuntur doctrine verba proferunt. omne quod sentiunt sermonis accingunt. nec tamen per hec vitam audientium. sed proprias laudes querunt.

Quia nec proferre alia noverunt. nisi quod audientium corda ad reppetendas laudes excitant. non ad lacrimas accendunt. mens quippe concupiscentiae exterioribus occupata igne

diuini amoris non calet . et dolet eo
ad superiorum desiderium inflammare
audientes suos non possunt . uerba
que frigido corde proferuntur .
Neque enim res que in se non ardet ipse
aliud accendit . Unde fit plerumque
ut ypocritarum dicta . et audientes
non audiunt . et eosdem ipsos qui se
proferunt elatos laudibus deteriores
reddunt . Adtestante etenim paulo .
Scientia inflat . caritas edificat .
Quam enim ergo karitas edificando
non erigit . scientia inflando peruertit .
Plerumque ypocrite . ut se abstinentie
affligunt . omnem robur corporis
adterunt . et quasi carnis uitam
fundiatur in carne uiuentes extinguunt .
Sicque per abstinentiam . morti ad
propinquant . ut pene cotidie morientes
uiuant . Nam ora pallescunt . corpus
debilitatum . et quatitur pectus
inter rumpentibus suspiriis urguentur
sed inter hec ab ore proximorum
fama admirationis queritur .
Nam qui corpus macerat . sed hono
ribus anhelat . crucem quidem in
tulit . sed mundo pro concupiscentia
uiuit . Quia et sepe per scientiam
imaginem locum regiminis indignus
adsequitur . quem nisi aliquid in se
uirtutis ostenderet . nullo percipere
honore meretur . Sed cunctis
quod delectabiliter obtinet . penaliter
quod sequitur munerat . Scientia
nunc fiducia in ore hominum ponitur .

sed quam intus iudex secreti
cordis examinat . certe uite exterius
non queruntur . DE ARROGANTE
Arrogans dicitur . idem audax et superbus .
eo quod multum rogetur . et ille
furiosior sit . DE ELATO
Elatus dicitur . pro eo quod se ipsum
super mensuram suam eleuet . dum
magnus sibi uideatur de his que gesta .
DE DISPERATIS .
Desperatus . uulgo uocatur malus
ut perditus . nec iam ullius prosperę
fidei . dicitur enim per similitudinem
egrotorum . quia affecti extreme spem
deponuntur . Consuetudo enim
erat apud ueteres . ut desperati ante
ianuas suas conlocarentur . uel
extremum spiritum redderent terre uel ut
possent a transeuntibus forte curari .
qui aliquando simili laborauerunt
morbo . DE INIMICO .
Inimicus est . id est . non amicus .
quia amicus animi custos dicitur .
Inimicus autem aduersarius .
Deus quam inimicus faciunt .
Fur . et latro . quod armata .
fraudis . illi . quod passi sunt .
DE SUPERUO .
Superuus dicitur . quia super uult
uideri quam est . Qui enim uult
super gredi quod est . superuus est .
DE PUPLICANO .
Puplicanus est . qui fiscalia
puplica exigit . qui pro publica
negotia . seculi lucra sectatur .

DE PECCATORE.

Peccator. a pelice. idest meretrice
vocatur. quasi pelicator. quod
nomen apud antiquos tantum
solum flagitiorum significabat.
postea transiit hoc vocabulum in
appellatione hominum iniquorum.

DE FORNICATIONE.

Fornicatrix est. cuius corpus publicum
et vulgare est. Hae sub arcus murorum
prostrabantur. que loca fornices
dicuntur. unde fornicari nuncu
pantur.

DE PREVARICATIONE.

Prevaricatrix male fidei advocatus.
qui vel in accusando loquitur
vel inde defendendo proditurus pre
cepta. Inhumiliter dubieque ponit
mercedis gratia. et falsum verita
tis prolatu.

DE STULTO.

Stultus. idest fatuus. qui per
stuporem non movetur in iniuriam.
sentit et malitiam preferens. nec
ultus est. nec ulla ignominia com
movetur dolore.

DE DRACONE.

Draco. serpens est. idest diabolus.
sed a creatore nominis. ut serpiendo
nomen accepit. Ipse est et leviathan.
idest serpens de aquis. quia
in huius seculi mare. volubili versatur
astutia. Leviathan autem interpre
tatur additamentum eorum.
Quorum scilicet. nisi hominum quibus
in paradyso semel culpam prevari
cationis intulit. et hunc usque ad
eternam mortem cotidie persuadendo

adicit vel extendit. Dictum est
ad serpentem. Maledictus eris inter
omnia animantia. Super pectus tuum
et ventrem gradieris. Hic figuraliter
significatur. cogitatio ac
superbia mentis. per ventrem vero.
carnis luxuria designatur.
Super pectus autem et ventrem diabolus
idest serpens ambulat. quando his
duabus causis serpit. quos
decipere querit. Idest. aut cogi
tationem superbie. aut luxurie
carnem. vel ingluvie ventris.
Et terram manducabis. idest ad te
pertinebunt. quos terrena
cupiditas deceperit. quando enim
diabolo dictum est. terram man
ducabis. tunc dictum est homini
peccatori. Terra es. et in terram
ibis. et datum est in cibum diaboli.
homo peccator. Inimicitias ponam
inter te et mulierem. et semen tuum
et semen eius. Semen diaboli.
mala suggestio vel cogitatio
peccati est. Quando unusquisque
malo cogitat. tunc diabolus in
corde seminat. Semen autem mulieris.
fructus est boni operis. Quando
unusquisque bonum cogitat. tunc
bonum semen seminat. et quod
cogitaverit opere non compleverit.
prave suggestioni resistit.
Caput serpentis mulier. idest caro
conterit. si eum mentis in ipso initio
male suggestionis excludit. Ille

Insidiatur calcaneum eius. quia
mentem quam primum suggestione
non decepit. decipere usque infinem
querit. Sic xpm quum eum homi
nem uidisset. decipere quesibit
et non potuit. Tunc ergo caput
eius contriuit. quia non per potestatem
quod ds erat. sed per humilitatem
hominis eum contriuit. quod est
mors. Sicut et dauid dixerat
expersona patris adfilium. Super
aspidem et basiliscum ambulabis
et conculcabis leonem et draconem.
Aspidem dixit mortem. et basiliscum
peccatum. Draconem diabolum.
occulte insidiantem. Leonem uero.
antechristum. Hos nunc serui dei
sequaces xpi perfidem et opera sub
pedibus calcant. sicut ueritas
ineuangelio ait. Ecce dedi uobis
potestatem calcandi super serpentes
et scorpiones. et supra omnem potestatem
tem inimici et nichil uobis nocebit.

DE EQUOS.

Equi dni sunt. quos zacharias
uidit missos inmari. Idest inpredi
catorem mundi. Hii equi tres sunt.
Albus. idest. candor baptismi.
Niger. idest. squalor penitentie.
Tertius. rufus. quod est passio martirii.
Hii tres unum sunt. et sessore suo xpo.

DE EQUOS MALOS.

Et alii equi. tres sunt. Primus rufus.
Idest sanguinolentus. et homicida.
Ille rufus. quem supra diximus
suo sanguine est rufus. Iste uero alieno.
Hii sunt homicide. Secundus equus
niger. quamuis et ille niger sit.
quem superius diximus. sed ille
niger ut per penitentiam. Iste uero
per opera. Iste est fumus spulis
ingectu. Idest predicatio euange
lica. quam nemo adnuntiat.
Tertius equus pallidus est et infernus
sequebatur eum. Ipse est mors
spulis ingeclaru. Perpetuatum
enim mors. Hii tres equi. unum sunt.
et sessore suo diabolo.

DE BESTEA.

Bestia proprie. adebastando
nomen accepit. Idest deuorando.
Daniel enim quattuor inuisione
bestias uidit. primam. quasi leone.
et habebat alas aquile.
Secundam bestiam. similis urso.
Tertiam bestiam. quasi pardus.
Quartam bestiam. terribilis atque mirabilis.
et fortis nimis. Dentes ferreos
habebat magnos. commedens
atque comminuens. et reliqua
pedibus suis conculcans.
Dissimilis erat ceteris bestiis. et
habebat cornua decem. Hec
quattuor bestie. iste mundus est.
que inquattuor partibus
diuiditur. Oriente. Occidente.
Septentrione. et meridiem.
Quamuis et quattuor regna. In
telleguntur. Idest. Inleena.
babilonum regnum. Inurso.

medorum et persarum. In pardo
regnum macedonum. et in illa
dissimile fore. Regnum romanorum.
Dentes ferreos comminantes et concul
cantes. eo quod per ipsum regnum
factum est omnium maturitas. Tamen
hec quattuor. unus mundus est.

quod erat prima pars mundi.
Pectus et brachia. de argento.
quod erat secunda. Tertia aere.
quod erat tertia pars. Idem uenter
et femora. Quarta uero. pedes
ferrei. et ex parte fictiles. In hos
pedes aperte cognosce finem temporis.



Sicut et nubibus quod honores in eius
[illegible] uisionis. quasi unum
uidit in figura hominis. sed in qua
tuor partibus discoloribus membris
conspecta. Id est. caput aureum.

cete ere. Quia pedes extrema pars
corporis est. unde et lapis
demonstrat uenientes. Idem filius dei
de uirgine.



hunc sauciatum in pedibus percussere
dicitur. Id est in finem mundi venire
et mundi pacem cum angelis sociare.
Et ipse rex in universum mundum.
suae sectae esset. hic est lapis mundū
implere. Ergo hae quattuor bestiae
una bestia est. quae in hoc libro.
manifestata esse dinoscitur.
Habens capita septem et cornua decem. II
Decem cornua et septem capita.
unum est. Capita reges dicit omnes.
Cornua omnia regna dicit. et inter
decem cornua. unum cornum
parvulum nominabit. ergo dicunt

quod omnes scriptores ecclesiastici
tradiderunt. In finem mundi quando
regnum destruendum est romanorum
decem reges futuros esse. qui regnū
romanorum inter se dividant.
et undecimum exsurrecturum esse.
parvulum regem. qui tres reges decem
regibus superaturus sit. Id est aegyptiorum
regem. et africae. et aethiopiae. sicut
in consequentibus plus manifestatur
dicamus. quibus interfectis.
et cum septem alii reges ipsi undecimo
regi quidem cornus parvulus. colla
sub miserint. Ipse est homo peccati
filius perditionis antexps. Ita
ut in templo dei sedeat faciens se
quasi dm. per speciem quidem
corporis sui adhuc non venit.
sed tamen in hac bestia. et in eos
malos quos diximus. regnum agit.
De quo per prophetam dicitur.
Posuit tenebras. et facta est nox.
In ipsa pertransibunt omnes bestiae
silvarum. catuli leonum rugientes
ut rapiant. et quaerant a deo escam
sibi. Hunc per Iob dicitur.
Ingredietur bestia latibulum
suum. et in antro suo morabitur.
Quis alius nomine bestiae. nisi
antichristus hostis accipitur. qui
deceptionem primi hominis servus
imperat. et in aeternam mortem illius
male suadendo latibula.
Contra quem per prophetae vocibus
de scīs doctorum in ecclesia cantico.

satiati sitiant mundo . quam in patria
deo perditam repromittant :
Et ambula bestia . non sine sibi peccatum :
Sed haec bestia . quam post redemptoris
adventum . post praedicatorum
vocem . quasi post tonitruum
nubium in finem mundi illum
damnatum hominem qui antichristus
vocatur insinuat . quid aliud
quam latibulum suum ingreditur .
ut in numero proprio demonstretur :
Cuius quippe illud diaboli iniquorum
ac latibulum bestiae est . ut insidians
hominibus etiam huius vitae
carnalibus : in illo et per signa
lateat . et per malitiam occidat :
Qui tamen omnium reproborum
corda . et tamen nunc prius quam
aperte appareat possidet :
Et quae per occultam malitiam . quasi
propriam speluncam tenet :
Dum ad omne quod nocere bonis
appetit . in eorum se obscuris
mentibus abscondit : An iudeorum
perversa iniquitatum corda . spelunca huius
bestiae non fuerunt in quorum
multis consiliis in corde latuit .
et subito vocibus erupit clamantium :
Crucifige . crucifige : et quia ad
lucem agnoscendam mentes pertingere
temptando non potuit in redemptore
nostro ad mortem carnis anhelavit :
Haec nimirum bestia multa etiam
electorum corda tenuit . sed hanc
ab illis moriens agnus : praedam

excussit : Unde et in evangelio
dicitur : Nunc princeps huius mundi
eicietur foras : Qui miro secreto que
iudicio . dum confessionis humilium
inluminans dominus suscepit . superbos
deserens claudit : Sicut dixit :
Posuisti tenebras et facta est nox :
Tenebras quippe dominus ponit . cum
peccatis iudicia rependens . lumen
suae intellegentiae subtrahit et nox
efficitur quia privatorum mens
ignorantiae erroribus caecatur .
In qua omnes bestiae silvarum per
transeunt : dum maligni spiritus sub
umbra fraudis latenter in reproborum
corda . pravitates suas complendo
percurrunt : In qua et catuli leonum
rugient . quia nequissimorum
sed tamen eminentium potestatum
minores spiritus in potentibus temptatio
nibus insurgunt . Qui tamen
adeo circumspectant . quia sine dubio
capere animas non possunt .
nisi iusto iudicio praevalere divini
tus permittantur : Unde et subte
subiungitur : Ortus est sol . et
congregati sunt . et in cubilibus
suis se conlocabunt : quia
veritatis lumine per carnem
apparente . infidelium mentes
excussi . quasi ad cubilia sua reversi
sunt : dum sola infidelium corda
tenuerunt : quod igitur illic leonum
cubile . hoc nimirum loco spelunca
bestiae dicitur : Notandum vero

magnopere exprimit. quod haec bestia
non solum anterum suum ingredi
sed in eo etiam mori dicitur.
Aliquando namque. etiam bonorum
mentes ingreditur. inlicita suggerit.
temptationibus fatigat. et rectitudinem
spiritus ad delectationem cursus deflectere
conatur. delectationem quoque
ad consensum perducere nititur.
Sed tamen temptantes superno adiutorio
praeualere prohibetur. Intrare ergo
in mentes bonorum potest. sed in eis
mori non potest. quia cor iusti
huius bestiae spelunca non est.
Quos enim quasi propriam speluncam
possidet. eorum mentes sine dubio
immortuus est. quia et prius in eis
cogitationes. usque ad iniqua deside
ria. et postea iniqua desideria. usque
ad nequissima opera perducit.
Neque enim student reprobi. suggestio
nes eius recto iudicii manu repellere.
cuius uoluptatibus appetunt subditi
dilectione seruire. Cumque in eorum
cordibus prauum quod oritur.
mox per studium dilectionis enutritur.
et quam sibi minime resistitur.
protinus et consensu roboratur.
statimque consensus ad opus ducitur.
Opus uero etiam consuetudinem
grauatur. Recte enim in antro suo
mori haec bestia dicitur. quem
tandiu cogitationes reproborum
tenet. quo usque eorum uitam aculeo
prauus opere perforet. DE PUTEO pravitatis

Puteus profundum terrae est. ubi sol
radios numquam mittit. Quia
per profunditatem lumen diei ac
cipere non potest. Ipse puteus. ipse
anterum. ipse spelunca. ipse cauerna
terrae. Hoc totum unum est. quod
sunt homines in tenebris latitantes et
ambulantes. ubi sol iustitiae xps
lumen non effundit. Quia in pro
fundo. idest in terrena lucra sectantes
lumen eis iustitiae absconditur.
De ipso puteo hoc supra exposuimus.
quod anterum dicit. de hoc puteo
exierunt locustae. idest demones.
et hoc puteus. et locustae unum sunt.
Quia homines mali accusatorem dia
bolum habent. Sicut per prophetam
dicitur. Residuum erucae comedit
locusta. et residuum locustae.
comedit bruchus. et residuum
bruchi. comedit rubigo.
Quid per erucam quae toto corpore
terram repit. nisi luxuria
designatur. quae cor. quem tenet.
ita polluit ut ad superioris mun
ditiae amorem. surgere non possit.
Quid per locustam. quae saltibus uolat
nisi inanis gloria exprimitur quae se
uanis praesumptionibus exaltat.
Quid per bruchum. cuius paene totum
corpus in uentre colligitur. nisi
edendi ingluuies figuratur.
Quid per rubiginem. quae dum
tangit incendit. nisi
ira innuitur.

FINIT.

mulier suber bestia .



Inimici gratulatur ;
Qui auguria et incantationes
et caracteres . quod signum
salomonis rustici dicunt ;
uel alia huiusmodi caracteres
quo solent scribere et de collo
suspendere . et herbas cum in
cantationes colligere . et
mulierculas ad telas artantes
uel pedes obseruare ; et uiris
pro sementa luna et dies ob
seruare . siue animalia
domanda ; siue pueros ad
disciplinam ; siue arbores
pro opus faciendum . siue
animalia ad occidendum ;
siue de loco in loco mutandum ;
siue lex ad progrediendum ;
hec omnia et horum similia ;
a diabolo est (sunt) inuenta . et (sunt)

De muliere suber bestia :

Mulier super bestiam est . corruptela
et opera nequitie . et uoluptates
et fornicatio . et inmunditia et
auaritie . et zelus . detractio . inui
dia . uana gloria . superbia . inglubia
uentris ; Qui de prosperitate mundi
letatur ; qui caritatem non habet ;
Qui pauperibus bene non facit ;
Qui seruos dei in lusus et contumelias
afficit ; Qui propria non tribuit ;
sed adhuc aliena rapit ; Qui ad
ęctum non occurrit ; Qui falsum
testimonium dicit ; Qui malum
pro malo reddit ; Qui de more

a paganorum hominum instituta ;
Qui hec que supra diximus obseruauerit ;
non upratorum filius ; sed demonum
quorum opera est imitatus ;
Hec est mulier corruptela que sedet
sup bestiam ; quam supra nominauimus ;
Hec est mulier que sedet super aquas .
Id est super populos sicut scriptum est ;
Mulier inquid quam uidisti qui sedet
super aquas multas . populi sunt et
nationes ; Hec doctrina . de damnabile
officina paganorum remansit ;
Hec non recipit puerum dogma . nec
secum mutat ęctu ; Solent et aliqui
religiosi . sub nomine sciant libros

Inspicere et sermones pro qua causa
agitur inuestigare. et hoc sorores sanctorum
dicere. Haec et his similia abhorre
tacitis expugnari inuenitur. quicquid
in librorum numero. id est in uetere (ueteri) et
nouo. firmatum non repperitur.
cuncta praesumptio dubia sicut mater ecclesia.
Et cui parum cum multum de hoc idolo uenit
poculo dant. Auarus est. quod christianum
dicuntur. sed abluitur operibus quae
in synagoga praeterierunt. a christo et ecclesia
diuiduntur. Quia sicut ecclesia christum.
ita et illi diabolum habent caput.
Et sicut ecclesia cum christo (christo) unum
efficitur membrum. ita et illi cum
diabolo unum habent corpus conlucant.
Et cum ecclesia catholica. unum fidem.
unum baptisma. unum deum uidentur
colere christum. hos tolerat mater ecclesia.
hos in hoc mundo effugere non ualet.
nisi quam in diem iudicii triturata
fuerit area. et excussum fuerit
triticum a palea. donec triticum
reconducatur in horreo. paleas autem con
burentur igni inextinguibili.

Qualiter in unum collecta est
ecclesia et synagoga.

Ecclesia et synagoga unum nomen est.
quia quod nos dicimus ecclesiam
hoc iudei dicunt synagoga.
Sed tamen ab apostolis diriuata
sunt haec uocabula. quam synagogam
dixerunt congregationem. ecclesiam
dixerunt aduocationem. et una
congregat. alia aduocat.

eo quod ecclesia omnes ad se uocat.
siue bonos siue malos. Proinde
in scripturis sanctis multis nominibus appellatur.
Aliquando dicitur fornicaria et meretrix.
Aliquando dicitur uirgo.
Aliquando dicitur soror.
Aliquando dicitur sponsa.
Aliquando dicitur uxor.
Aliquando dicitur mater.
Aliquando dicitur filia.
Aliquando dicitur regina.
Aliquando dicitur concubina.
Aliquando adulteratula.
Aliquando proxima.
Aliquando amica.
Quid enim interpretatur fornicaria.
nisi quod omnibus sublecta est.
Omnibus ad se uenientibus fidem nulli
denegat. Omnibus ad se uenientibus
prostituta iacet. Unde et raab
meretrix. ecclesiae figura fuit. quae
coccum et sputum in fenestra
suspendit. ut quando ihesus filius naue
uenerit. uiso signo cocci. raab
et qui in domo eius erant. cum ea
saluarentur. Ita ihesus christus filius dei.
mortis et passionis. per coccum
et sputum. quando uenerit mundum
totum igne cremare. ecclesia. et qui in ea
fronte censentur saluet.
Uirgo est. quia uirgines corpore
et spiritu colligit. sicut scriptum est.
Adducentur regi uirgines. Soror est.
sicut in cantico legimus de ecclesia
quae ex gentibus futura erat.

quod testamentum nec dum haberet.
Soror inquid nostra adulescentula
et ubera non sunt ei. Sponsa
dicitur eo quod christus eam sibi anulo
fidei subarrabit sicut ipse in evan
gelio dicit: Surrexerunt omnes
virgines et ornaverunt lampades suas
exierunt obviam sponso et sponse.
Uxor dicitur quia dedit sibi christus
per praedicatores filios generat sicut
scriptum est: Uxor tua sicut
vitis habundans in lateribus domus
tuae. Filii tui sicut novella olivarum
in circuitu mensae tuae. Mater
dicitur quia perfecta est sicut
scriptum est: una est perfecta quae
facta est genetrici suae. Et cottidie
filios lactat per duo hubera
testamentorum sicut dicit:
Duo hubera tua sicut duo hinuli
gemelli qui pascuntur inter lilia.
Duos istos hinulos lactat. Id est duos
populos de circumcisione et praeputio
venientes. Filia dicitur quia
patrem proprium recognosceret.
sicut scriptum est: Audi filia et
vide et inclina aurem tuam et
obliviscere populum tuum et domum
patris tui. Id est diaboli. Et con
cupiscet rex decorem tuum quia
ipse est dominus deus tuus et adorabis eum.
Huc usque per prophetae linguam quam
calamo scribendi velociter comparat
locutus est spiritus sanctus. Ipsum regem
et bellatorem et eundem sponsum quae
appellant. Et in persona patris in
ducitur loquentes ad sponsam filii
sui et quo ortantes eam veteri
gentilitatis et idolorum errore
contempto primum his quae dicuntur
ad tendat et postea de altitudine
filia nominetur. Deinde videat
vel ipsa quae dicuntur vel universam
condicionem et cum visibilibus intellegens
invisibilia et opera creaturae sentiens
creatorem et diligenter inclinet
aurem suam ut quae dicuntur
memoriter teneat. Quamque
audierit viderit et inclinaverit
aurem suam atque se docente
erudierit et eorum intellegentiam
quae dicuntur obliviscatur primum
populum suum et cum Abraham de Chaldea
egrediens relinquat terram nativi
tatis et cognationis suae. Nemo
dubitare poterit patrem nostrum
antequam adoptaremur a deo fuisse
diabolum de quo salvator ait:
Vos de diabolo patre estis. Quam
ergo unaquaeque patris fuerit oblita
et tulerit a se operibus deponat
pristinis sordibus [illegible]
christum de albata conscendat et
quam possit diligere filius meus tunc
concupiscet rex decorem tuum.
Quod tota ex gentibus congregata
in una sponsa corporum unusquisque
ad se ipsum referat animae quae recte
credentes quae prioribus vitiis derelinquitur
statim deo adoptatur in filia.

et super hec adobauit est. Inclinet
aurem suam obliuiscatur ueteris
conuersationis. et cum aprato
dimittat mortuum parentem. et audiat
reprehendat que uiuat in rege.
Ipse est enim dominus eius cui placere
debet semper. et deponat superbia
iugum humilitatis adsumere.
Regina est. quia regem habet spon
sum. sicut scriptum est: Adstitit
regina adexteris tuis in uestitu de
aurato circumamicta uarietate.
Que filie regum. te delectauerunt
in honore tuo. Filie regum sunt
que sponsi pariunt amplexu.
cuius domus est in sectm scti.
Hec sunt. que mirra et gutta.
et cassia a uestimentis tuis. a gra
dibus eburneis. ex quibus te dele
ctauerunt filie regum in honore tuo.
Pigmenta. qui corpora sua mortifi
cant. quia pigmentum mortuorum
corpora condiuntur. Per cassiam.
quia Christi bonus odor sunt.
Et sponsus Christus. loquitur ad sponsam
dicens. mirra et aloe cum
omnibus unguentis primis. et illa
respondit. Manus mee distilla
uerunt mirra. digiti mei guttam
uel stilla. flores sunt mirre.
et hoc tantum dicitur gutta.
uel stilla. Quod autem sequitur cassia.
ipsa est que alibi fistula
nuncupatur. uocetur laudes
dei et omnes pietatis seminat

uoluptatum suo calore conquoquens.
Que uero super petram Christi stabili
tam radice fundata est. catholica
ecclesia una columba perfecta et
proxima stat adexteris. et nihil
in se sinistrum habet. Stat
in uestitibus deauratis. Ideo de
sermonibus scripturarum ad sensum
intellegentieque auratis. et cunctis
plena uirtutibus in uestitu
deaurato circumamicta uarietate.
Est enim regina. regnat quia cum
rege cuius filius. possumus in
telligere. et in commune ecclesiam
animas. et proprie uirginum
choros adornatos sponsum filie tyri
in muneribus. Ideo filie fortissimi
tyri. cetere ipsa sit fortissima.
quia imitata est formam cuius
uultum in diuersis muneribus
deprecabuntur diuites plebis.
Diuites dicit. siue in rebus mundi
siue sapientes scripturarum.
Sponsam quoque. et concubinam in
tellegimus. de cantico salomonis
que sine sponso suo uel marito
non potest. Proxima autem et amica
dicitur. quia semper amicitie
federe. Ideo fide et opere et con
templationis arte. quantum plus
desiderat tantum plus proxima est.
Hec que multis uocabulis diximus.
unum esse non dubitamus.
Cetere dicuntur uirgines sequentur eam.
ducentur in letitia et exultatione

Ingredientur talamum regis.

Multitum esse diversitatem animarum in Christo credentium demonstrat cantatum canticorum. In quo scriptum est: Sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adulescentulae quorum non est numerus. Una est columba mea perfecta mea de qua dicitur:

Viderunt eam filiae et beatificaverunt eam reginae et concubinae et laudaverunt eam. Quae ergo perfecta est et sancta corpore et spiritu et columba et proxima meretur vocari. Haec est filia de qua supra dictum est: Adstetit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.

Quae autem super gesserunt haec dies mundi et futurum regnum suspirant. reginae appellantur.

Si qua vero circumcisionem quidem habet octava diei, sed adhuc non venit ad nuptias, haec concubina vocatur. Diversa autem multitudo credentium quae nec dum potest sponsi amplexibus copulari, nec deo filios parere, adulescentula dicitur.

Ego puto de talis modi virginibus quae tenentur sextum et in primo ponuntur gradu haec esse omnes quae in virginitate corporis et animi perseverant. Proximus autem et amicus viduus esse et in matrimonio continentes.

Quae omnes cum laetitia et exultatione ducuntur in templum et in talamum regis. In templum quasi sacerdotes dei. In talamo quasi sponse regis et sponsi. Hoc templum in finem istius libri melius explanavimus, si dominus dederit comitatum.

Nunc quod cepimus expleamus.

Hos supra quas diximus multa membra sed unum corpus, una vita sanctorum omnium, sed secundum laborem diversa sunt merita praemiorum. O secta filii tui quos genuisti tibi veniant in pueros tuos, quam de discipulis fecerit eos magistros et in sacerdotali gradu omnium testimonium conlocaveris. Nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. Id est sacerdotes sanctos per universum mundum manentes sunt nominis tui in omni progenie et generatione. Id est omnes omnino christiani qui in secta fuerint confitebuntur et laudabunt dominum in saeculum et in saeculum saeculi. Ita semel arripit bella non desinit et super hostium terga victor incedens praeparat sibi regnum in his quos de diaboli eripiens potestate suo copulabit imperio et dicit:

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Nulli quae dubium veritatem et moderatum et iustitiam Christum appellari qui dicit:

Ego sum via veritas et vita. Et discite a me, quia mitis sum et humilis. Quia factus nobis est a deo iustitia

et salvatio esset : Haec autem universa
dicuntur in corpore . ut exequantur
in membris : victoria domini . servorum
triumphus est . magistri exultatio .
discipulorum profectus . Quaeritur autem
quomodo pulcrior sit . cunctis filiis
hominum de quo legimus in esaiam :
vidimus eum . et non habet speciem neque
decorem . sed erat species eius inhono
rata . et deficiens a filiis hominum :
homo in plaga positus . et sciens ferre
infirmitatem . quia avertit faciem
suam . Neutrum scripturarum
dissonare videtur . Quia ibi ignobi
litas corporis . propter flagella et sputa
commemorantur . et alapas et
clavos . et inlusiones patiboli . hic
pulcritudo virtutum . in sacro
venerando corpore . non quod divinitas
Christi hominibus comparata formosior
sit . Haec enim comparationem non
habet sed ubique passionibus crucis
universis pulchrior sit . virgo de virgi
ne . qui non ex voluntate viri . sed
ex deo natus est . Nisi enim habuisset
et in vultu quiddam oculis quasi siderum :
numquam eum statim secuti fuissent
apostoli . nec qui ad conprehendendum
eum venerant corruissent . Denique
et in praesenti testimonio in quo ait :
homo in plaga positus . et sciens ferre
infirmitatem subdit causas quare
ita perpessus sit quia avertit faciem
suam . Id est paululum divinitate
sub tracta corpus iniuriae dereliquit :

Quidam hunc versiculum cum supe
rioribus copulabit . ut speciosus
forma prae filiis hominum . non ad Christum
sed ad Salomonem referatur :
Diffusa est gratia in labiis tuis :
Intellegere possumus . quo sensum
dictum sit . effusa est gratia in labiis tuis :
Id est omnis gratiae multitudo in labiis
salvatoris effusa est . quae in brevi tempore
totum implevit orbem . Tamquam
sponsus procedens de thalamo suo :
a summo caelo egressio eius . et occursus
eius usque ad summum eius . Nam
et sancta Maria quia concepit eum
in quo omnis plenitudo divinitatis
habitat corporaliter . plena gratia
salutatur . Et notandum omnia quae
dicuntur intellegenda ad personam
eius referri . qui adsumptus ex Maria est .
quod per gratiam labiorum in aeternum
benedictus esse dicatur : Cui per
prophetam dictum est : Sedes tua
deus in saeculum saeculi . virga aequitatis virga
regni tui : Dilexisti iustitiam et odisti
iniquitatem . propterea unxit te deus deus
tuus oleo laetitiae prae consortibus tuis :
quod nos sedem dicimus . hunc hebraei
thronum appellant . Quod bis deus dicit
unxit te . duae personae sunt . qui hunc est
et deus . et qui unctus intellegitur :
Quod quidam et Mariae angelus nuntiat :
Dabit enim ei dominus deus thronum David
patris sui . et regnabit super domum Iacob
in aeternum . et regni eius non erit finis :
Nec putamus hoc illi esse contrarium .

quod apostolus scribit ad corinthios
ut et filium tradituri regnum
et subiciendum ei qui sibi subiecit
omnia. ut sit deus omnia in omnibus.
Non enim dixit tradet pueri ut uideretur
filium separari. sed tradet deo.
Hoc est habitauit in adsumptione
corporis deo. ut sit omnia in omnibus.
Et christus qui uniat perpetuae uirtutes
erit in singulis. per omnes in omnibus
commoratur. Virga equitatis
uirga regni tui. Virga et sceptrum
insignia esse regnantis sicut propheta
ait. Exiet uirga de radice iesse.
et flos de radice eius ascendet.
hominem qui est adsumptus intellege.
Cui et defertur imperium. et qui
propter dilectum iustitiam. et exosam
iniquitatem regnare dicitur.
Unctus esse oleo exultationis
prae participibus suis. quasi primum
certamen est odii in unctionem
sumptus. docemur enim in uerumque
puram et amoris et odii in nobis esse
semina. quamuis ipse qui primitias
uniuersae nostrorum corporum leuabit
ad caelos. et iustitiam dilexerit.
et oderit iniquitatem. Unde et
dauid. nonne odientes te domine oderam
et super inimicos tuos tabescebam.
perfecto odio oderam illos.
Participes autem apostolus christianos quos
significat. quibus unctionis suae
uocabulum tribuit ut ab uncto
uocentur uncti. Id est christiani.

Ecce caput iunctum cum membris
quod est christus. et apostolica secta
in quam credimus. et quam semper
cum omnibus christianis communiter
una uoce in symbolo dicimus.

Credimus in unum deum patrem omnipotentem.
Et in ihesum christum filium eius qui propter
nostram salutem incarnatus est de maria
uirgine. passus mortuus. et sepultus
est. et resurrexit. tertia die a mortuis
uiuus. descendit (ascendit) ad caelos. Sedet
ad dexteram patris. et regni eius non
erit finis. Venturus est ad iudicium
iudicare uiuos et mortuos. Credimus
et in sanctum spiritum ex patre et filio procedentem
et sanctam ecclesiam catholicam et
apostolicam. et speramus nos per eam
habere remissionem peccatorum
per aeternitatem unum baptisma.
Credimus. et in hac carne qua sumus
resuscitandos nos in die iudicii.
quando ueniet christus iudicare uiuos
et mortuos. et reddere iustis praemia
impiis aeterne pace supplicia.
Hoc est fides apostolica quam in ...
eius secta. a sole christo et ab duodecim
ortorum apostolorum numero inlumi
nata. quae secta propter ...
fidei suae lux et dies est appellata.
ut psalmista ait. Hic est dies quam
fecit dominus. exultemus et laetemur in eo.
Sinagoga autem pro ignorantia sui
erroris. nox et tenebra est nuncupata.
sicut scriptum est. Dies diei eructat
uerbum. et nox nocti indicat scientiam.

dies diei. Idest aperti credentes .
praedicant salutatorem . Nox nocti .
indicat scientiam . Idest iudas
iudeis quem xps habuit proditorem .
ecce in una congregatione . dicent
esse et nocentem . et haec quae facta
fuit . non sine ratione factum
esse credimus . Certe et dns omnia
quae in euangelio scripta sunt .
secundum euangelistam uno anno dicitur
esse completum . Et si solum haec
fuit ut a xpo patraretur . et illi tam
euidenter . quid nobis prode erit
scriberetur in euangelio et legeretur
in gesta si forma futuri non esset .
et deinde exempla et auctoritas
in posterum fieret . Numquid solum
tunc erant pharisei de quibus dicebat
discipulis . quod dicunt uobis facite
quod faciunt ne faciatis . Numquid
solum tunc erat synagoga . de qua
dixerat per prophetam quae in apertis
erat completum . ubi ait . dimisi
matrem uestram et dedi ei libellum
repudii . Sed hoc credendum est .
ut tunc fuisse solum . et hodie non esse .
quid ergo legitur prophetarum . aut
apostolus aut euangelium in ecclesia .
Aut si solum legere est et non facere .
quid ergo dixit in euangelio dns .
amen dico uobis donec transeat
celum et terra . iota unum . aut unus
apex non praeteribit a lege . donec
omnia fiant . Qui ergo soluerit unum
de mandatis istis minimis uocabitur
in regno celorum . Qui autem fecerit
et docuerit . hic magnus uocabitur
in regno celorum . Dico autem uobis
quia nisi habundauerit iustitia
uestra . plus quam scribarum et phariseorum .
non intrabitis in regno celorum .
Et quia supra dixerat . non ueni
legem soluere . sed adimplere .
Ecce quod docuit et fecit et non solum
uerbis . sed exemplis ostendit . dum
discipulorum pedes lauabat . et cetera .
Et si ille non soluit neque discipulis
soluenda mandauit . uides quia
et pharisei aliquam iustitiae operam
licet non mente sed corpore
ostendebant . cum diceret nisi plus
habundauerit iustitia uestra .
Ego puto illorum opera sapientiam
litterarum esse . Aliud autem quod
secundum ostendebant . non propter aliud .
nisi ut ab hominibus uiderentur
culus decimam manducabant
sicut dns ait . Exterminant
facies suas ieiunando . ut uideantur
ab hominibus . Pharisei proprio
uocabulo diuisi dicuntur .
Eo quod cum sadduceos interea
contentiu sunt . hii sunt scribe .
Diuisi dicuntur pharisei . eo quod
traditionum . et obseruationum
quod illi deuteroseis uocant iustitiam
praeferunt . Unde et diuisi uocantur .
a populo quasi per iustitiam . Saducei
interpretantur iusti . uindicant
enim sibi quod non sunt . Ecce possumus

nunc in secta per hunc euangelium
quem a xpo habent erudiantur. hos
phariseos in secta conprouare.
Hii sunt sacerdotes. qui desiderant
primas cathedras. ut uocentur
ab hominibus magistri. qui pro
alia non laborant sed ut ab ho
minibus honorentur. et non ut
animas lucrent. sed cupiditatem
suam expleant. est et sinagoga
in secta. Quod si non esset. nequa
quam saluator moneret nos et
diceret. Tradent uos in conciliis
et in sinagogis suis flagellabunt
uos. ecce secta in uno loco esse cum
sinagoga. et in arte in opere diuisa.
Et quia secta pro fide et opera
firmabimus diem. et sinagoga
pro ignorantia erroris firmauimus
noctem. sol in die est et opus bonum
in manifestatione. sicut scriptum est.
Luceat lux uestra coram hominibus
ut uideant opera uestra bona. et
glorificent patrem uestrum qui in celis
est. quia uero ignorantia tenebra
est. In principio operum dictum est.
et tenebre erant super faciem abyssi.
Abyssum iam probabimus pectum
esse obscurum. id est homines igno
rantes. Super faciem ergo abyssi
tenebre erant. id est peccata celantur.
et ignorantiis obscurantur. Factum
est uespere et mane dies unus.
Vides uesperam cum diem iungere. sed
unus inluminat et unus obscurat.

Unus preparat lectum. et unus quietudinem.
Ut si sol erigatur uisum oculis nullum
prebeatur. Et quid est nox. nisi absen
tia solis. Et quid est dies. nisi presentia
solis. Quid est dies et nox. uiginti
quattuor horarum esse dicitur.
usque dum dies erit. nox spatia sui
cursus ab horiente. usque ad ultimum
horientalem. solem celi uolubilitate
concludat. Absente autem dies
unus est. spatium ab horiente sole
usque ad occidente. Ecce unus dicitur.
sed per lucem et tenebras diriuatur.
Recte ergo secta et sinagoga. quasi
uno loco laborare uidentur et in una
fide esse dicuntur. sed in opera
manifestantur. quia sicut presentia
solis dies est. et absentia solis tenebre.
qui est auctor mortis. Bene autem
appellabit scriptura homines sanctos
dies. et homines peccatores tenebras.
Et non solum de peccatis dicimus
obscuritatem. sed et eum qui scripturas
sanctas non intellegit et aliter docet
quam sunt et ipse in tenebris est sicut
scriptum est. Tenebrosa aqua in nubibus
aeris. Quia obscura est scientia in
prophetis. hic est dies et nox unus
nominatur dies de horiente sole.
usque ad ultimum horientem. Quia et
uno uiginti quattuor horarum spatio
terminatur. Et cui lumen deest
quando nox sit uel dies minime
cernitur. Ita est secta et sinagoga
in unum. quasi uidentur laborare.

et ubi ignorantibus quid sit lumen ecclesie non possunt perspicere. et cum sacerdotes quam ceteris populis communem doctrinam videntur habere. ita nos communitas mater ecclesia colit. quos benigna pietas pugantes ad paenitentiam conpetit. et per eum etiam remissionem peccatorum gratuite condonat. et quis sit ut audiat. solus ipse considerat. et sacerdotes nequissimi proquid. ita quare plebibus constituti sunt. solus ipse pensat. et quamquam ecclesiam zelum habeat. sed tamen semper multaque superat. Sed quia iudicare non praevalet. iudicio divino servat et probans simul et dubitans. una voce cum apostolo clamat. O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei. quam inconprehensibilia sunt iudicia eius. et investigabiles viae eius.

Ob hoc ergo una nuncupatur. et quid de ea sentiendum sit. quia iste scripulus multos titillat. abscultate. et ut aliquid tibi de scripturis sanctis colligam libens adtende. et te totum ad audiendum prepara et non tantum alte. quantum et humiliter tracta. Archa noe typus ecclesie fuit. dicente apostolo petro. In archa noe pauci id est octo animę salve facte sunt per aquam. quod et vos nunc similiter baptisma salvos facit. et ut in illa omnium generum animalia. ita et in hac ecclesia universarum et gentium et morum homines sunt. ut ubi pardus et edi. lupus et agni ita et hic iusti et peccatores. id est vasa aurea et argentea cum ligneis et fictilibus morantur. et ut habuit archa nidos suos. habet ecclesia plurimas mansiones. Octo animę hominum in archa servate sunt. et nos ecclesiastes iubet dare partem septem. dare partem octo. id est credere utrique testamento. ideo et quidam psalmi. pro octava scribuntur. et per octonos versus qui singulis litteris subiecti sunt. in centesimo octavo decimo psalmo iustus creditur.

Beatitudines quoque quas dominus discipulis in monte pronuntiat. ecclesiam declarant octo sunt. et ezechiel in aedificatione templi. octonarium numerum adsumit. multaque alia in hunc mundum scripturae significata repperies. emittitur itaque de archa corvus et non redit. et post eum pacem eterne columba denuntiat. Ita et baptismate gratie teterrimo vite expulso. id est diabolo. pacem eterne nostre columba sancti spiritus nuntiat. A triginta cubitis incipiens. et usque ad unum cubitum paulatim decrescens archa consummatur.

Similiter et ecclesia multis gradibus consistens. ad extremum diacones presbiteros. episcopisque finitur.

Periclitauit enim archa in diluuio.
periclitatur ecclesia in mundo.
Egressus est noe uineam plantabit.
et bibens de ea inebriatus est.
Nudatus quoque in carne xps. ecclesia
plantabit. et passus est. Nudatum
patrem. inrisit minor filius. et minor
populus. et eundem crucifixerunt iudei.
et honorauerunt gentiles. Dies me
deficiet si omnia arche sacramenta
cum ecclesia componens edisseram.
Qui sint in ea corui. aquile. qui columbe.
qui leones. qui cerui. qui uermiculi
qui serpentes. quod ad presens negotium
pertinet breuiet compendium. Non solum
in ecclesia morantur oues. nec mundae
tantum aues uolitant. sed frumentum
tum in agro seritur. et inter nitentia
culta lappe et tribuli et steriles
dominantur auene. quid faciet
agricola. et uellet lolium. sed
tota pariter messis eradicatur.
cotidie industria rusticana.
aues sonitu expellit. Imaginibus
terret. hinc flagello crepitat.
hinc formidines tendit. Et tamen
aut ueloces capree. aut lasciuus
onager incursat. hinc in horrea
occulti mures frumenta comportant.
Hinc feruente multitudine. segetem
formicum populatur. Ita se res
habet nemo securus agrum possidet.
Dormientibus pueris familias inimicus
homo zizania super seminabit.
Ad quam eradicandam cum discipuli

ire preponerent dominus noster prohibuit
sibi reseruans palearum et frumenti
separationem. Hec sunt uasa ire
et uasa misericordie. que in domo dei
ab apostolo predicantur. Veniet
ergo dies. quando aperto archiuo ecclesie
aperto proferet dominus uasa ire sue.
Quibus exeuntibus sancti dicent.
Ex nobis exierunt. sed non fuerunt
ex nobis. Si enim fuissent ex nobis
permansissent utique nobiscum.
Nemo potest xpi uicarium sibi ad
summere. Nemo ante iudicii diem
iudicare. Si lum mundatum est
ecclesia quid domino reseruamus. Etenim
que uidentur esse aput homines
recta. nobissima autem eius ueniunt
in profundum inferni. In hoc errore
iudicii. que potest certa esse
sententia. FINIT.

INCIPIT LIBER SECUNDUS
SEPTEM ECLESIARUM

HIC LIBER CONTINET QUAT
TUOR ANIMALIA ET QUAT
TUOR EQUOS ANIMAS
INTERFECTORUM QUAT
TUOR UENTOS ET
DUODENA MILIA

Angelo ephesi ecclesie scribe :
Hec dicit qui tenet septem
stellas in dextera sua . qui
ambulat in medio septem candelabrorum
aureorum . Scio opera tua . et laborem
et patientiam tuam . et quia non potes
portare malos . et temptasti eos
qui dicunt apostolos esse . et non
sunt . et inuenisti eos mendaces
et patientiam tuam habes . et sustinuisti
propter nomen meum et non defecisti .
Sed habeo aduersum te . quod caritatem
tuam plurimam reliquisti .
Memento unde cecideris . et age penitentiam . et prima opera fac .
Si in autem uenio tibi . et mouebo candelabrum tuum de loco suo . nisi penitentiam egeris . Sed hoc habes in quid
quia odisti facta nicolaitarum
que et ego odibi dicit dominus .
qui habet aurem audiat . audiat .
quid spiritus dicat ecclesiis .
Vincenti dabo edere de ligno uite .
quod est in paradiso dei mei .



INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTA ECCLESIE IN LIBRO SECUNDO

Angelo ephesi ecclesie scribe .
Sub unius appellatione
angeli . omnium sanctorum numerum
signat . Ephesi autem quod est
uoluntas siue consilium meum .
catholicum ut superius memorabimus .

ntamen Christum cui stat loqui
manifestat. Haec dicit qui tenet
septem stellas in dextera sua. qui
ambulat in medio septem candela
brorum aureorum. Id est qui sanctorum
animas in manu continet suam.
et in medio ecclesiarum suarum miraculis
spiritalium virtutibus graditur
et potestatis magnitudinem con
versatur. Ad ipsum autem Christum dicit.
Scio opera tua et laborem et patientiam
cognoscere se ostendit bone operationis
effectum. et laboris et studii spiritalis
cursum et patientiam per quam sustinet
temptationem vel superat. et con
laudat puritatem Christe iudicio
veritatis. de qua Christum itaque
apostolus loquitur. Laudat sanctis quae
non potest. detinet laudem et in iniquis
non patiebus. quoniam multi filii desertae
magis quam eius quae habet virum.
Deculus labore Christe distinetur.
Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.
Cui itaque in praesenti loco dominus dicit.
et quia non potes sustinere malos
homines. et temptasti eos qui se dicunt
apostolos esse. et non sunt et invenisti
eos mendaces et patientiam habes.
et sustinuisti propter nomen meum.
et non defecisti. Hoc de hereticis sine
dubio dictum accipimus. quia ipsi
seductores adstiterunt veritatis.
et sunt auctores pravi mendacii.
Bonos se protestantur. et ipsi deterio
res daemonibus conprobantur.

Sed mendacia eorum et perversitatem
catholica fides invenit. et per
tollerantiam multa sibi mala inlata.
ab ipsis mala sustinuit. Hoc autem
passa est propter nomen Christi nec deficit
fides eius. Ipsi itaque Christe de hereticis
dicitur per prophetam. Omne vas
quod fictum est conteretur. non dirige
tur. et omnem linguam resistentem
tibi iudicio iudicabis. Temptasti
inquid eos. Non temptantur nisi
qui intus sunt. Qui enim foris sunt.
sine ullo temptamento foris esse
manifesti sunt. Hos eos temptare
opus est. qui intus sunt foris sunt.
in Christo non sunt. quia non ex fruc
tibus sed ex loco cognoscuntur
de quibus dominus ait. A fructibus eorum
cognoscetis eos. Quia non potest
arbor mala bonos fructus facere.
In fructu operatione. In folia verbum
dicit. Tales quam reperti fuerint.
aperte mali sunt. Non sunt ista
de ipsis qui se dicunt apostolos esse
et non sunt. quia illi qui se dicunt
apostolos. quasi domino ministrare
videntur. sed autem in fucatis sibi
et non domino ministrant. Sed nobis
sollerter inquirendum est. qui sunt
qui domino ministrant. Neque enim omnes
qui legunt, omnes qui praedicant, omnes
qui propria tribuunt, omnes qui per carnis
abstinentiam corpus castigant.
domino ministrant. Qui enim legendo vel
praedicando quaestum proprium quaerunt.

largiendoque habent et corpus
in abstinentia macerando laudes
recipere ab hominibus appetunt.
Ista sibi et non domino ministrant. quo
contra per psalmistam dominus dicit.
Ambulans in via inmaculata hic mihi
ministrabat. Habet enim maculam
in via. qui in bono opere quod agit.
aeterne gloriae sibi praemium proponit.
qui in hoc mundo recipere mercedem
requirit. et fedat in conspectu dei
speciem boni operis. maculae pravae
intentionis. Fortasse et enim qui
disciplinae studio instantur ferire
culpas delinquentium recte.
Quae tamen ad haec agenda si non ex
omnipotentis dei amore. sed zelo proprio
ducitur sibi in his et non domino
ministrat. Alius ne asper esse
videatur. multa leniter tolerat.
quae prave perpetrantur. his itaque
quia videri pro domino districtus non
vult. per lenitatis suae studium sibi
et non domino ministrat. Restat ergo.
ut sive in verbi ministerio fatigamur.
seu indigentibus nostra largimur. sive
per abstinentiam carnem domamus.
seu zelo movemur. sive propagandae
aliquando leniter prava toleramus.
uanos summopere debeamus intentionem
nostram discutere. quatenus omne quod
facimus ne in his quae agimus nobis
potius quam domino ministremus.
Non enim domino sed sibi ministrabant.
de quibus paulus dicebat. Omnes enim

quae sua sunt quaerunt. non quae ihesu christi.
Quidam vero paulus quemque electis
fratribus non sibi ministrare. sed domino
et vivendo et moriendo studuit
dicens. Nemo nostrum sibi vivit.
et nemo sibi moritur. Sive enim
vivimus. domino vivimus. Sive mori
mur domino morimur. Sive enim
vivimus sive morimur. domini sumus.
Sive et enim sancti nec vivunt sibi
nec moriuntur. qui propter omne quod
agunt ad lucra spiritalia anhelant.
atque orando praedicando sanctis operibus
insistendo caelestis patriae cives
multiplicare desiderant. Sibi
minime moriuntur. quia in cons
pectu omnium. deum de sua morte
glorificant. ad quam pervenire eorum
moriendo festinant. Patiantur itaque
in morte sanctorum. quantum eorum
obprobrium ab infidelibus fuit.
sed quanta laus domini in corda
fidelium excreverit. qui si suam laudem
quaererent. profecto tantam
in propria in morte amisissent. Sed
nemo nostrum sibi vivit. nemo sibi moritur.
qui suam gloriam nec vivendo nec
moriendo quaerunt. Sed non erat
laudis quod dixit. Scio quia non
potes portare malos. sed contestatio
infirmitatis. In eo vero laus. quod
dixit. non potes et sustinuisti propter
nomen meum laudabit imbecillitatem
humanam in tolerandis falsis fratribus
de dei amore. Praeteriisse virtutem

per humilitatem caritatis amore.
ut secundum domini praeceptum sciret
a quibus caveret. Et patientiam
habuit ut malignantes et ferret
omnia quae secundum cathedram mosi id est
falsos et simulatores sacerdotes qui
non pro deo sed pro saeculi honore
cathedrae mosi applicantur.
Et primos discubitus. et primas
cathedras in saeculo amore delectantur.
quos in evangelio veritas
pharisaeos solet nominare. Ab eorum
autem factis abstinentia. et
quod ab eis audienda cusaudienda
et facienda. Sic apostolus amatores
malos et ab eorum operibus abstinere
mandat dicens. Probate autem
quid sit placitum deo. et nolite
communicare operibus infructuosis
tenebrarum. magis autem redarguite
id est non taceatis. quae enim ab ipsis
occulte fiunt. turpe est dicere.
Haec mandat apostolus pro falsos
apostolos. parti vero angelo sic dicit.
Sed habeo adversus te. quod caritatem
tuam plurimum reliquisti.
Omnium peccatorum personam
adsumsit. qui in secta catholica
positi variis erroribus obligantur.
Et accusari cum eis ostendit. quod
priorum fidei caritatem oblita.
multa sunt vitiorum laqueis
occupati. Absit enim ut eidem
parti dicat. habeo adversus te
quem laudat. cum dicit patientiam

habet. et sustinuit propter nomen meum
nec defecisti. Unde verum est et
convenienter. ut qui patientiam
habet. nec deficit. Dilectionem
derelinquere non poterit. quoniam deus
dilectio est. Unde manifestum est
in uno corpore duas partes ostendere.
unam perseverantem alteram autem
gradientem cui dicit. Memento
unde cecideris et age paenitentiam.
et prima opera fac. Similiter et
dominus per prophetam dicit. Reduc me
in memoriam ut iudicemur simul.
narra si quid habes ut iustificeris.
Dum enim meminisse nos vult casus
quibus male corruimus admonet
ne denuo corruamus. Et ut purgemur
vitia quae incurrimus. Iter quo advenimus
ostendit dum dicit. Age paenitentiam.
Id est lacrimis ablue delicta tua.
Sic peccatrix illa sub pede Christi. lacrimis
labia pedes Ihesu et capillos extersit.
et post paenitentiam. quid faciat. in sequenti
qua et commonet. Et prima opera fac.
Alta bonitate praecipua. alta quae in
primae conversationis ardore conce
peris. Ne dicatur tibi si in illo
cecideris. memor esto unde cecideris.
Ac si aperte dicat. Vide unde ceci
disti. et quid hodie peccati con
traxisti. Si opere. si sermone. si
gastrimargiae. gulae. voracitatem
habuisti. Si fornicationis carnis
stimulo incitatus es. si cupiditatis.
si avaritiae face succensus. simulacrorum

quod est idolum in occulto consti
tuere tue conlocasti. si iracundie
et furoris contra fratrem excitatus
nebula in corde remansit. si in
uana gloria mentem eleuasti. si superbie
tumorem habuisti. quod si iniquita
te cognoscis cecidisse. increpat tibi
et dicit. Semper memento unde
cecideris. Qui enim cadit. de alto
cadit. Ideo dixit unde. Non est
malos sunt quam qui caritate disce
dit. quia sicut superbia princeps est
omnium malorum. ita caritas
principatum tenet omnium bonorum.
Qui enim caritatem non habet.
quamuis bona uideatur facere. nihil
in se boni habet. Ideo dixit unde
cecideris. Quam omni modo usque ad
mortem amoris opera exercenda sunt.
quod est principale mandatum
sine qua nemo catholicorum dominum
uidebit umquam. Si ulla et
aliquid horum que supra diximus
fortiter teneatur statim subtrahitur.
si caritas minuitur. Quia caritas
quo operit multitudinem peccatorum.
Et quid prodest si ad exhibendum ubi
sanctitatem. ad impendendum misericordiam.
ad referendas semper deo gratias. ad o
rationem semper procedas. nihil tibi
prodest. si in uno te conspicis. et
alia oculos claudas. Et quid prode
est si contra hostium insidias pene
tota ciuitas caute custodiatur.
si unum foramen apertum relinquitur
unde ab hostibus inuenitur. Quid ergo
prodest custodia. que ubique circum
ponitur. quando inimicus intra
ciuitatis per neglegentiam loci unius
aperitur. Dicitur ergo. memento
unde cecideris. quia duobus modis
in preceptum. omnis lex in uno sermone
conpletur. Id est in caritate dei
et proximi. quia adhuc malis
cogitationibus inretitur. a caritate
dei discedere dicitur. et qui fratrem
iniquo odit. a caritate proximi
alienatur. et in utroque de alto
cadere dicitur. Inde dicit unde
cecideris. et age penitentiam. et prima
opera fac. ac si aperte dicat.
De die in die. semper incipe penitere.
Ita ut nunc te dicas incipere.
quando et finire. Quod si non feceris.
uenio tibi et mouebo candelabrum
tuum de loco suo nisi penitentiam egeris.
Quid est mouere candelabrum. nisi
[illegible] faciam. [illegible] custodiam
quia sine intatiat claritatis. sine
professione dei fides nostra stabilis esse
non preualet. Unde et propheta
dicit. Dilatasti gressus meos subtus
me. et non sunt infirmata uestigia
mea. Et supra. Posuisti ut arcum
ereum brachia mea. et dedisti mihi
protectionem salutis. Et alterum.
Nisi dominus adiuuisset me. paulo minus
in inferno habitabit anima mea.
Mouet ergo candelabrum fidei nostre
et extinguit lucernam confessionis nostre.

quando auertat faciem suam a nobis.

Quod ait: Nisi paenitentiam egeris.

Quam paenitentiam agere curo. si non a conditorem suscipitur adminiculum.

Quis humor poterit ex ariditate cuius profluere lacrimarum. nisi domini miseratione compunctum cor sancti spiritus in rore aduenitur. Itaque candelabrum dicit mouere quem iubet agere paenitentiam. Iam supra diximus in priori libro. quod angelus et candelabrum unum erat. Cuius partem dicit non auferre. sed de loco suo mouere. Id est quidquid pars amittat ut qui habet datur ei. et habundet. et qui non habet. hoc quod uidetur habere auferetur ei et in illum seruum mittere in tenebras exteriores. Hunc seruum omne prepositorum corpus. Id est episcoporum malorum dicit. adculus in tantum omnis sua membra ęcte pendet. Sicut et alio loco dicit de eodem seruo quem constituit super familiam suam ut det illis scripturarum cibum in hoc tempore.

Quem beatum dicit quem sic inuenerit facientem. eo quod super omnia bona sua constituet eum. Semper enim in gesta in hac admonitione duas partes esse cognosce. Pars enim licet hic sit donec diuidatur proprium tamen salutem et omnem candelabri lumen amisit. et qui his charismatibus honoratus erat. sibi mortuus erat. et quod in illo uiuit alienum erat. Ideo pars erat quem semper increpat. Tamen altera erat. quem laudat quem laudat supra petram dicimus esse fundatam cui dicit.

Sed hoc habes quod odisti facta nicolaitarum que et ego odi.

Nicolaitarum enim interpretatur effusio uel stultitię ęcte languentes quod de haeresis non immerito dixisse sentiatur. Qui effusi ubi dicta uertatur in limum sunt manducata prouoluti.

De hac effusione in lege describitur.

Effusus es sicut aqua non crescas.

Et sic manifeste et stultitia languentes ęcte. haereticorum doctrina peruersorum quia non ad sanitatem adducunt populi ciuitatem sed maximis languoribus plebes afficiunt. stultitia deo sentientes et stultitiae praeoccupant sententiis de quibus scriptum est. Sanabant contritionem populi mei ad ignominiam dicentes. pax pax. quam non erat pax.

Nam quomodo poterit odisse facta nicholaitarum. qui dilectionem id est deum dereliquit. Opera enim nicholaitarum. idolatria erat et fornicatio. Quia ab apostolis cum stephano et ceteris constitutus diaconus erat. qui propter pulchritudinem relinquit uxorem. ut qui uellet eum acciperet.

Uerta quae erat in stuprum talis consuetudo ut alternis coniugia mutarentur. et in tantum turpia et nefanda excogitabit et praedicabit. ita ut nicolaitarum heresis. Id est indoctis.

sacerdotes et laicę. et illa iudice
nascuntur. quos apostolus reprobat.
et ne tales ad sacrificium accedant.
discipulum admonet dicens. Nemini
cito manibus inposueris. et neque
communicaueris peccatis alienis.
Et quid est manus cito nemini inponere.
nisi ante etatem maturitatis ante
tempus examinis. ante laboris meritum
ante laboris experimentum disciplinę.
sacerdotalem honorem tribuere. et quid
etiam est communicare peccatis alienis.
Nisi talem ordinantem episcopum insipientem.
qualis et ille est qui non meruit
ordinari. Sicut enim boni operis
sibi conparat fructum. qui rectum
seruat in eligendo sacerdote
iudicium. ita grauissime se ipsum
afficit damno. qui tales consti
tuit quales non merentur esse
sacerdotes. Bene ergo dicit. odisti
facta nicholaitarum quę et ego
odi. hic aperte se amicum deo negat
qui eius placet inimico. denique
ut per sacerdotium se hoc manifestet
nouisse misterium dicit.
Qui habet aurem audiat. quid spiritus
dicat ęcclesiis. et dominus in euangelio
ait. Verba quę ego loquor uobis.
spiritus et uita sunt. ergo qui apertam
fidei habet aurem. qui per credulitatem
bonum interiori homini acutissimum
prestat auditum. Ipse diuini eloquii
audire poterit uerba quę sanctus loquitur spiritus.
Vincenti dabo edere de ligno uitę
quod est in paradiso dei mei.
Post tantum labore contra hereticorum
peruersitatem disceptati delinquentes
ad penitentiam quo hortatur premium
post laborem uincentibus repromittit
ut a lignum uitę. pro quo adam de pa
radiso expulsus est. ne ab illo quid
sumeret. illi introeuntes paradysum
libere sumendo accipiunt.
Sicut ait quod est in paradyso dei mei.
ubi aurę uitam adspirant. ubi prestantia
societatis uirtutem. et pomum lignum
uitę germinatum inmutabilem
sub ministrat. Bene ergo dicitur.
Vincenti dabo de ligno uitę. quod est
in paradyso dei mei. Paradysus
ęcclesia est quam nemo ingreditur
nisi qui Christum puram mente cognouerit.
Et [illegible] mente.
toto corde. tota fortitudine
imitauerit. et proximum sicut
se ipsum dilexerit. Paradysus
enim ęcclesię figura est. Et primus
homo adam umbra futuri est.
Et secundus adam Christus. Sol iustitię est
qui umbram [illegible] nostrę inluminat.
Et primus adam ut ait apostolus.
De terra. terrenus est. Secundus adam
de cęlo. cęlestis est. Modo uero
in ęcclesia duo adam sunt. terrenus
et cęlestis. Et qualis est terrenus.
tales et terreni. Et qualis est
cęlestis. tales et cęlestes. quia adam
bipartitus est. uetus et nouus.
Vetus est. cui lignum uitę non datur

adtingere. quia noluit deponere
uetustatem hominem. id est carnalem.
Nouus adam erat. qui christo uincentem
mixtus erat et habebat lignum uitae
potestatem. quia et sanguinem habuit
et sic necdum corpore. spiritu tamen
christo mixtus erat. quia si uincentibus
lignum uitae promittitur. et tunc
in christo multi uixerunt. quia non
omnes mortui sunt sed qui pecca
berunt. In similitudinem trans
gressionis adae. Ceteri uero qui
in imagine et similitudinem dei
permanserunt. uita recordati
sunt. uiuere dicuntur.
Uibunt quia non erat deus mortuorum
sed uiuorum. Duae itaque partes
in adam. et apud eum adnotatque
fuisse praefiguratae sunt. una quae
se peccasse confessa est et uiuit.
Altera quae non resipiscit a diaboli
laqueis a quo captus est. cui latet
ligni uitalis absconditum est.
Quas partes statim ut generare
coepit. utrumque deo sacrificia
offerentem. Sed alterum placentem.
alterum displicentem. Alterum propter [?]
et simplicem sacrificium humiliter
offerentem. fructus manu moriche [?].
Alterum obaunsum [?] id est sine sensu.
et inuidiose offerentem quia postea
occisionem fratris operata conaumuge [?].
Uerumque tamen parum successio et
progenies. in cain. et abel in scrip
turis declaratur. Sic enim dicit dominus.

maledictus eris tu in terra. quae aperuit
os suum accipere sanguinem fratris
tui de manu tua. Terra hominem
dicit. Quisquis ad cain parricida
uel odio fratris concitandum perficiendumque
suscepit. In cain et abel omnem
omnino populum cognosce. In terra genitu
consistit. unum bonum alter
malum. unum qui facit iniurias
alterum qui patitur. Haec est ciuitas
quam fundauit nomine filii sui.
Quid est ergo quod cain ciuitatem nomine
filii sui construxit. nisi quos nouerit
impios in hac uita esse fundatos.
Iniquum et finem. habere sentium [?].
Ubi nihil quam quod uidetur speratur.
Sanctos uero aspices esse et peregrinos.
Unde et abel tamquam peregrinus
in terris. Ideo propterea scriptura non facit ciuitatem.
Superna est enim eorum ciuitas.
Quam uis hic parant ciues in quibus
peregrinantur. donec regni eius
tempus adueniat. Abel uero suc
cessionis sic dicit. Exsuscitauit
mihi dominus semen alterum pro abel
quem occidit cain. Hunc successionem
dicit genitum. Uide ergo quia non deus
totum adam uetauit a ligno uitae
sed partem. Adam enim uiuit
ingenium. quod illi sine gustu ligni
euenire non posset. Gustauit
autem errorem confitendo. quod fidei
figura fuisse non erat. sed solus
adam et quid dominus post remansit quam
mortem a ligno uitae separauit.

ut dicatum ne gustaret uiueret :
Non enim uetitus est dns ne contra
sententiam suam posset uiuere.
et quam statutum uite arborem
commedisset. Sed hoc in figura
factum est. ut a nobis intellectu uetitus
putetur. Nam corpus et sanguinis
dni uita est sicut ipsem dicit. qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet uitam eternam :
Numquid omnes qui communicat.
habet uitam eternam. Non. quia
scriptum est. qui manducat indigne
et bibit corpus et sanguinem dni.
iudicium sibi manducat et bibit :
Pars enim que se probat et scit quem
admodum manducet. ipsa sola
lignum uite manducat. Pars uero
que secreta est. nec uite lumen
xpm uidendit. licet manducet
hunc panem. proculdubio lignum
uite absconditum habet. Sicut
ad Iob dicit ds. Num quid tu
absconditum ab iniquis lumen. Iste
ergo ds eterna sectantibus lucem.
uita certe facientibus tepidum uitam
celat lignum uite. Idest uerum crucem
ne sicut scriptum est. oculis uideant
et corde intellegant. et conuersi
curentur. Contra hos de paradysus
muro igneo clauditur. Sicut in
zacharia dicit scriptum. Ego ero murus
igneus in circuitu dicit dominus in gloria
ero in medio eius. Lignum uite in
scriptura esse. aperte ius in hoc libro
manifestat. In sequentes descriptionem :
Et a paradysum scriptum. et lignum uite
dignum penitentiam. Idest crucem
xpi. quem multi portare uident.
sed dum non sequuntur. Et utrique
in quid parte fluminis lignum uite.
faciens fructus duodecim. per
singulos menses. hunc dns paradysum
et lignum eius uincentibus tribuit :
Paradysus scriptura est. Lignum uite xps
crucifixus est. et utrique parte
fluminis uel duo testamenta legis
et euangelii intellege. uel unda
baptismi. Duodecim menses.
duodecim apostoli sunt. hec uin
centibus tribuit et inimicis crucis
sue quorum deus uenter est. et xps
in suis cubiculis alter nescio quis.
quia non ille noster crucifixus sed eum
qui in bestia caput uel occisum
adorant. Idest quasi xpm crucifixum.
quem solo nomine nobiscum
commune habent. et factis negant :
Istis omnino lignum uite absconditur :

EXPLICIT ECCLA PRIMA

INCIPIT ECCLA SCDA

ISTORIE SUBSEQUENTIS PICTURE :

Angelo zmirne ecclesie scribe :
Hec dicit primus et nouissimus
qui fuit mortuus et uiuit :
Scio tribulationem tuam et pauper
tatem. sed diues es. et blasphemaris
ab his qui se dicunt iudeos esse et non

sunt sed sunt sinagoga satane.
nihil timeas ex his que passurus es.
Ecce incipit diabolus mittere quosdam
ex vobis in carcerem ut temptemini.
et habebitis tribulationem diebus
decem. Esto fidelis usque ad mortem
et dabo tibi coronam vite.
Qui habet aures audiat quid spiritus
dicat ecclesiis. Qui vicerit non ledetur
a morte secunda. EXPLICIT STORIE



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE ECCLESIE

IN LIBRO SECUNDO

Angelo zmirne ecclesie scribe.
Zmirna. quod est canticum eorum.
Idest eorum qui pulchre confessi sunt
catholicam veritatem his loquitur
sanctus spiritus dicens: Hec dicit primus et
novissimus qui fuit mortuus et vivit.
Scio tribulationem tuam et paupertatem
sed dives es. Concludit operum ecclesie sue.
quod per multas tribulationes contendit
ad regnum. Paupertatem elegit ut
proferat quod potentes presentiam con
temnit ut futura mereatur sed dives est.
Habundans fide et gratiarum ubertate
completa. Ille est scilicet humilis
quid nicum obtinuit eloquium.
que dicit: Beati pauperes spiritu.
qui spiritu suo pauper est. dei spiritu dives est.
Num qui spiritu suo dives est. fluit
quodam elationis influxu et vacuus est.
Sciendum vero est quia graviores culpe sunt

que super ducatu speciei uirtutes
imitantur quam ille que in parte
cognite unitatum in confusione decidunt
usque ad penitentiam ueniunt : Isti uero
non solum in penitentiam non humili
unt . sed etiam maiores operantur
debent dum uirtutes putantur
ecclesie parte de istis dicit :
Et blasphemaris ab his qui se dicunt
iudeos esse et non sunt sed sunt
synagoga satane : Multa contumelia
ecclesie ab his sepe sustinet . qui confiteri
se asserunt deum . et non confitentur .
Sed congregatio ipsorum diabolo
auctore colligitur hic quoque ostendit
non specialiter tantum ecclesie loqui .
quia non nomine tantum fuerunt
ubi sunt iudei blasphemantes :
Ostendit preterea foris esse istos iudeos
Idest christianos malos sicut supra dixit
de apostolis falsis : Potuit enim christianos
dixisse iudeos . quia iudeum nomen
religiosum est : Iuda enim ebraice :
Latine confessio dicitur . qui se dicunt
iudeos . idest confessores : quod si non
iudeos adfirmaret . non diceret . qui se
dicunt et non sunt . Nos enim sumus
circumcisio : Nos sumus iudei . qui christum
habemus leonem de tribu iuda : Non enim
qui palam iudeus est . idest palam religiosus .
nec palam carnis circumcisio . idest
ut ab hominibus uideatur quod facit
ut a pro laude humana faciat :
sed qui in secreto iudeus est . idest
solum christo placet non hominibus

sicut scriptum est : Omnis gloria
filie regis ab intus : Si enim solum
diceret mentiri eos qui se dicunt
iudeos : et non addidisset synagoga
satane . nullo modo potuimus
eos foris asserere quam uis dixisset
blasphemantes : Ostendit preterea
foris esse istos iudeos . dum non dicit
mentiri eos qui se dicunt iudeos :
Sicut supra dixit de apostolis qui se
dicunt apostolos esse et non sunt .
Ita et in hoc loco potuit christianos
dixisse iudeos . que sunt synagoga
satane : hec synagoga in prologo
septem ecclesiarum si scire uis quid
sit cum ecclesia planissime recognoscis :
Nunc uero eum dimittere non uacat :
Nec dum discussa replicamus audius
ad indiscussa ueniamus :
Dominus enim noster corpori suo exemplum
relinquens in medio synagoge sancti
stetit medio illorum patientia illorum
in eo perficientes propheticus . patientia est
synagoga satane : que est sodoma
et egyptus que est congregatio
synagoge : Siue quod inter nos
congregationem in unum habent .
quia synagoga multorum est :
Ecclesia uero paucorum . sub uno ecclesie
nomen accepit . et a superioris
doctoribus una ecclesia nominatur :
Sed si una est . quur inter nos con
tendimus : quur illi nos dicunt
unitatem prope . et nos illos : Sed designat
nabit iste Iohannes in sua epistula

antixpistos esse. Quicumque confessus
fuerit quod ihs non est xps. Ipse est
antixps. Iam ergo quaerimus quis
negat et non adtendamus ad linguam
sed ad factum. Si enim omnes in
terrogentur omnes uno ore confiten
tur ihm esse xpm. Quiescat
paululum lingua. Interrogamus
si inuenerimus hoc. si ipsa scriptura
nobis dixerit. quia negatio non
tantum in lingua fit sed factis.
Certe inuenimus multos antixpos
qui ore profitentur xpm. et moribus
dissentiunt a xpo. Ubi inuenimus
hoc in scripturis. Paulum audi
apostolum de talibus quum loqueretur
ait. Confitentur autem nosse dm.
factis autem negant. Inuenimus
et istos antixpos. Quisquis factis
negat xpm. antixps est.
Non audio quid consonet. sed audio
quid uiuat. Opera locuntur. et
uerba requirimus. Quis enim malus
non bene uult loqui. Sed quid dicit
de talibus dns. Hypocritae. quomodo
potestis bona loqui. quum sitis mali.
Uoces uestras aduertere meas aures.
ego cogitationes uestras inspicio.
uoluntatem meam ibi non uideo
et fulsos fructus ostenditis. Noui
quid unde colligam. Non colligo
de spinis uuas. Una quaeque arbor
a fructu cognoscitur. Magis mendax
est antixpo. qui ore profitetur
ihm esse xpm. et factis negat.

Ideo mendax. quia aliud loquitur.
aliud agit. Dns enim nr corpori suo
id est aeclesiae exemplum relinquens in
medio synagogae sic scriptum est. Id est uidetur
dm in medio scae hierusalem parabola dicens.
Hierusalem. hierusalem. quae occidis prophetas
et lapidas eos qui ad te missi sunt.
Intellegitur de synagoga sua hanc
dixisse. Quae est sodoma et aegyptus.
ubi et rex eius id est qui deo seruiunt.
omni die crucifiguntur. Sodoma enim
post saturitatem. uertitur in cinerem.
liberato loth. cum filiabus suis.
Sed quid est quod a quinquaginta iustis
usque in decem. si inuenerit dns.
ciuitatem esse saluandam. Numerum
quippe quinquagenarium propter
paenitentiae signum posuit. si forte
conuerterentur. et saluarentur.
Quinquagenarius semper ad paenitentiam
refertur. unde et dauid in eodem
numero. psalmum scripsit paenitentiae.
Pro inde quando aspicit deus delinquentem
eum tantum nequaquam uelle reuerti
ad paenitentiam. quam quinquagena
rius numerus praefigurat. confertur
ardorem in moderatae luxuriae.
conspexit ignem gehennae. Usque ad decem
autem iustos non perisse sodomam dicit.
quasi in quantum libet. perdetem praecep
torum custodium xpi nomen inuenitur.
licet non perit. Denarius enim numeri
figura perfectus numerus est. et crucem
xpi demonstrat. Nam et quod
quinque sunt ciuitates quae in bruibus

Igneis conflate sunt. quid illud est
quod omnis qui quinque sensus
corporis sui . libidinose auctauerint
illi diuino incendio concremati
sunt. Ipse autem loth frater abraham
iustus et ospitalis in sodomis qui
ex illo incendio quod erat similitu
do diuini iudicii meruit saluus
euadere. Tippum figurabat
corporis christi. quod in omnibus sanctis.
et nunc inter iniquos et impios
gemit . quorum factis non con
sentit et a eorum permixtione
in fine liberatur. Illis damnatis
supplicio ignis aeterni. Uxor uero eius.
religiosorum genus figurabit. qui per
gratiam dei uocati retro respiciunt.
et ad ea quae dereliquerunt . redire
contendunt. De quibus ipse dominus ait.
Nemo ponens manum suam super aratrum
et respiciens retro . aptus est regno dei.
Unde et illa mulier prohibetur retro
respicere. per quod nobis ostenditur
non esse reddeundum ad ueterem
uitam qui per gratiam regenerati.
ultimum cupiunt euadere iudicium.
quod uero idem respiciens remansit.
et in sale conuersa est exemplum
praestat ad condimentum fidelium
unde alii saliuntur. num nec ipsum
tacuit christus dicens. Memento
uxoris loth scilicet. ut nos tamquam
sale conditi. ut non factum
neglegamus . sed prudenter caueamus
hoc enim et illum admonuit quam
in statuam salis conuersa est.
Illud uero . quod ipse loth ardentem
sodomam fugiens . segor uenit.
et nequaquam ad montana con
scendit. Ardentem quippe sodomam
fugere est. Inlicita carnis incendia
uel mundi desideria declinare.
Altitudo uero est montium . speculatio
perfectorum. Sed quia multi sunt
licet qui mundi inlecebras fugiunt
sed tamen in actione positi . con
templationis apicem subire non
possunt. Hoc est quod exiit quidem
loth de sodomis . sed tamen ad
montana non peruenit. quia
damnabilis uita relinquitur. sed
adhuc celsitudo speculationis
subtiliter non attingitur. Inde idem
loth ad angelum dicit. Est ciuitas
haec iuxta . quam possum fugere
parua . et saluabor in ea.
Num quid non modica est et uiuet
in ea anima mea. Iuxta igitur
dicitur et tamen ad salutem tuta
perhibetur quia actualis uita
nec a mundi curis ex toto discreta
est nec tamen a gaudio salutis
aliena. Ipse autem loth quando
filiae concubuerunt cum eo . hoc
significat quod tunc ipse loth .
futurus legis uidebatur gerere
personam. Quam quidam ex illa
lege procreati et sub lege positi
male intellegendo quod ammodo
se inebriant. et quae non legitime

seruiendo infelicitatis opera patitur.

Bona est enim lex ut ait apostolus, si quis eam legitime custodierit.

Aegyptus uero decem plagis percutitur et minime corrigitur.

Haec illa in Aegypto corporaliter gesta sunt, spiritaliter autem modo geruntur in saeculo. Aegyptus namque saeculi forma est, sicut et Sodoma, sed illa igne cremata est, illa relicta est. De illa tres ab incendio euaserunt; de ista duo terram repromissionis introierunt, cum multi exissent, sed solum dicuntur intrare. Et hoc est quod ueritas in euangelio protestatur: multi uocati, pauci uero electi.

Duo ingrediuntur repromissionis terram, et duo accepturi sunt repromissionis caelestia regna, id est dilectio dei et proximi.

Tres liberati sunt de incendio in Sodoma, et tres liberaturi sunt cum uenerit Christus in igne iudicare terram, id est spes, fides, caritas.

In Aegypto aquae primum uertuntur in sanguinem, et aquae Aegypti in sanguine sunt uersae, id est erratica et lubrica philosophorum dogmata, quae merito in sanguinem uertuntur, quia in rerum causis carnaliter senserunt. Sed ubi crux Christi mundo huic lumen ueritatis ostendit, huius modi eum correptionibus arguit ut aequalitate

plagarum per has decem plagas nunc in saeculo proprios agnoscat errores.

In secunda uero plaga ranae producuntur, quibus indicari figuraliter arbitrantur carmina poetarum, qui inani quadam et inflata modulatione uelut ranarum sonis et cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Rana est enim loquacissima uanitas. Nihil enim aliud animal ipsa utile est, nisi quod sonum uocis improuidis et importunis clamoribus reddit.

Post haec sciniphes producuntur. Hoc animal pinnis quidem suspenditur per aera uolitans, sed tam subtile est et minutum ut alta oculis uisum, nisi acute uidentes effugiat.

Corpus autem cum insederit acerrime pungit aculeo, tam ut cum uolitantem uidere quis non ualeat, sauciatum sentiat uulnera.

Hoc enim animalis genus subtilitatis haereticae comparatur, quae subtiliter uerborum aculeis animos terebrat, tantaque astutia circumuenit ut deceptus quisque nec uideat nec intellegat unde decipiatur.

Quod uero in tertio signo magi cessaturi sunt dicentes: hic digitus dei est, magi illi typum haereticorum uel animositatem habuerunt.

De quibus hoc apostolus dicit: Sicut Iamnes et Mambres restiterunt Mosi, sic et hi resistunt ueritati

homines mente corrupti et reprobi
circa fidem et Paulum non proficiunt.
Dementia autem eorum manifesta erit
omnibus hominibus sicut et illorum
fuit. Hi autem qui per ipsum corrup
tionem mentis inquietissimi fuerunt
in signo tertio defecerunt fatentes sibi
adversum esse spiritum sanctum qui erat
in Moysen. Tertio enim loco ponitur
spiritus sanctus qui est spiritus digitus dei. unde
et illi deficientes in tertio signo
dixerunt digitus dei est hic. Sicut
autem reconciliatus et placatus spiritus sanctus
requiem praestat mitibus et humilibus
corde. Ita contrarius et adversarius
inmites ac superbos inquietudinem
cogitat. quam inquietudinem
muscae illae brevissime significabe
runt dicentes digitus dei est hic.
Quarto loco aegyptus muscis percutitur.
Musca enim nimis inportuna et in
quietum animal est. In qua quid
aliud significat nisi carnis desideriorum
tumultum. Aegyptus ergo muscis
percutitur. quia eorum corda qui
hoc saeculum diligunt. desideriorum suorum
inquietudinibus feriuntur. Porro
septuaginta interpretes. cinomium.
id est caninam muscam posuerunt
per quam canini mores significantur.
In quibus grandi mentis et inportune
voluptatis et latrando canis arguitur.
Potest quidem hic locus significari
etiam per muscam caninam. forensis
hominum eloquentia cum qua velut
canes alterutro se lacerunt.
Iam vero quinto loco animalium
morte. vel pecodum aegyptus flagel
latur. Insipientia in hoc arguitur
stultitiaque mortalium quae quamquam
inrationabilia pecora coluerunt
et vocabulum dei inposuerunt
sculptilibus figuris. et animalibus
insensatis. non solum hominum.
et pecodum. sed ligno et lapidibus
impressis. Ammonem. et Iovem.
in arietem verterunt. et in nube
in cane. Apin quoque colentes
in tauro. Ceterum quoque aegyptus
deorum portenta mirantur. et in
quibus cultu credebant inesse
divinum. in his viderunt miseranda
supplicia. Ulcera post haec. vesice
cum fervoris sexto in ubere produ
cuntur. In ulceribus arguitur
dolosa hubs sti. et purulenta
malitia. In vesicis tumentibus.
inflata superbia. In fervoris. Iracundiae
ac furoris insania. Hucusque enim
talia per errorum suorum figuras
mundo supplicia temperantur.
Post haec vero verba veniunt deruptis
vocibus scilicet. tonitrua et grando.
et ignis discurrens. In tonitruis enim
increpationes ac divinae correptiones
intelleguntur quia non cum silentio
flagellat sed dat voces. et doc
trinam caelitus mittit. per quam
possit culpam suam castigatus
agnoscere mundus. Dat et grandinem

per quam tenebrae adhuc uastantur
nascentia uitiorum. Tota et ignem
sciens esse spinas et tribulos. quos
debebat ignis ille depasci.
De quo dicit dominus. Ignem ueni mittere
in terram. Per hunc enim incentiua
uoluptatis. et libidinis consum
mantur. quod tamen locustarum
octauo in loco sit magis putatur.
a quibusdam per hoc genus plage
discedentes humani generis incons
tantia constitutam. Alio quoque
sensu locustae pro mobilitate
leuitatis accipiende sunt
tamquam uage. et salientes
animae in sectis uoluptatibus. Nona
plaga tenebrae factae sunt. siue
uanitates eorum caecitatis arguitur
siue ut intellegitur diuinae conpen
sationis. et prouidentiae obscurissi
mas esse rationes. Posuit enim
deus tenebras latibulum suum
quas illi adducet. et temere
perscrutari cupientes. et alia per
alias intentes incursus. et
palpabiles ignorantiae tenebras
deuoluti sunt. Ad ultimum
deletur primogenita aegyptiorum
siue principatus et potestates.
et mundi rectores tenebrarum.
siue auctores. et inuentores
falsorum. quae in hoc mundo fuerunt
religionum quas Christi ueritas cum
suis extincta. et perdelebit
auctoribus. Porro quod sequitur

in diis eorum fecit iudicium. illud
est hebrei. Certum est quod in nocte
qua egressus est populus omnia in aegypto
templa destructa sunt. Nos autem
dicimus spiritaliter quod egredientibus
nobis ex aegypto saeculi errorum
idola corruunt. et omnis peruersarum
doctrinarum cultura quassatur.
Haec est aegyptus. et sodoma. quae nunc
contra ecclesiam pugnat. Illic decem
iusti minime reperti igne cremantur.
Istam decem plagis afflictam minime
corripitur. et ubi in hoc libro sodomam
et aegyptum inueneris hunc auctori
tatem sequeris. Et ubi synagoga
nominaberis hunc sodomam et aegyptum
esse cognosce. Suo namque ex corporis
sui ore locutus est dominus per prophetam.
Circumdederunt me canes multi.
synagoga malignantium obsedit
me. Et iterum. Aperta est terra
et deglutiuit dathan et operuit
super synagogam abiron. Et exarsit
ignis in synagoga eorum. quia illi
ausi sunt moysen. et aaron sanctum domini
sacerdotem. et sacrificandi licentiam
pro suis conatibus expetierunt.
Per quos itaque significantur hi
qui haereses et scismata nunc in ecclesia
facere conantur. et multos secum
errando decipiunt. contemnentes
sacerdotes Christi. et se a clero eius
multorumque societate segregantes
construere audent coetus. et alia
altaria praeterque altarium in licitas

uocibus faciunt dñice hostię
uenientem psalmista sacrificia pro
fuerunt. Hi qui contra dei
ordinationem. nituntur ob teme
ritatis audaciam terrę compagib;
ruptis uiuentes profundi hiatu mer
guntur. Nec tantum hii qui duces
errorum sunt. sed et illi qui consen
tiendo participes eorundem facti
sunt. Ignem aeterni supplicii preparatam
ultione peribunt. Hęc synagoga
quę mosi contradixerat. nunc ecclesię
contradicit. quę antequam ex parte
proderetur. sub unius synagogę nomine
aduocata militabat. Hunc
synagogam memorat Iheremias
Inpectu dicens. Dñe omnipotens
non sedi in concilio inrisorum. sed
timebam a facie manus tuę.
singulariter sedebam tamq; animo.
nam numquam damnatio eorum
recessit. Ubi nec alterum templum
in quo singularis sederet. nec alter
populus ut separatus fuisse monstretur.
Nam et nicodemus in malorum concilio
assertione legis alienus fuit.
Hęc est synagoga cui filius dei dicit
inpectu. uos de diabolo patre nati
estis. et desideria patris uestri uultis
facere. Illic erat uia angusta.
et illic lata. Illic desperata et misera.
Sed numquid ambe in uia dñi con
greguntur aut miscentur.
Scriptum est enim in hosee. Iustę sunt
uię dñi et iusti ambulabunt in eis.

Impii autem infirmabuntur in eis.
Unde hortatur ecclesiam suam. ne
timeat eos qui occidunt corpus
et postea ei nihil habent qui faciant
dicit. Nihil horum timeas. quę
passurus es. Futuras tribulationes
et ingerenda ab impiis mala
significat. et confortat fideles
suos. ne persecutionum molestias
extimescant. Sic dicit quasi uni
quia omnes sci in hoc mundo dum
uiuunt unum sunt. quia animam
unam et cor unum in xpi caritate
iunguntur. et est una ecclesia.
Quia sicut xps et ecclesia caput cum
membris unum sunt. Ita homines
mali cum diabolo qui caput horum
est unum corpus est. et quum
dicit. nihil timeas eorum quę passurus
es. utique toto corpori diaboli
quod in toto mundo est ut foris
obsidet ecclesiam. Significat etiam
qui pati ualeat. aut quid inimicus
possit ingerere. Ecce missurus est
diabolus quosdam ex uobis in carcerem.
ut temptemini et habebitis tribulationem
diebus decem. Nec illud quidem temere
puto esse dicendum siue credendum
quod nullus iussum est uel uideatur.
non amplius ecclesiam esse passuram
persecutiones usque ad tempus anti
xpi. quam quod iam passa est.
Id est decem. undecima autem quę
nouissima sit sub anti xpo.
Primum quidem computant.

unctione que facta est.

Secundum. a domitiano.
Tertium. a traiano.
Quartum. ab antonino.
Quintum. a severo.
Sextum. a maximino.
Septimum. a decio.
Octabum. ab aureliano.
Nonum. a valeriano.
Decimum. a diocletiano. et maximiano.

Per hos decem reges. passa est ecclesia.
Ab ascensione christi. usque ad concilium
nicenum per annos ducentos
quinquaginta. Septies facte sunt
martyrum sicut per hunc apoca
lipsin iohannis dominus dicit.
Habebitis tribulationem diebus decem.
Pro decem regibus. Sed ubi diabolus
inspexit humana mutatus.
contra christianos dicebat. quid
colitis ihesum crucifixum. hominem
iudeum. nullius momenti hominem.
Incitabat principes mundi ad
mortem inferentes. qui in christo crediderunt
sunt. Post quam vero predicatum
est toto orbe evangelium. ipsi reges
quorum legibus turbabantur ecclesie
in omnibus salubriter subderentur
martiribus quos dudum crudeliter
ausferre conati sunt. et falsos
deos incipientes persequi quorum
causa cultores dei veri fuerunt
ante persecuti. Templa deorum
deserti. et basilicas in nomine
martyrum fabricant. videns itaque
diabolus ubicumque se inventum
religionis sub nomine christianitatis.
et de ecclesia pugnat contra christum hereticos
in ecclesia mittit. et nunc ipsa est
undecima persecutio antichristi.
Post quam autem totum orbem per
agrabit evangelium christi. et populus
quidem in ecclesia est. persecutio ista
falsa adque deceptoria. tamen porro
docti intellegunt eum. nec intellegent
omnes impii. quia tali subtilitate
se diabolus inculcat mutata religionis
et quo facilius possit decipere sub nomine
christianitatis. vera mixta falsis ut
magis opinando quam credendo.
suos suscitet predicatores. Sicut enim
in primordiis ecclesie catholice. post quam
christus ascendit ad celos apostoli talis
hec dicta sunt pene adhuc ipso cum
eis ante quam ascenderet. iam in
quotidie ecclesia patitur. et post discessum
etiam passio. et multe tribulationes
sunt ecclesie in toto. ita ut publice
probrium funderent sanguinem
pro christi nomine quam iudei ventilabant
nominare. Ita futurum esse cognovimus
dum adveniat antichristus. Licet et nunc
multa per loca varia. vel regiones
ab hereticis et gentilibus sepe sustineat
sed diebus in quid decem tribulationem
habebitis. decem dies quos dicit
totum tempus istius seculi posuit.
quia decem pro eloquendo modo dicimus
sicut centum. sicut mille. id est perfectum
numerum istius seculi complementum.

Et ei dicebat : tribulationem habebitis
quasi solum diebus decem . quia finem
habebit : Si ad perpetuitatem futurae
beatitudinis pertingit quod tolerant
malum patientes . tum parva sine
dubio reputabitur . tam velociter
transeuntque tamquam decem dies .
Unde et apostolus dicit . existimo
quod non sint condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis . confor
tat itaque suos et dicit .

Esto fidelis usque ad mortem .
et dabo tibi coronam vitae .

Et in evangelio dominus loquitur .
Qui perseveraverit usque in finem ipse
salvus erit . Poterit enim fieri ut qui
male vixerit . et in finem vitae sue
ad veram penitentiam redierit .
et recte deum crediderit . et rectum
meritum cognoverit . licet ipsa
hora hec fecerit quam mori poterit
a peccato solutus erit . poterit iterum
et qui bene vixerit et in finem vitae
sue eluctatione recesserit non poterit
solutus esse sic obierit . quia usque
in finem non perseveraverit .
Unusquisque in finem . aut lucrifica
bitur aut damnabitur .
Talem iudicat dominus . qualem in finem
invenerit . damnat aut coronat .
Sicut scriptum est . Ipse iudicabit
extrema terre . Et qui in hoc mundo
non parcit anime sue usque ad mortem .
vel mortem pro fide susceperit .
aut usque ad mortem in fide Christi
perduraverit ipse salvus erit .
et ipsi sine dubio corona vitae praesta
bitur . Admonet frequenter . ut qui
interioris hominis fidelem praestant
auditum . exhibeant aures ad audien
dum ut admoniantur ut cognoscant
qui per spiritum ecclesiis indicantur .
quibus dicitur .

Qui vicerit non ledetur a morte secunda .

Qui aut in passionem tolerantiam
gesserit . aut indubitatam fidem
usque ad consummationem servaverit
morte secunde liberatur ex toto .
Post loquitur . et indicat eundem
dominum . et triumphantem . hoc est gladium
ex utraque parte acutum .
Quod verbum dei esse docetur ex ore
eius egredi manifestat et signi
ficat rectum habitare in recto loco
ubi sedes est satane .

EXPLICIT ECCLESIA SECUNDA .

INCIPIT ECCLESIA III IN LIBRO II

Angelo pergami ecclesie scribe .
Hec dicit qui habet gladium
ex utraque parte acutum . Scio
ubi habitas ubi thronus est
satane . et tenes nomen meum . et non
negasti fidem meam . In diebus
antiphas testis mei fidelis qui
occisus est apud vos ubi satanas
habitat . Sed habeo adversus te
pauca . qui habes ibi tenentes doctrinam

balaam qui docebat balac
mittere scandalum quorum filiis
israhel ut manducarent idolis
immolata. et fornicarentur:
Sed habes et tu tenentes doctrinam
nicolaitarum. qui habet aurem
audiat quid spiritus dicat ecclesiis:
Vincenti dabo manducare de
manna absconditum. et dabo ei calculum
candidum. et super calculum nomen
meum nouum scriptum quod nemo scit.
nisi qui accipit: Explicit storie:



INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTE ECCLESIE

Angelo pergami ecclesie scribe:
hec dicit qui habet gladium
ex utraque parte acutum:
Scio ubi habitas ubi sedis est satane:
Omni ecclesie dicit. quia ubique satanas
habitat: Tronus autem satane
homines mali sunt: Reuertitur
ad speciem quia licet istam solam
dicat. ubi tronus est sathane:
tamen in hisdem septem figurate
sunt atque septem formis ecclesie
gestae sunt: specialiterque increpat
et laudat dicens: Et tenes nomen
meum. et non negasti fidem meam.
In diebus antiphas testis mei fidelis
qui occisus est apud uos. ubi
satanas habitat: Sed habeo
aduersus te pauca: utique aduersus

alia membra non ea quibus dicit.
et non negasti fidem meam. sed
ad ea membra dicit se habere quam
diximus totum esse satanę.
ubi tenent doctrinam balaam
quibus dicit: Quia habes ibi
tenentes doctrinam balaam qui
docebat balac mittere scandalum
coram filiis israhel. ut manducarent
idolis immolata. et fornicarentur:
Post quam dixit ubi habitat ubi
thronus est satanę. idest ubi tem
tatio non deficit. et perditio
multos efficit reos laudat ecclesiam
quod tenet confessionem nominis
xpi. et non negat fidem suam.
etiam. et cum fide martyrum honore
decoretur et ubi ipse hoc patiatur
a quibus xps passus est qui unus
antipas testis fidelissimus nuncu
patur. qui occisus est in isto loco
ubi satanas. qui latine vocatur
adversarius dicitur habitare:
Sed tamen habet adversus ecclesiam
dns aliquid. eo quod sint tenentes
doctrinam balaam: Balaam
enim interpretatur latine vanus
populus sive sine populo. eo quod et ille
vanus fuit. et populum vanum genuit
vel absque substantia. Balaam
enim caput est adversarii qui non
congregabit populum ad salutem nec
in multitudinem salvandae plebis
gaudet: Sed dum omnes perdiderit
et sine populo vel absque substantia
remanserit tunc speculatur. ipse est
qui docuit balaam mittere scanda
lum quorum filiis israhel:
Balac enim latine dicitur. praeci
pitans sive devorans. ipse praeci
pitabit israhel ut consecrarentur
idolo fagor. et devorabit eos
moribus voluptatis et luxuriȩ:
Adhuc similitudinem dicit ecclesiam
ecclesiam habere qui tenent doctrinam
balaam qui sunt in ecclesia ypocritae
et hoc habent principale opus
edere et fornicari: Iterum commendare
scripturis et fornicationem facere
spiritalem. ut deforis pateant hominibus
iusti. et intus sunt mali:
Sicut dns dicit: Intus autem plena
sunt rapinam et incontinentiam
sed et omne opus malum: Idolatria
enim est fornicatio spiritalis. qui se
putat recte vivere sed per ypocrisis
exempla non miscitur in ecclesia.
sed cum synagogę operibus fornicatur:
Balaam quoque opere prophetię
spu clarus erat. sed adsumtus
non erat: Quia videlicet potuit
longe post futurum prospicere.
sed tamen a temporis desideriis
mentem noluit separare: Sed hac
in re. subtili inquisitione. necesse
est ut semet ipsum animus investiget.
ne fortasse ut laudis gloriam querat
et animarum lucra se querere
sua cogitatione simulet:
Sepe enim sui nominis laude

animus pascitur. et quasi sub
obtentu lucrorum spolium quaerit dum de
se bona dici cognoverit laetatur.
Et saepe suae contentionis defensione conten-
dentes irascitur et fingit sibi
mens. quod hoc eorum zelo faciat
quorum corda a bono latere
detestatur sermo perturbat.
Sancti vero aliquando virtutes suas
praedicant ut exemplo suo alios
ad vitam erudiant. Unde paulus
qui tanta provectae sustinuit
quotiens lapidatus naufragium
passus. quod in paradiso ductus
sit. corinthiis narrat ut eorum
sanctum apostolus praedicatoribus
anteferat. quod perfecti quando
virtutes proprias loquuntur. In hoc
quoque omnipotentis dei imitatores
sunt. qui laudes suas hominibus
loquitur ut ab hominibus cognos-
catur. Nam per scripturam suam.
praecipit dicens. laudet te alienus.
et non os tuum. quomodo faciat
ipse quod prohibet. Sed si virtutes
suas omnipotens dominus taceret.
si enim nullus agnosceret.
nullus amaret. Si nullus amaret.
nullus ad vitam rediret. Unde
per psalmistam dicitur virtutem
operum suorum adnuntiabit populo
suo. Iusti atque perfecti. non solum
cum vituperationis suae verba
reprehensibiles non sunt. quia
per suam vitam. quam fecerunt

aliorum animas ad vitam quaerunt.
Et numquam bona sua detegunt.
nisi eos ut dixi vita proximorum
utilitatis. aut certe nimia necessitas
cogat. Hinc ad ezechiel dicitur.
Increduli et subversores sunt tecum.
et cum scorpionibus habitas. Increduli
scilicet deo. subversores vero infirmantibus
proximis. scorpiones autem eos qui
fortibus ac robustis. quibus et in faciem
contradicere non possunt. et occulto
tamen vulnus inrogationis infingunt.
Nam aliquando aliquis pravitatem
elationis loquitur. et loqui se per
auctoritatem libertatis existimat.
Et aliquando alius per simulatum
timorem tacet et tacere se per
humilitatem putat. Ille locum sui
regiminis attendens. non metitur
sensum timoris. Iste locum suae dilec-
tionis considerans. timet dicere
bona quae sentit. et ignorat quanti
criminis reus efficitur tacendo.
Sic vero sub auctoritate superbia.
et humanus timor. sub humilitate
se palliat. ut saepe nec ille videat
considerare quid deo. nec iste quid
debeat proximo. Nam et ille eos
qui sibi sublecti sunt conspicit.
et cui et omnes sub lucerna non intendit.
In elatione attollitur. et de elatione
sua. velut de auctoritate gloriatur.
Iste vero dum timet. ne vuloris
gratiam amittat. atque per hoc aliquid
temporalis damni sustineat. recta

que intellegit occultat. Deq; aptat
se attetur ipsum amorem quod
constringitur humilitatem nominat.
Sed etiam cum nihil uult dicere.
tacendo in cogitatione diiudicat.
Fitque unde se esse humilem estimat
inde grauius est superbus. Discer
nenda ergo semper sunt libertas
et superbia. humilitas et timor.
Ne aut timor humilitatem. aut
superbia libertatem fingat.
Ezechiel itaque qui non solum ppto
sed etiam senioribus loqui mittebatur
ne in tacitum timorem habeat
admonetur dum dicitur.
Ne timeas eos. ac ne forte derogatio
nis eorum uerba pertimesceret ad
iungitur. Neque sermones eorum
metuas. quas enim linguas derogan
tium timere non debeat. etiam causa
subiungitur cum protinus subinfertur.
Quoniam increduli et subuersores sunt
tecum. et cum scorpionibus habitas.
Timendi enim essent hi quibus loqui
mittebatur si in fide et opere omnipotenti
deo placuissent. qui enim increduli
et subuersores sunt in suis sermonibus
derogantes. timendi non sunt.
Quia stultum ualde est si illis placere
querimus. quos non placere domino scimus.
Debent autem habere timorem et reuerentiam
iudicia iustorum quia membra
omnipotentis sunt. et hoc ipsi
in terra reprehendunt. quod dominus
redarguet de caelo. Nam peruersorum

detractio uitae nostrae adprobatio est.
Quia iam ostenditur nos aliquid
iustitiae habere. ut coepimus illis incipere
displicere qui non placent deo.
Nemo etenim potest inuita eandemq;
re omnipotenti domino et eius
hostibus placere. Nam deo se amicum
negat. qui eius placet inimico.
Et inimicus ueritatis aduersabitur.
qui eadem ueritati in mente sub
iugatur. Unde sancti uiri in uobis libere
increpatione succensi aduersa odia
peccatorum non metuunt quos deum
non diligere cognoscunt.
Quod propheta uidetur operibus
creatori omnium quasi in munere
obtulit dicens. Nonne qui te
oderunt domine oderam illos. et inimici
facti sunt mihi. Ac si aperte
dicat. Perfecto quantum te diligo
qui eorum omnium peccatorum con
temnere inimicitias non pertimesco.
Hinc rursum dicit. Qui retribuebant
mihi mala pro bonis. detrahebant
mihi. quoniam subsequebar bonitatem.
Bonum ualde est quod iustus exhibet
quando male agentibus libera uoce
contra dicit. Sed hic peruersi. mala
pro bonis retribuunt. quando iustis
derogant quia contra eos iustitiae
defensionem seruant. Non enim
iusti humana iudicia. sed eterni
iudicis sententiam aspiciunt. Deq;
ideo detrahentium uerba contemnunt.
De quibus adhuc subditur. Tu autem

fili hominis audi quęcumque
loquor ad te et noli esse exasperans.
sicut domus israhel exasperatrix est.
Id est mala quę fieri conspicis.
Ipse non facias. Ne hoc quod
prohibere mitteris ipse committas.
Omnis enim predicator in semet
semper debet mente pensare ne qui
missus est lapsos erigere ipse in pravi
tate operis cum lapsis cadat.
Et pauli apostoli sententiaque servatur
dicentis. In quo alterum iudicas.
te ipsum condemnas. Unde balaam
dei spiritu repletus ad loquendum.
sed tamen in tumultu vitam suo
spiritu retentus de semetipso loquitur
dicens. Dixit auditor sermonum
dei. qui novit doctrinam altissimi.
et visiones omnipotentis videt.
Qui cadens apertos habet oculos.
Cadens apertos oculos habuit.
quia rectum quod diceret vidit.
sed recte vivere contempsit.
Cadit videlicet in perverso opere.
et apertos habens oculos in sua
predicatione. Est tamen aliud
quod possit intellegi. Cur beatus
ezechiel. qui ad predicationem
mittitur esse exasperans prohibetur.
Nisi ad loquendum verba quam
mittebatur obediret. Omnipotentem
dominum sicut populus de perverso opere
sic propheta de suo silentio exasperans esset.
Nam sicut mali dominum exasperant
qui loquuntur vel faciunt mala

latet et aliquando boni exasperant
deum. qui tacent bonum. Illis namque
culpa est perversa agere istis vero
culpa est recta tacere. In hoc enim
cum malis etiam boni simul dominum
exasperant qui cum perversa non
increpant eis. sed per suum silentium
proficiendi licentiam prestant.
Hoc est in secta idolatria. et fornicatio
spiritualis. quę concordium dicit et docen
num balaam. Sic habes et tu.
tenentes doctrinam nicolaitarum.
Id est hereticorum doctrina sectantes.
Suadet etiam ipsos ut convertantur
ad dominum et agant penitentiam. ne
in gladio oris sui bellare cum eis
incipiat. dum ad iudicium venientes
interrogaverit unumquemque de operibus
suis frequenter admonens dicit.
Penitentiam age. quod si nolueris
venio tibi cito. et debellabo eos
gladio oris mei. Ad ipsum parem
dicit debellandum. quem semper
increpat. Qui habet aures audiat.
quid spiritus dicat ecclesiis.
Vincenti dabo manducare. de manna
abscondita. Id est de pane qui de
celo descendit. de quo pane in
cotidiana prece dicimus panem
nostrum cotidianum da nobis odie.
Non dicimus. sed cum illo est. et
nisi petimus non accipimus.
Huius panis figura fuit manna
in heremo. sed non est omnibus notum.
Nam multi manducaverunt mortui

sunt sicut dns dicit · manduca-
verunt manna in heremo · et mortui
sunt · et eodem manna alii man-
ducaverunt · et mortui non sunt ·
sicut moyses et ceteri · Non enim
illum panem inprobabit · sed
absconditum ostendit · Idem namque
fuit ille panis qui nunc est effectu ·
Sicut scriptum est · eundem cibum
spiritalem manducaverunt · et quo-
modo manducatur panis spiritalis
et non est omnibus panis vitae ·
qui enim manducaverit indigne ·
iudicium sibi manducat · Pro
hoc legimus scripturis ut xpm
cognoscant · et per xpm trinitatem
quae unus ds est recte credimus ·
Haec solidus cibus haec est manna
absconditum sicut scriptum est ·
Panem celi dedit eis · panem
angelorum manducabit homo ·
Quia cum patre et spu sco semper
aequalis creditur in principio
et angeli de divinitate eius
fruuntur intuitu · nunc verbum
caro factum est et habitavit
in nobis · Hic est panis qui de celo
descendit · si quis ex ipso mandu-
caverit · non morietur sed
habebit vitam aeternam ·
Hic est panis absconditus qui
non datur nisi legitime
certantibus · et in amore dei
et proximi perseverantibus ·
Hic est manna quam nemo
accipit nisi qui petit · quam

nemo petit nisi quem ds gratuita
miseratione inluminaverit
et ad petendam quem excitaverit ·
Quia secundum apostolum cui vult mise-
retur et quem vult obdurat ·
Miseretur magna bonitate · ob-
durat nulla iniquitate · quia
iniquitas in deo non est · Sed unus-
quisque funibus peccatorum
suorum adstringitur ut aput
lutum et cera · Lutum stringitur
et cera mollitur quamvis aequalis
fervor atque calor solis habeatur ·
Cui imputandum est soli aut luto ·
Absit ut soli · qui aequaliter
eam non mutabit · Ita nec deo
imputandum est · Sol quippe
in fulgore est · et unius cuiusque
opus in manifestatione sicut
scriptum est · Luceat lux vestra
coram hominibus · ut videant
opera vestra bona et glorificent
patrem vestrum qui in celis est ·
Decet autem non tacita eorum
inquirere · cuius nativitatem cog-
noscitur ex virginitate procedere ·
Lutum vero peccata est ut scrip-
tum est · Canis reversus ad vo-
mitum · et sus lota in voluta-
brum luti · Porci sunt qui
necdum evangelio credunt
et in luto crudelitatis utique
versantur · Non est ergo deo
imputandum · qui vult hominem
omnem salvum fieri · et ad agni-
tionem veritatis venire ·

Istis ergo dictum est manna · qui
euangelio crediderunt atque in eo
scripti sunt · in aeternum manere
fecerunt : hunc enim panem ·
nunc descriptio sancti · quae lucane
dicitur tribulatio contenet omnes
manducant sed non omnes parady-
sum intrant : Quod quidam ligno
tenent uitam quasi per hamum
scitis sancti spiritum sumere cotidie
petunt : Quod si in uita introierint ·
idest in xpo · qui dixit ego sum uita ·
et si hunc panem manducauerint ·
nequaquam in aeterno · idest in ligno
tantum lignarium morientur :
Sed pleno uertagio cum ihesu duce
repromissionis paradisi terram
obtinet ingredientur · quia ut
est apostolus : In xpo ihesu neque
circumcisio aliquid ualet · neque
preputium sed noua creatura :
Non enim magni erat meriti si quid
foris erga nos agatur in corpore ·
sed perscrutandum erat quid agatur
in mente : Nam presentem mundum
despicere : Transitoria non amare :
Mentem medullitus in humilitate
deo et proximo tenere : Contra in-
latas contumelias · patientiam
seruare · et custodita patientia
dolorem malitiae a corde repellere :
Egenis propria tribuere : Aliena
non concupiscere : Amicum in deo
diligere : Propter dominum et eos qui
inimici sunt amare : De afflic-
tione proximi lugere : De morte eius ·

qui inimicus erat non exultare :
Haec est noua creatura quam idem
magister gentium apud alios quoque
discipulos uigilanti oculo requirit
dicens : Si qua igitur in xpo noua
creatura · uetera transierunt ·
ecce facta sunt noua : Istis ergo
sine dubio dicitur manna abscon-
ditum : Istis lignum uitae quod est
in paradiso dei idest crucem xpi
in secta manducatur adtingere :
Istis dictum est qui credit in me
flumina de uentre eius fluent :
Isti sunt apostolorum membra · qui
cum xpo capite idest ihesu duce
repromissionis ingrediuntur caelestia
regna · Aduersum quippe hominem
pertinet presentem mundum quaerere :
Transitoria concupiscentia
amare : Mentem in superbiam erigere :
Patientiam [illegible] habere : Et dolore
malitiae de proximi lesione cogitare :
Sua indigentibus non dare : Ad
multiplicandum aliena quaerere :
Nullum pure diligere : Inimicitias
inimicitiis reddere : De afflictione
proximi gaudere : Cuncta haec
uetusta sunt hominis quidelicet
de radice ortus corruptionis :
Istis numquam non dicitur manna
absconditum · quia uitam non in-
uenerunt xpm : Sed uero parte dicit
manifestabo me ei · et dabo ei
calculum candidum · idest corpus
baptismi candidum : Calculum enim
lapis est candidus de quo apostolus ait :

Variatis lapidibus unde quo aedificatur
In templo dei. Lapides quoque
praedicatores. confessores. uirgines.
Sacerdotes omnesque iusti intellegantur.
Hii lapides per moysen in templum dei
offerri praecipiuntur. Ut nullus
dispereat saluatem offerebant.
Alius aurum sensum spiritalem quod est
in perfecta mistica intellegentia.
Alius argentum eloquium id est
tropologicum. siue moralem
intellegentiam. Alius aes uocem
id est storicum intellegentiam.
Scriptura enim sacra triplici sententia
est. Primo ut storice. Secundo.
ut tropologice. Tertio ut mistice
intellegatur. Storice namque
iuxta litteram. Tropologice iuxta
moralem scientiam. Mistice iuxta
spiritalem intellegentiam. Ergo sic
oportet in perfecta catholica fidem
tenere. ut scripturas storialiter
debeamus legere. Moraliter in
terpretare. et spiritaliter intellegere.
Bene ergo dicitur. dabo ei calculum
candidum. Id est faciam illum
sedere cum potentatibus populi mei quod
sunt uirgines. et coronam gloriae hereditatis
tribuo illi. Et super calculum
nomen meum nouum scriptum. Id est
misterium filii hominis ut si diceret
manifestabo ei me ipsum.
Quod nemo scit. nisi qui accipit.
Ypocritas enim liceat habere uide
antur. non est datum illis in
tellegere sicut scriptum est.
Vobis datum est intellegere
mysterium regni. et tamen secreta
cognoscere. quos uideo in meo
amore laborare. Quem secreta
propheta referebat cum diceret.
Occulta sapientiae tuae manifes
tasti mihi. Illis uero non est
datum quia sua uerba non mea
praedicant. et me persequuntur
cum uos habent in despectum.
De quo et item et ad ezechiel dicitur.
Filii hominis uade ad domum
israhel et loqueris uerba mea.
Quid aliud quam eius ori frenum
moderaminis imponit ne quod
prius intus non audierit foris
dicere praesumat. Nam prophetae
falsi quod sunt ypocritae. et
heretici sua et non domini uerba
locuntur. Sicut et eo tempore
non dei sed sua uerba loquebantur
de quibus scriptum est. Nolite
audire uerba prophetarum qui
prophetant uobis et decipiunt uos.
Visione cordis sui locuntur.
non ore domini. Et rursum. Non
loquebar ad eos. et ipsi propheta
bant. Quae certe quoque colligendum
est quia et quisquis exponitor
in explanatione sacri eloquii ut
fortasse auditoribus placeat
aliquid mentiendo componit sua
et non domini uerba loquitur.
Si tamen placendi uel seducendi
studio mentiatur. Nam si in
uerbis dominicis uirtutem requiris

Ipse aliter quam prolata sunt
sententia. et quum si sub intellectu
alio edificationem caritatis
requirunt dni sunt uerba que
nutriunt quia scripta sunt.
Scientia inflat. caritas edifi
cat. hinc Iohannes ait.
Qui dicit qui nouit Dm et mandata
eius non seruat mendax est.
et in eo ueritas non est. et alterum.
qui dicit se in luce esse. et fratrem
suum odit in tenebris est usque adhuc.
Sicut ypocrite ministrorum dei
cognouissent numquam deum
in familia eius occidissent. Finit.

EXPLICIT ECCLÃ III
IN LIBRO SECUNDO.

INCIPIT ECCLÃ QUARTA
IN LIBRO II.

Angelo thiatire ecclesie scribe.
Hec dicit filius dei qui habet
oculos sicut flammam ignis
et pedes eius similes ori calco
libani. Scio opera tua et dilec
tionem. et fidem et ministerium.
et patientiam tuam. et uniuer
sas operationes tuas. et tum
in nouissimis habundantior es
prioribus. Habeo aduersus te
multa. quia permittis
mulierem zezabel que se dicit
propheten esse. et seducit
multos seruos meos et facit
fornicare et manducare ydolis
immolatum. et dedi ei tempus
ut penitentiam ageret. et non
uult penitere de fornicatione sua
et docet. et seducet seruos meos
fornicare. ecce mitto illum
in lectum et eos qui cum ipsa
fornicantur in tribulatione
magna si non penitentiam egerint
operum eius. et filios eius
occidam in morte. Denique et
scient omnes ecclesie quia
ego sum qui scruto corda et renes.
et dabo uobis singulis opera uestra.
Uobis autem dico reliquis qui estis
thiatire. non mitto super uos
aliud pondus. uerumtamen
quod habetis tenete donec ueniam.
Et qui uincit. et qui seruat
opera mea. usque ad finem dabo
ei potestatem super gentes.
et pascet eas in uirga ferrea
tamquam figuli comminuantur.
Sicut ego accepi a patre meo.
et dabo ei stellam matutinam.
Qui habet aures audiat. quid
spiritus dicat ecclesiis.



INCIPIT EXPLANATIO
SUPRASCRIPTE ECCLESIE

IN LIBRO SECUNDO:

Angelo tiatire ecclesie scribe:
Hec dicit filius dei qui
habet oculos sicut flam
mam ignis et pedes eius
similes oricalco libani.

Scio opera tua et dilectionem et
fidem. et ministerium et patientiam
tuam. et universas operationes
tuas. et quam in novissimis
habundantiores a prioribus.
Oculos sicut flamma ignis. et
pedes eius similes oricalco. cuius
intuitus universa discernit.

Calces vero inmaculata sanctitas.
velut oricalcum in igne clari
tate resplendet. Scire autem
operationem bonitatem et fidem
sanctitatem et patientiam ecclesie
testatur. et novissima opera
plura esse prioribus. Significat
multorum sanctorum numerum
in fine temporum esse futurum
quando adveniente homine
peccati filio perditionis.
Innumera sanctorum milia proprio
sunt cruore secutura.
Sed accusatur adhuc adversus
eam dicit. quia permittis
mulierem iezabel qui se dicit
propheten esse. et docet et seducet

seruos meos fornicari et manducare
Idolis Immolatum : Quid sibi uult
In fornicatione illius : Zezebel appo-
siti quaedam doctrinam quae
Immolatum Idolis docet man-
ducari : et tempus penitentiae
acceperunt et despexerunt . et
penitentiam agere noluerunt :
Sed egrotatio huic doctrine
ydolorum languores promittuntur
et Infirmitas lecti . Id est satis scti
delectatio . et qui adulterantur .
per doctrinam eius tribulationem
maximam et futurum In diem
Iudicii repromittit . Nam zezabel
Interpretatur . sterquilinium . uel
sanguinis fluxus : Quid aliud
In sterquilinio . nisi sordes . Quid
In sanguine reputabitur . nisi
scelus uel peccatum . quod per
carnem admittitur : Recte eis
condemnatio futura predicitur
nisi forte penitentiam agant
ab operibus suis : Semel atque
iterum In uno homine quod est secta
quum dicit : Scio opera tua
maiora prioribus . generaliter omnium
sanctorum persona est : Quum autem
dicit permittis mulierem zezebel
prepositos Id sunt episcopos qui habent
permittendi abstinendique potestatem :
Sicut ergo In hac specie secta
et officia et qualitates . non nisi
sermonis ratio discernit . Ita
et iunctum ubi parte : adunatum
sectum constituit : Nam quod spiritum

tatum siquidem permittendo
particeps est eorum qui haec faciunt :
Et dedi ei tempus ut penitentiam ageret
et noluit penitentiam agere de forni-
catione sua : Quur non dixit dedi
uobis tempus ut penitentiam ageretis .
sed ei : Quia In secta diximus . duas
partes sunt In uno homine . quia
secta unum hominem dicit :
Una pars est quae penitentiam agit .
et altera est scelerum . quae sub nomine
christianitatis omne quidquid
malum est facit : et sunt ibi pre-
dicatores In utrisque partes . qui sunt
leues quasi sub nomine religionis
dant eis licitas paces et pro-
mittunt eis securitatem et nouas
prophetias ad tendendas ostendunt :
Et habet In ipsa parte quam diximus
sacerdotes et laicos . sceleratos .
et fornicarios . et istos quos diximus
qui licitas paces faciunt qui
religiosi quasi esse uidentur . quum
ambas partes . amicitiam uult
tenere : Ipsa est zezabel quae seducit
homines simplices ut non agant
penitentiam : Omnis enim qui
fornicarie consentit unum corpus
efficitur cum ea : haec fornicatio
spiritalis est In una secta : De hunc
fornicationem apostolus dixerat :
Fornicationem . Inmunditiam . et
auaritiam concupiscentiam mala
quod est Idolorum seruitus :
Idolatria enim Idoli seruitus dicitur :
Latria . latine seruitus dicitur :

Proinde increpat ecclesiam dominus qui
habet unita. et dicit se adversus
eam parum habere multa. pro ipsa
muliere zezabel que seducit
servos domini et dicit se prophetissam.
Idest christiana que sub nomine
christianitatis multa illicita facit.
et est adversaria veritatis.
Et inde dicit dominus se adversus eam
habere. quia totum ut diximus
unus angelus nominatur.
Idest una ecclesia dicitur. Sed qui
sancti sacerdotes sunt et ipsi parti
non increpant ut malis scripsit
sunt. participes eius sunt in opere.
De ipsis per prophetam dicit. Furem
videbas simul cum eo currebas.
et cum adulteris portionem tuam
ponebas. Sedens adversus fratrem
tuum detrahebas. et adversus
filium matris tue ponebas scan
dalum. Frater ipse est qui dixit.
Ite dicite fratribus meis. Idest christus qui
propter adsumptionem carnis ecclesie sue
se fratrem voluit nuncupari.
Mater ecclesia est. Filius matris est
qui liber homo christianus. Adversus
filium matris sacerdos ponit scan
dalum quando eis licentiam
peccandi per suum silentium prestat.
Aut si certe eis dicit. et cum cruciatu
et humiliat. hoc non dicit ut
qui graviter peccant. non suadendo
ut eum lucri faciant. sed superbe
eum increpando conspernat. et ad
desperationem adducit. filio matris
grandem scandalum facit.
Inde et dicitur. habeo adversus te
multa. quia permittis mulierem
zezabel. Vide quia insuper
dicitur ecclesia se habere dicitur
pauca. et hic dicitur multa
se habere adversus eum. quia
contraria particeps est. Quod si
particeps non esset. eos inimicos
habuisset. et generaliter omnes
unam ecclesiam facit. et voluit
ecclesiam personam sanctorum ostendere.
Idest predicatorum quod est pars domini.
Fornicantes vero. non sue partis
sed aliene. Hi due partes in pre
dicatione. unus homo dicitur
quia et in uno homine possumus
duas lateras nuncupare. Idest dexteram
et sinisteram. Est in eo multa
membra. sed unum corpus.
Habet ibi membra sana. habet
et infirma. Sana membra sancti sunt.
Infirma vero peccatores. Dextera
eius sancti sunt. Sinistra autem pecca
tores. Sicut sunt in homine
membra infirma. ita et alia sana
dolent. et tunc revelatur homo
ab egritudine. Ita quum vulnus
foris exierit. et alia et homines
mali quod sinistra pars sic sunt
in membra ecclesie. sunt quod est
dextera pars sicut humores mali.
Sicut hunc hominem specialiter
intellegis ita generaliter intellegis
unam ecclesiam esse de quo dicit.
Angelo ecclesie scribe. Ita et angelus

bi permittunt . uanon nisi dicat
rationem uideri possit . utqui
predicat per rationem expugnet
eum exhumilitationem . docturi
autem . unicuique dicat .
Consideret ergo quid dicat .
Cui dicat . Quomodo dicat .
Etquomodo dicat . Conuenit
considerare . Sicdns Inevangelio
disputat . Super cathedram .
moysi sederunt scribe etpharisei .
Omnia ergo quecumque dixerint
uobis . seruate . etfacite . que
autem faciunt facere nolite .
In specie gentis abscondit . Quia
tunc discipuli erant . quibus haec
dicebat . etnunc discipuli sunt
quibus haec dicit . Ettunc
pharisei . Idest diuini erant qui
diligenter legem predicabant .
etxpm non cognoscerent .
Etnunc pharisei . Idest sacerdotes
diuini xpm predicant etxpm non
cognoscunt . Illi non crediderunt
nec cognouerunt sed crucifixe
runt . quia si cognouissent .
utique nec crucifixissent . Nunc
Ingetu sunt quixpm Idest mem
bra eius cotidie crucifigant .
si Inspecie gentis abscondit .
Certum sihoc speculo erat . etnecque
Ingetu futurum ostendit seruo
suo dns foris remunerare uoluit
qui scribis etfariseis precepit
que faciebant . etquod dicerent
audire mandauit . Adnunc
quid ergo precepit Inbiduum
tantum dalia quia post non
amplius sup uixit . Ipso dicente .
scio quia post biduum pascha fiet .
etfilius hominis tradetur .
Etsecdm Iohannem sex diebus ante
passionem super asinum sedit .
Ingreditur Ihrlm . etpost hoc
Ingressum manducat . hoc audiuit
sicut Inmatheo Inuenimus .
Quod si etInmagis sue predicatio
nis locum audiuissent . annus erat .
Inquo anno . quid opus erat . Id docere
si usque adpassionem tantum
uiueret . Sed utdiximus . hoc
quod dixit persimilitudinem
dixit . quod nobis Ingetu odie
futurum esset . etexInde exemplum
etauctoritatis Inposterum fieret
multis Idest . cathedre moysi . sedentibus
hoc erat sacerdotibus qui Ingetu
primus cathedras requirunt .
etprimos discubitos . utea que
dicunt facientes doctoraudientes .
etopera que illi faciunt . non
facientes . Solent enim qui Inhac
cathedra docent . cum eos qui
docent etfaciunt audire .
Inde est . habeo aduersus te
multa quia permittis mulierem
zezabel . Ista uero sub nomine
xpianitatis fornicationem
etIdolorum spiritum docent . et
nobiscum uno uidentur decreuisse
altario . sed de Imitatione fidei
non religionis obtinet . habent enim

similitudinem phariseorum. qui
decimabant omne olus. et dei
iudicia praetermittebant. habent
et alteram similitudinem ista. Imitati
onem scilicet per quod diabolo
ministrant et propter sacramenta
distribuunt. Ista baptismi
communionem et propter benedic
tionem. pretium et evangelii ad
nuntiationem. Haec est qualitatis
doctrinae nostrae. hii sunt proselyti
eorum. vasti filii gehennae magis
quam ipsi proficient in peius.
Proselyti dicuntur. advenae. qui de
alia terra peregrini veniebant.
et cum populo iudeorum in fide et
circumcisione se miscebant.
Et putabant se sacerdotes phari
seorum. pro quia se eos circumcide
bant. valde esse sancti. et peius
faciebant in opere quod et ipsi
farisei. qui eos docebant. et erant
utrique gehennae. Ita et alteri in specie
sacerdotes mali putant se pro
qua se evangelium adnuntiant
et baptizant. inde habere vitam
aeternam. et quia patres mali sunt.
ita et malos filios per suum exem
plum generant. et sunt filii gehennae
quia in opere eos imitant. a quibus
christiani facti sunt. et inde dicit
docet et seducet servos meos
fornicari et manducare idolis
immolata. Utique sicut diximus sub
nomine christi fornicationem et idolatria
spiritalem docebat. Nam quomodo
aperte ydolorum cultura doceret.
que in specie prophetam se dicebat.
Non dicimus quod idola adorant.
ut alterum deum credunt. ut
praedicant. nisi patrem et filium
et spiritum sanctum unum deum. sed simili
tudinem christianitatis contegentes
corporalem et spiritalem adulterium
faciunt. Spiritale vero adulterium
idolatria est. Quando quisquis
hoc facit quod scriptura sancta
non convenit. non solum malorum.
sed et quam minima quod pro
nihilo extimatur. idolatria
dicitur. Sicut spiritus demonstrat
per apostolum. qui cum de falsis
fratribus disputaret. ita concludit
dicens. Filioli. abstinete vos
ab ydolis. et alterum. quid templo
dei cum ydolis. Non ergo omnes
sacerdotes. sacerdotes sunt.
Non omnes diacones. diacones sunt.
Attendis petrum. sed et iudam con
sidera. Stephanum suscipis. sed
et nicolaum respice. Num quid
soli illi in primordio electi fuerunt.
sed et hodie sunt. Sic in specie
ostendit genus. et genus revocat
ad speciem. Habet petrus imita
tores discipulos. habet et iudas.
Habet stephanus imitatores decentes.
habet et nicolaus. Praedicat
petrus evangelium christi. praedicat
et iudas. Baptizat petrus in nomine
trinitatis. baptizat et iudas.
Habet petrus potestatem in specie

ligandi et solvendi peccata.
habet et ludus seducendo servos
dni fornicari et manducare
idolis immolata. ecce in uno
domo. duo altaria. ecce
communis locus et diversus xpi.
Sic et veritas in euangelio pro et ...
dicens. Vos estis sal terrae. quod si
sal evanuerit. ad nihilum valebit.
nisi ut proiciatur foris in sterqui
linio. Et inde Iezabel suo nomine
sterquilinium nuncupatur.
qui foris civitatem de muro
praecipitata. in sterquilinio
cecidit. et camissem canibus
edenda. hoc ideo dicitur. ut qui
minime credidit futurum. Iezabel
loquitur sataria. et quod in et corpo
raliter gestum est. eius causa
praevidebat in spiritu. Quod si futura
non essent opera eius. nequaquam
monstraretur per spiritum ahiathira sectu.
Hoc enim opus erat memorare quae
olim fuerat mortua ante tanta
annorum curricula. Dixit enim.
Docet et seducet servos meos forni
cari. et manducare idolis immo
lata. et dedi ei tempus ut paenitentiam
agere. et non vult paenitere de forni
catione sua. ecce mitto illam
in lectum. et eos qui cum ea fornica
ti sunt in tribulatione magna
si non paenitentiam egerint operum eius.
Et filios eius occidam in morte. hoc est
discipulos eius quam per suum
doctrinam genuit hos secundum

se damnaturum morte commemorat.
Quia sicut sci spiritati filii dicuntur
dei. et doctores filii dicuntur
spiratorum et ceteri sci filii dicuntur
doctorum. Ita et omnes in spiritu filii
dicuntur sacerdotum. sive bonorum.
sive malorum. et quis quidem
in spiritum in opere imitatus fuerit.
filius eius esse dicitur. sicut dns
in euangelio ait. Vos de diabolo
patre estis. et desideria patris vestri
facere vultis. Numquid diabolus
filios carnaliter habuit. et alibi
dicuntur filii gehennae. Numquid
gehenna filios generat. Nisi opera
diaboli dicitur gehennae incendio
praeparata. Ita et istius mulieris
filii dicuntur. et quid ait.
Filios eius occidam in morte. id est
morte spiritalem. Per peccatum enim
mors introibit in orbe terrarum.
quia dum unusquisque peccaverit.
licet in corpore vivere videatur.
in anima tamen mortuus est
quia non perspicua morte vita tam
apertam quae esset carnaliter
facta. sed spiritus dixit occidam.
Et sicut specialiter illa manifestata
fiebat in muliere. id est in talis
sacerdotes qui in spiritu dicuntur
ita manifestatum esse ut talis
illa descenderet in filius et per omnis
sectus eiusdem mulieris filios. id est
eodem spiritu generatos spirituali morte
damnatos. et cum. si in hoc secto
non manifestaverit tamen in aeternum

lum esset obnoxios. Et scient inquid
omnes ecclesiae. quia ego sum scrutans
corda et renes. Quum reddidero
unicuique secundum opera sua et statuero
secretu unius cuiusque ante faciem
suam. Nam et ceteris qui sunt
in ecclesiam et non secuntur doctrinam
hanc pessimam nec profunda satanae
multa quam cognoverunt. dixit ad illos.
Non mittam super vos aliud pondus.
Et si aperte dicit. Non iudico bis
in ipsum. qui semet ipsum iudicat
ab alio non iudicatur. qui in hoc
mundo tribulationem pro me
patitur. In futuro necesse est
ut ante coronetur. Quia non ut
sicut in hoc mundo patitur ut ego
ei aliud pondus inponam. absit
in futuro tribulationem patiatur.
Vobis autem dico reliquis qui estis
Tyatire. Dum dicit vobis dico
reliquis ostendit quid sit angelus.
Id est ecclesia pars quam supra diximus.
cui haec dicit. Qui cumque non habent
doctrinam hanc. nec cognoverunt
altitudinem satanae. Id est eis non
consenserunt. Sicut dominus dicit
de iniquis operariis. Nunquam
novi vos discedite a me. Sicut enim
qui operantur iniquitatem non
cognoscunt deum licet ipsum predi
cent. Ita et deus licet omnes noverit
non cognoscit operarios iniqui
tatis. Hoc modo isti non
cognoscunt doctrinam satanae
licet audiant tamen eis inportunitate

sentiunt. Unde enim fieri potest.
ut aliquis mala non audiat
ab his quibus abstinent et eorum
opera non faciunt. sed oportet
ut in una ecclesia cum ipsi unum
mixti sint. et ab ipsis cruciemur
ut semper probemur. sicut aurum
in fornace qui per carbo semet ipsum
exurit. sed aurum purgat.
Ita oportet in una ecclesia esse hereticos.
hypocritas. et scismaticos esse.
Semet ipsos exurunt. sed ecclesia
ut aurum purgant. Sicut
scriptum est. Oportet ergo hereses
esse in una ecclesia. ut probati
manifesti fiant. Et alterum.
Cum dixerint vobis ecce in cubiculis
est christus. Id est in hereticorum doctrina
quia cubiculum dicitur pro eo
quod in ecclesia scripturarum doctrina
proferunt. Aut si dixerint ecce
in deserto est christus. Id est in gentiles
quia desertum dicitur gentilitas
eo quod scripturarum ibi non
docetur predicamentum.
Et aliud sit puniturum mundum
in ecclesia ut qui futuri sunt
adulti beati. per istos probentur
in humilitate et patientia.
Et multis hominibus inde audiunt
mala futura dominus pronuntiasse.
ut ipsi heretici in hoc seculo penam
gehennae predicent. et inde isti
laudabiliores sunt supportando.
et usque in finem vitae suae in
caritate perseverando et humiliter

purgando. ut alii pro qualitate tria
In perseuerando. et ostendit tertia
In perseuerando. et usque in finem
uite sue perdurant custodiendo.
ut operte habeant unde dam
natur in infernum. Iste uero
qui iam probati sunt dicitur eis:
Non mittam super uos aliud pondus:
Id est supra id quod potestis sustinere.
Ac si diceret. non aliam doctri
nam quam accepistis et quam et
iter uobis dedi. ut fortes essetis
tantum uobis inpono tribulatio
nis et angustie pondus in hoc
mundum quantum portare potestis.
Uerumtamen quod habetis tenete
donec ueniam et qui uicerit. et qui
seruat opera mea usque in finem:
dabo ei potestatem super gentes.
et reget eas in uirga ferrea tamquam uas
figuli comminuentur sicut ego
accepi a patre meo: Iam supra dixe
rat. non mittam super uos aliud
pondus. hic dicit tenete donec
ueniam: et qui tenuerit usque
in finem ac si diceret. Non erit super
uos tribulatio supra quam quod
imperitia sexto tolleratis. Futurarum
tribulationem uobis non adiciam:
Et ostenditur magis ut teneatis
quod habetis. Id est doctrinam
apostolicam: et tantum diu susceptam
custodiant donec ueniat dominus:
Quod qui impleuerit. dabitur ei se
illi potestatem super gentes pro
mittit. et regnum ut regat illas
In uirga ferrea. et tamquam uas
figuli confringuntur: Apostatas
angelos significat qui dimiserunt
principatum suum: quod utique
in die iudicii iudicandi damnentur
et in tempore aeternum proiciantur in in
teritum sicut apostolus dicit:
Nescitis quoniam angelos iudicabimus.
et sic ait: Dabo ei potestatem sicut
ego accepi a patre meo: Inde arbitror
dixisse Iohannem in epistula sua quia
quum apparuerit similes illi erimus:
Et dabo illi stellam matutinam:
Id est dominum Ihesum Christum quem numquam
suscipit uesper. sed lux sempiterna est
et ipse semper in luce est: Et indicat
adhuc loqui eum ecclesiis. qui habet
septiformem dei spiritum. Id est in dominum Ihesum
Christum in quo sanctus unius eius dona que
substantie requiescit spiritus: Et in oculis
manu septem stelle sunt de quibus
iam supra diximus: Et de multorum
neglegentia in ista congregatione
Tyatyrensis dicit: In hac ecclesia esse
mulierem Iezabel. pro eo tamen dicit
pro quare effeminatam et muliebre
operum uidit: Omnis enim qui mol
liter uiuit. et actus earum facit.
non uir sed mulier: In scripturis sanctis
nuncupatur: Explicit ecclesia iiii:

INCIPIT ECCLESIA QUINTA
IN LIBRO SECUNDO

Angelo sardis ecclesie scribe:

hec dicit qui habet septem sps dei et septem stellas. Noui opera tua quia nomen habes quod uiuis et mortuus es. esto uigilans et confirma ceteros qui morituri erant. Non enim inueni opera tua plena quorum me. In mente ergo habe quomodo audisti et accepisti. et custodisti et penitentiam age. Quod si non uigilaberis. ueniam ad te sicut fur et non scis qua

...ra ueniam ad te. Set habes pauca nomina in sardis que non inquinauerunt uestimenta sua et ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. qui uicerit sic uestietur candida ueste. et non delebo nomen ipsius de libro uite. et confitebor nomen eius coram patre meo. et coram angelis eius. qui habet aures audiat quid sps dicat ecclesiis. EXPLICIT STORIA ecclesie V. IN LIBRO SECUNDO.



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE IN LIBRO SECUNDO.

Angelo sardis ecclesie scribe. hec dicit qui habet septem sps dei. et septem stellas.

Noui opera tua quia nomen habes quod uiuis. et mortuus es. esto uigilans et confirma ceteros qui morituri erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo meo. In mente ergo habe quomodo audisti et accepisti. et custodi et penitentiam age.

Compta pigros sacerdotes quos super
nominabimus qui nec ipsi uiuunt
nec populum sollicitant. Qui in le
ge domini uacat mente confidunt et
fidem actum inuentute custodi
unt. Nomine autem pristine
christianum. uel inuitum christianum
uiuere dicuntur. Sed mortui
sunt et propterea increpantur
ut euigilent et cetera in quibus
peccare potuerunt corroborent
unde admonet. In mente ergo
habe qualiter acceperis audieris
et docueris. et paenitentiam age.
Uta admonitorium est ad praticam
reducere doctrinam. et hoc quod
in babtismo fidei repromisit
praecipit custodire et uiuentibus
malis agere paenitentiam.
Nomen inquid habes quod uiuis.
et mortuus es. Non enim moritur.
nisi qui mortale crimen admise
rit. Non enim dicit confirma
que mortua erunt. nisi ei dicit
qui sacerdotio erat. et in officio
constitutus. et dum haec agit
peccat. et per peccatum moritur.
Non enim confirmare potest. qui
officium doctrinae amiserit.
Multi enim legunt. et ab ipsa
lectione ieiuni sunt. Multi
uocem praedicationis audiunt.
et post uocem uacui recedunt.
Quorum et si uenter commedat
uiscera non replentur. quia et si
mente intellectum sacri uerbi
percipiunt obliuiscendo et non
obseruando quae audierint. haec in
cordis uisceribus non reponunt.
Hinc enim est quod per prophetam
quosdam dominus increpat dicens.
Ponite corda uestra super uias uestras
seminastis multum. et intulistis
parum. Comedistis. et non estis
saturati. Bibistis. et non estis
inebriati. Multum corde suo
seminat. sed parum infert. qui
dum indicat celebribus ut legendo
uel etiam audiendo multa
cognoscit. Sed neglegenter operando
pauca fructificat. Commedit
et non saturatur. qui uerba dei
audiens lucra uel gloria saeculi concu
piscit. Bene enim non saturari
dicitur qui aliud commedit et
aliud esurit. Bibit et non inebri
atur qui ad uocem praedicationis
aurem inclinat. sed mentem non
mutat. Solet enim per ebrietatem
bibentium sensus mutari. Qui ergo
ad cognoscendum dei uerbum
deuotus est sed ea quae sunt huius
saeculi adipisci desiderat. bibit sed
ebriatus non est. Si enim ebriatus
esset mentem sine dubio mutasset.
Unde et dicit. Non enim inuenio
opera tua plena coram deo. Quod
si plena essent. celeriter quaerentia
eam infra nequaquam appareret.
Iam uana cunctatoria quae amaberat
non amiserat. De electis namque
per psalmistam dicitur. Inebriabuntur.

ab habitantibus domus eius. Quia autem
dei omnipotentis amore repleti sunt.
habitatio mentis sibi met ipsi
contraria esse videtur. Inpletur
quod scriptum est: qui vult post me
venire. abneget semet ipsum.
Semet ipsum abnegat. qui mutatur
ad meliora. et incipit esse quod non
erat. Saepe autem quosdam videmus
ad vocem praedicationis quasi ex con
versione conpungi et habitum
non animum mutasse. Ita ut
religiosam vestem summerent. sed
artae actae viam non calcarent. ire
saecularis inmunitate agitari.
Multique odorem in proximi laesione
fervescere. de operibus quibusdam
bonis ante humanos oculos superbire.
Praesentis mundi lucra inaniter quaerere.
Et de dolo contrarius habitu quem sumserunt.
scientes fiduciam habere. Bene ergo
dicitur: Non enim invenio opera tua
plena coram deo meo. Qui mortuus erat
iam a deo iudicatus erat. non solum
opera plena non habet. sed omnino
nihil habet. Certe mortuus erat unde
manifestatum est a multo episcopo vel sacer
dote in eius omnem partem redisse.
cui dictum est: Esto vigilans. et con
firma cetera quae mortua erant.
Non enim invenio opera tua plena
coram deo meo. In mente ergo habe
quomodo acceperis. et audisti. et age
paenitentiam. Hoc et de eodem semine
sancte dicit: Cui ille prae esse videatur
cui adhuc communicatur et dicit.

Quod si non vigilaveris. veniam ad te
quasi fur et nescies qua hora veniam
super te. Recitatur ad speciem
de servo malo qui dixit in corde suo
moram facit dominus meus venire.
Et veniet dominus eius hora qua nescit.
Tunc dividet eum. partemque eius
ponet cum hypocritas. Saepe iam
diximus in hoc servo omnium
episcoporum corpus esse. et per ipsos
episcopos omnia membra ecclesiae. quod
sunt populi unum corpus nominari.
Et dicitur in ecclesia talem dictum
est. Unus homo et huius capitis
oculi est episcopus et huius corporis
manus est presbyter et huius corporis
pes est diaconus. Et quid faciet
iste homo nisi omnes sensus in
capite portet. Ita ut oculis videat.
Id est praeterita recordare. praesentia
ordinare. et semper futura prae
videat. Et oculos sacramentorum
dei legis et evangelii intellectus
investiget. Auribus audiat.
et quod audierit manibus faciat.
Naribus odoret. ut sciat quod
odoribus amplectat. aut quid
fetoris respuat. Ore loquatur
quod per os eius sensus sub erum
secretum esse cognoverit. corde
credat quod locutus fuerit. manibus
operetur quod crediderit. pedibus
discurrat. quod per manibus facere
studuerit. Et cum haec fecerit.
totus homo cum multa membra
videtur perferre fructum.

Tamen si inter omnia membra caput sanum habuerit. faciat quod voluerit. Nam si fuerit caput infirmum et oculus sine pupilla. et auricula sine auditu. et narus sine odoratu. et lingua sine sermone. et cor sine intellectu. et manus sine operatione. et pes sine gressu. quid faciat alius homo. qui nec sibi nec aliis faciat profectum. Si fuerit episcopus neglegens. oculus erit sine pupilla huius capitis.

Si habuerit clerum neglegentem. idest cellae suae ministros. auricula erit sine auditu. Si neglegentias peccatorum sub se positorum non emendaverit narus erit sine odoratu. Si legem et evangelium non adnuntiaverit. vel fecerit. lingua erit sine sermone.

Si quod scriptum est intellegendum erit aliter quam intellegere opus erit intellexerit. cor erit sine intellectu.

Si sacerdotes indoctos vel minus instructos. aut neofitos ordinaverit. manus erit sine operatione.

Si diacones neglegentes ordinaverit. pes erit sine discursione. quid de ceteris membris profectus poterit esse in his membris intellege. Aut si forte dicit episcope ego sanctus sum. religiosus sum. nullum crimen capitalem commisi. utinam me potuissem salvare. quid mihi cura de aliis. respondeo ad haec.

Nonne cum rege vis convivare. nonne ad cenam nuptiarum agni invitatus es. Si vestimenta sordida habueris. non poteris cum rege in una mensa manducare.

Idest si sacerdotes sordidos habueris non poteris cum rege uno convibio epulare. Aut forte dicis episcope ego religiosorum vitam facio. de ceteris quales sint non est meum iudicare. Respondeo ad haec.

Nonne ut diximus. ad cenam invitatus es. non poteris cum rege uno lecto quiescere. si pedes sordidos habueris. idest si diacones diocensis tui. vel presbiteros neglegentes et sordidos habueris licet tu sanctus in opere [illegible] sed pro commisso rege damna patieris. Damus et aliud exemplum.

Quid faciat iste homo quem diximus si hiemis tempore aut glaciali frigore et nivis inundatione comprimitur in medio itinere. Solet in deserta sustacuna excursorium habere quem vulgo focilem nuncupant.

Habet et silicem aut quem percutiat ipso ferro. habeat et cum in quo scintillis micantibus ipse ignis accendatur. Concidat ligna. faciat instruem. et subponatur ipse ignis et quam ardere ceperit. advenis partibus unum post alium catervatim veniunt. qui se calefacere cupiunt et omnes ab ipso igne titiones accipiunt et suos sibi focos facere disponunt. et quam inmanissimus sit exercitus. et vivunt in nive cum igne qui accenditur qui sine

Igne mori potuerunt. ecce sicut
scriptura diuina. In lege ignis sps
latet. sicut in petra silice.
Et ne forte aliquis calumniosus
dicat petram silicem legi conparas.
Audi per ezechielum prophetam iudeum
a dno increpantem. Fili hominis
mitto te ad gentem apostatricem
que recesserunt a me. quorum
dedi durum faciem uelut silicem
et uelut adamantem. quid in facie
nisi cognitio. quid durum faciem
nisi legem ubi sps scs latebat.
In quo se cognoscere potuerunt.
Quid in ferro percussorii. nisi euange
lium possumus accipere. de quo
dns per hunc iohannem sequentibus
me et uincentibus dicit.
Qui seruauerit opera mea usque ad
finem dabo ei potestatem super
gentes. et reget eas in uirga ferrea.
et tamquam uasis figuli comminuuntur.
sicut ego accepi a patre meo.
quid facit silex sine percussorio.
quid facit lex sine euangelium.
Nonne frigidum. Nonne gelum.
de quo gelo dns ait. Quia habun
dauit iniquitas refrigescit
caritas multorum. Est uero
in quo ipse ignis sps sci ab his duabus
percutitur. et ab hunc et in
cenditur. homo est ubi ignis sps
sci permanens recte quod sacerdotem
nuncupamus per legem et euangelium.
hunc ignem ardere faciunt de quo
igne dns dicit. Ignem ueni mittere
in terram. et quem uolo ut ardeat.
ecce dns uult eum ardere. sed oculus
sine pupilla non uidet per silicem
legis et ferrum euangelii. et sicut
corporis in manu copulare. et
manus arida non ...
ualet comprehendere et ignem
latentem lucere scintillarum
predicationis nullo ... percutere
neque ignem sps scs accendere.
neque falce predicationis ligna
uel spinas peccatorum incidere
ut cremata et moriantur cuncti
sine hunc ignem tempore iam
satis sciti. qui cum hoc igne ardere
potuerunt perpetui. Iste est homo
quem in hoc libro dicit et replicat.
inculcat et reuelat. Iste est
seruus ...
dni sui et non facit. Iste est qui
accepit talentum. id est uerbum
predicationis abscondit in terra
id est in terrena lucra. Iste est seruus
qui dicit in corde suo moram
facit dns meus uenire subito ueniet
dns eius qua nescit. Tunc diuidet
eum partem eius ponet cum ypo
critis. Non quod perpetuet eum
diuidet sed integrum segreget a sanctis.
Quid deo tantum dicat. Audi et
a me. et quid dicat ministris
pube. Sic ait. Ligate illi manus
et pedes. id est cum suos presbiteros.
diacones. uel populo qui eum imitati
sunt mittite in tenebras exteriores.
Ibi erit fletus et stridor dentium.

De quibus tenebris per semet Iob dicitur. Terra miseriae et tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet. Tenebrae ad caecitatem. Et ergo quae a conspectu districti iudicis expulsos tenet. miseriae et tenebrarum terra perhibetur quia foris dolor cruciat quos divisos a vero lumine intus caecitas obscurat. Quamuis miseriae et tenebrarum terra intellegi et aliter possit. Nam haec quoque terra in qua nascimur. est quidem miseriae sed tenebrarum non est quia multa hic corruptionis nostrae mala patimur. Sed tamen adhuc per studium conversionem ad lucem redimus veritate suadente quae ait. Ambulate dum lucem habetis. ne tenebrae vos conprehendant. Illa vero simul miseriae et tenebrarum terra est. quia quisquis ad tolerandum eius mala descenderit. nequaquam ulterius ad lucem redit. In cuius adhuc descriptione subiungitur. Ubi umbra mortis. et nullus ordo. Sicut mors exterior ab anima dividit. ita mors interior a deo separat animam. Umbra ergo mortis est obscuritas divisionis. quia damnatus quisquis cum aeterno igne succenditur. ab interno lumine tenebratur. Natura ergo ignis est ut ex se ipso et lucem exhibeat. et concremationem. Sed transactorum illa ultrix flamma

uitiorum concremationem habet. et lumen non habet. Hinc est enim quod reprobis veritas dicit. Discedite a me maledicti in ignem aeternum. qui praeparatus est diabolo et angelis eius. Quo rursus omnium corpus in unum personam significans dicit. Ligatis ei manibus et pedibus. mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuisset. his qui repellitur nequaquam mitti in tenebris diceretur. quia quos gehennae flamma devorat. a visione veri luminis caecat. ut et foris eos dolor combustionis cruciet et intus poena caecitatis obscuret. quatenus qui auctori suo corpore et corde deliquerunt. simul corpore et corde puniantur. et utrobique poenas sentiant qui dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. Unde recte per paulum dicit. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Cum animis ergo ad infernum descendere est. cum ipsis membris quibus desideria voluptatibus expleverunt. extremi iudicii tormenta tolerare. Ut tunc eos undique dolor absorbeat qui nunc suis delectationibus subditi undique contra iustitiam iusti iudicantis pugnant. Reuertatur ad eum quam saepe nunc increpans ait. In mente ergo habe quomodo acceperis

et audisti. Custodi et age paenitentiam
et uigila. Quod si non uigila
ueris. ueniam ad te tamquam fur.
et nescies qua hora ueniam ad te.
Subitum dei iudicium est secretum
aduenientis horam. Et tamen quia
nullus intellegit. nec in tantum miseros
pietas punit. sed e contrario conso
latur dicens. Habes pauca nomina
in sardis qui non inquinauerunt
uestimenta sua. et ambulabunt
mecum quia digni sunt.
Omnis ergo qui non inquinatur
sorde peccati cum domino ambulat
in albis et dignus efficitur ut agni
uestigia prosequatur. Nec deletur
nomen eius de libro uitae. Sed confi
tebitur ipse eum coram patre suo
qui est in caelis et coram angelis eius.
Magna laus paucorum inter multos
inquinatos inuentae munditiam.
Neque enim ualde laudabile est
bonum esse cum bonis. sed bonum
esse cum malis. Sicut enim grauio
ris culpae est inter bonos bonum
non esse. ita magne uirtutis est
bonum etiam inter malos extitisse.
Hinc est quod beatus Iob dixit.
Frater fui draconum. et socius strutionum.
Hinc et ad ezechiel dictum est.
Increduli et subuersores sunt
tecum. et cum scorpionibus habitas.
Nobis consolationis medicamentum
profertur quod sepe aliter uiuere
dum nolumus cum malis habitare.
Querimus enim quia non omnes boni
sunt qui nobiscum uiuant.
Mala proximorum ferre nolumus.
Omnes sanctos iam debere esse decernimus
dum esse nolumus quod a proximis
portamus. Sed hac in re luce
clarius patet. dum malos portare
non nobimus. quia multum adhuc
ipsi de bono minus habemus.
Nemo est bonus. nisi qui nobit
tolerare malos. Nam sicut
supra diximus Iob dicebat.
Frater fui draconum. et socius strutionum.
Quid per draconum nomen nisi malorum
hominum uita signatur. de quibus
per prophetam dicitur. Traxerunt
uentum quasi dracones etiam.
quam maliciose superbiae inflantur.
Quid autem strutionum appellatione
intellegi. nisi simulatores solent.
Instrutio enim pinnas habet. et
uolatum non habet. quia simu
latores quoque speciem sanctitatis
habent sed uirtutem sanctitatis non
habent. Uisio quippe eos bone
actionis decorat sed uitam
minime pinna uirtutis eleuat.
Hinc paulus apostolus discipulis dicit.
In medio nationis prauae et peruersae.
inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo. uerbum uitae continentes.
Hinc petrus beatum Ioth glorificat
dicens. Et iustum Ioth oppressum
a nefandorum iniuria conuersatione
non ereptum fuisse. Aspectu enim
et auditu iustus erat habitans
apud eos qui de die in diem animam

lust et iniquis operibus cruciabunt.
Hinc per iohannem hunc angelus
pergami ecclesiae admonetur dicens.
Scio ubi habitas ubi sedes est satha
ne et tenes nomen meum et non
negasti fidem meum. Saepe vero
quam delicta proximorum con
queri vitae querellam habemus
mutare locum volumus. et secre
tum vitae sanctimoniae eligere
contamus habitaculum. videlicet
ignorantes quasi non fuerit
ibi spiritus sanctus non adiuvat locus.
His dem enim loth. de quo loquimur
in sodomis sanctus extitit. in monte
peccavit. qui autem locum tegui
sunt et mentem non custodiunt
ipsum humani generis primum
parentem intellegunt. et ipsum
etiam habeant qui in paradiso
cecidit. Sed haec minus sunt
omnia quae loquimur de terra.
Nam si locus salvare potuisset.
satan de caelo non caderet.
Unde psalmista ubique temptationes
in hoc mundo esse conspiciens.
quaerebat locum quo fugeret sed
sine deo non potuit munitum
locum invenire. Et qua re. et
ipsum sibi locum petiit propter quem
locum quaerebat dicens. Esto mihi
in deum protectorem et in locum
munitum ut salvum me facias.
Tolerandi ergo ubique sunt proximi.
quia abel fieri non valet quem
nequam aliquem cumque possit
evitari. quem cain malitia non
exercet. Unum vero est pro quo
vitari malorum societas devitanda.
nisi forte corrigi non valent
ad imitationem trahunt. et quam
ipsi sua malitia non mutantur
eos qui sibi coniuncti fuerint sub
vertunt. Unde paulus ait.
Corrumpunt mores bonos conloquia
mala. Sed sicut per salomonem
dicitur. Noli esse amicus homini
iracundo. nec ambules cum viro
furioso. Ne forte discas semitas eius.
et sumas scandalum animae tuae.
Sicut ergo perfecti viri perversos
proximos non debent fugere. quia
et eos proximos quos debent saepe
ad rectitudinem trahunt. et ipsi
ad perversitatem numquam trahuntur.
Ita infirmi quique societatem debent
declinare malorum. ne mala quae
frequenter aspiciunt. et corrigere
non valent. delectentur imitari.
Sic enim verba proximorum audiendo
cordis sumimus in mente.
sicut flando atque respirando aerem
trahimus corpore. et sicut malus
aer assidue flatu tractus inficit
corpus. ita perversa locutio assidue
audita. infirmantium inficit
animum. Ut autem sit dilectioni
pravi operis assidua iniquitas
sermonis. Notandum vero est.
quia ut dominus ait. multi sunt vocati.
sed pauci electi. et pusillus est
grex cui promisit dare hereditatem.

Proinde ergo dicit : habes pauca nomina in sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua . sed ambulaverunt mecum in albis quia digni sunt . a quorum habitu et alios provocat dicens :

Qui vicerit sic vestietur candidis vestem .

An nesciebant pauci sancti esse sui habere in medio inquinatorum multitudinem . et appareret ipsi inmaculati esse potuerunt .

Sancti enim esse non possunt nisi gementes . et merentes propter iniquitates que fiunt in medio ipsorum sepulchrum nequaquam in celeratibus et quantum malum vident . tantum malorum afflictionem penitentieque habent . et qui non habent . non sunt sancti . possunt et mali fratres non videre lucidos propter similitudinem professionis que quasi unanimiter tenent et equalem virtutem . meritum afflictionis penitentieque non habent . et quum eos vident in uno religionis habitu suos similes arbitrantur . quod nullius vere lucistatis insignibus prefulgent . et sine testimonio vivere . dum lucidum nomen putant . et ubi est quod ipsi dicunt . gravis est nobis etiam ad videndum . et non delebo nomen eius de libro vite . et confitebor nomen eius coram patre meo et quorum angelis eius .

Qui habet aurem audiat . quid spiritus dicat ecclesiis :

EXPLICIT ECCLESIA QUINTA IN LIBRO SECUNDO .

INCIPIT ECCLESIA SEXTA IN LIBRO SECUNDO :

Angelo filadelfie ecclesie scribe . Hec dicit sanctus et verus qui habet clavem David . qui aperit et nemo cludit . et cludit et nemo aperit .

Ecce dedi ante te ostium apertum . scio quia modicum habes virtutem et servasti verbum meum . et non negasti nomen meum . Ecce do de sinagoga satane qui se dicunt iudeos esse et non sunt . sed mentiuntur . ecce faciam illos ut veniant et adorent ante pedes tuos . et cognoscant quia ego dilexi te .

Quoniam servasti verbum patientie mee et ego te servabo ab hora temptationis que ventura est in universum orbem temptare habitantes in terra .

Ego venio cito . Tene quod habes . ne alius accipiat coronam tuam . Qui vicerit faciam illum columnam in templo dei mei et foras amplius non exiet .

Et scribam super illum nomen dei mei . et nomen civitatis nove hierusalem descendentis de celo . a deo meo . qui habet aurem audiat .

quid sps dicit ecclesiis : . EXPLICIT STORIE ECCLIE SEXTE .



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE ECCLIE

IN LIBRO SECUNDO

Angelo filadelfie ecclesie scribe : hec dicit scs et verus qui habet clavem dd . qui aperit et nemo claudit et qui claudit et nemo aperit .

David latino eloquio fortis manu interpretatur . utique quia fortissimus in prelio fuit . Ipse et desiderabilis interpretatur scilicet sui . de quo predixerat propheta : veniet desideratus cunctis gentibus . Id est ihs xps interpretatur : qui habet clavem dd . cuncta legis et prophetarum misteria que signata et clausa latebant sub litterarum occidentem . aperuit et in intellegere facit ecclesie sue spu vivificante . quia nisi xps veniret . nemo erat qui clausa aperiret . et habet clavem dd . Id est regiam potestatem quam habet super tectum suum .

Manifestum est quod suis pulsantibus aperit . et ypocritis . Id est simulatoribus vite limen claudit . pulsantibus et dicentibus . dne aperi nobis . quibus dicit . Nescio vos unde estis . discedite a me operarii iniquitatis . Suis vero sanctis dicit . Petite et dabitur vobis . Querite et invenietis pulsate

et aperietur uobis. Quid est petere
nisi in sancta matre ecclesia toto corde.
et tota anima et tota fortitu
dine. in sancta deuotione dominum
diligere. et sine intermissione orare.
hoc est dominum petere. Et quid est quaerere
nisi omni ora bonum cogitare.
et cogitationes noxias iudicialis
toto corde euellere. hoc est dominum
quaerere. Et quid est pulsare. nisi
semper manibus bona operare.
et proximum sicut se ipsum diligere
et inimicum propter dominum amare. et omnes
iniurias pacienter ferre. et si quis
tibi aliquid abstulerit tantum lucri
facias supra quam aulit amicum.
non dubites addere ei et pallium.
hinc dominus in euangelio ait. Si eos
diligitis qui uos diligunt. quam
mercedem inde habetis. Nonne
et gentiles hoc faciunt. Sed si ipsum
diligis qui te odio habet haec est uere
merces apud dominum ut propheta ait.
Cum his qui oderunt pacem eram
pacificus. haec est proprie animam
ponere pro fratre. Hinc per salomonem
dicitur. Fortis est dilectio sicut
mors. Et non solum diligamus
sed et cum de lucro nostro adque conpen
dio aliquid ei offeramus qualiter
cum eis fideliter amicitiae uerbum
confortationis habeamus. qualiter
cum in membris domini ista secreta con
iungere ualeamus. hinc iacobus ait.
Fratres mei si quis ex uobis errauerit a ue
ritate et conuerterit aliquis eum.

scire debet quoniam qui conuerti
fecerit peccatorem ab errore uiae suae.
saluat animam eius a morte. et
operit suorum multitudinem
peccatorum. Et super haec ut pratico
more pulsare est. manibus nostris
propriis operare et nullum grauare.
egentis propria tribuere. et alienum
non quaerere. Quia quamuis omnem
censum nostrum in pauperes distribuamus.
nihil apud dominum erit pretiosius.
nihil est eum carius nisi quod manibus
nostris laborauerimus. confecerimus.
praeparauerimus. et danda apposuerimus.
sicut apostolus dicit. qui non uult
laborare. non manducet. haec
proprie pulsare quae dicitur repromittit
aperire. Laborantibus enim dominus
refectionem repromisit quam non
in hoc seculo sed in futuro sine dubio
dabit. Sicut ait. Venite ad me
omnes qui laboratis et honerati
estis. et ego uos reficiam.
Otiosis uero et pigris dicendum est.
Recepistis mercedem uestram. quia
esuriui. et non dedistis mihi et cetera.
Propter eos discedite a me operarii
iniquitatis. Scis uero suis dicit.
Ecce dedi ante te ostium apertum.
Ante prelipta. qui aperit et nemo
claudit. tamquam si diceret.
Ostium quod ego aperio ecclesiae
nemo contra me in toto mundo
aliquando uel minimum sanctorum.
uel in parte aliquam a me excludere.
Et ostium quod semel aperui. aliquis

hereticorum porta et claudere.
Tamen si petitoria. et quietoria. et
pulsatoria. faciam quem repromisi.
Et quia sine deo non possumus esse.
nec uiuere. nec laborare. tamen
precepit dns seruo laboranti.
spinas diuitiarum incidere. et
radices uitiorum eradicare. et
peccatorum saxa foras domum
in agro spargere. et semen boni
operis in agro culto seminare.
et sepe fidei claudere. et solet
saxator post hec secure dormire.
et illut semen germinare radices
et folias mittere. et die et nocte
a pluuia et sole indesinenter crescere.
Solet et aliquando iuxta arborum semina
ida zizania quem malus homo
dormiente saxatori seminat.
Sed cum dispertit saxator exurge
quare obdormis dne. ingressus
in agro corporis uitia euellet
quod magnum est. Quod uero
minimum non attingit. quia
messem opprimere non prospicit.
Ita est ecclesia. laborat. et dns
pluuiam preceptorum suorum tribuet.
et a locustas demoniorum excludit.
Et uentus potestates eius uolare
facit. et temperat procellas.
malorum hominum sedare facit
et aprum de silua principem terrenu
malignum effugare facit et
messem suam quem cum laborat
non dicit habere communem.
tuetur cotidie et defendit.

Ita ecclesia est que ante susceptos
homines et post. quia humiles insecto
sunt. et scripturas ignorant.
sed tamen fidem immobilem tenent.
Nec omnino ullo casu tamen facti
temptantur a fide. ideo ista ad illos.
Ecce dedi in te ostium apertum et cetera.
Quoniam seruasti uerbum patientiae meae.
In tantum paruis uiribus et ego te
seruabo ab hora temptationis.
Istius modi sciunt hii tales ingetu
q̄tum suum. et quia simplices
et humiles sunt. et tamen ne malitio-
se temptando lacerent inde dns
nec parum quidem in temptatione
eos tradi permittit. Ita est
ecclesia quam sibi dns gratuitam
miseratione sine alicuius doctrina
uel filosofiam eligere facit.
Et quia supra dictas ecclesias
singillatim pro sacerdotes increpat.
hunc uero ecclesiam ipse pastor
celestis gubernat. I

.II

In prima ecclesia ephesi. falsos apostolos
et desertam caritatis imputatur.

In angelo zmirne ecclesie. falsos fratres qui
se dicunt religiosi esse et non sunt.
sed in unitate xpi membris tum corpo-
ralibus inueniuntur increpat.

.III

In angelo pergami ecclesie. falsos religio-
sos et idolorum genus. et nicolaitas
eorum doctrina reprehendit.

.IIII

Tertium apud angelum. et tiatirinos
zezabel prophetissa. et simulacris
esse idola similitudinem
ecclesie

VI In angelo sardis ecclesie. episcopos increpat qui nomen habent uiuentium et mortui sunt. Ipsis quasi uno corpori commemoratis dicit. In mente habe quomodo audisti et accepisti.

VII In angelo filadelfie. quod latino eloquio interpretatur saluans hereditatem domino. eo quod simplicitatem rustica. et fide recta inuiolabile se deuotionis obseruatione custodit. Et quia sine deo et cum uiribus nulla uirtus est. Ipse est qui pugnat pro nobis. et uincit pro nobis. Et quum quum ille hoc faciat. factu tamen sue ecclesie adscribit. et inbecillitatem perspiciens dicit. Scio quia modicam habes uirtutem et seruasti uerbum meum et non negasti nomen meum.

Supra dixerat. ecce dedi coram te ostium apertum. euangelicam fidem. et apostolicos sermones quod nemo potest claudere. quia modicam habes uirtutem. Sciens humanam fragilitatem misericors dominus dicit. Sic tibi ianuam scientie et fidei archana patefecit. ut propter exiguitatem que tibi aperta sunt conuulleretur. et seruasti uerbum meum. et non negasti nomen meum. Et quia iam supra beneficii sui asseruerat potestatem dominus etiam gratiam quam dedit. ipsius operi adsignat. eo quod per conlatum sibi a domino munus. seruus fidem seruauerit nec nomen negauerit sempiternum.

Modicum inquid habes uirtutem. Lucis est protegentis dei et tamen deuotionis ecclesie. Quod dicit modice uirtuti aperuit ostium uincendi et quod modica uirtus fidei roboratur. Non enim uirtus requirenda est. sed fides. Neque enim una mulier Iudit olofernem per uirtutem occidit. sed per fidem.

Nec credendum est ut ualentissimus sexus tempore manu propria gladium eruciducere persecutorem ecclesie et horum cunctos expugnare. Non fuit hoc feminitatis audacia. sed constantie uirilitatis fiducia. Filii quoque israhel cui tanta mirabilia uirtutes patuerunt dederunt fiducia dubii tamen diuersis cladibus oppressi perierunt in heremo manna manducando. uel serpentibus. interempti sunt. et cum igne et gladio.

Murmurando et diffidendo non solum terram repromissionis non introierunt. sed celestia regna perpetuum perdiderunt.

Multi enim de egypto liberati sunt exeunt et in heremi angusto calle ingrediuntur. et manna celestis gratie scripturarum secreta penetrantur sed uiam celestis repromissionis minime inueniunt. sed solum simplices et rustici et recto corde. et cum

si fuerint litterati. non possunt
repperiri uiam. nisi apostolos
rusticos fuerint imitati. Non
uocauit ds grammaticos filosophos
aut oratores primitus in aposto
latu. sed simplices pauperes et
piscatores. Numquam potuit
nullus philosophorum dicere. aut
xps filius dei uiui. Numquam
potuit. dēnos ānes cicero. aut
cato philosophus dicere In principio
erat uerbum. et uerbum erat apud
dm. Ecce probamus petrum et
iohannem non filosofos. sed rusti
cos idiotas apostolos. Petrus
callosa manu simpliciter filium
dei praedicando uenit in roma.

Ipsum adnuntiauit imperatorem.
et romani populi conditorem. quem
uirgo peperit. non romulum.
quem lupa nutriuit. Ecce non
filosofi uerbum impleuit mundum.
sed petri rustici qui confitetur
hominem dei filium. Illius quippe
gloriosissimum corpus romana
urbe requiescit in tumulo sed
lingua tota claret in mundo.

Et si loculo retinetur in corpore.
beneficiis tamen patet ubique.

Ad eius sepulcrum adorandum
cum deuotione uenit imperator
pedes osculans rustici. Coronam
deponit de capite. Cuius uirtus
erat haec. nisi eius quem credidit
plena fide. et praedicauit plena
deuotione. Ecce patet quia dns

infirma mundi elegit ut confun
deret fortia. Stulta mundi
elegit. ut confunderet mundi
sapientes. Paupertatem et rusticita
tem mundi elegit. ut confunderet
superbos diuites. Neque enim dns
humiles sciti sapientes. aut humiles
sciti fortes aut diuites sciti reprobat
et potentes quam et ipse sit sapiens
et fortis et potens. sed solum ut
diximus. superbos et dm ignorantes.
et in suis diuitibus spem habentes.

Ecce multi iusti cum diuitiis deo
placuerunt. Abraham testatur
dicens. Loquar ad dnm meum cum sim
pulbis et cinis. Non impediunt
diuitiae neque sapientia. ubi habun
dat humilitas. Aliter peccat iustus.
aliter peccator. aut iniquus. Aliter
cadit iustus. et aliter iniquus.

Scriptum est enim. Septies cadit
iustus et resurgit. sed non autem
admittit peccatum. ut iustus esse
desinat. Sed subtilem risum. aut
sine contumelio iocum. Aut
certe cogitatum. quod non con
uenit cogitare. Iste talis et
peccare dicitur. et tamen iustus
ueraciter appellatur. Non enim
sic cadit ut iustus non sit. quia
scriptum est. Dum ceciderit iustus
non conturbabitur quoniam dns con
firmat manus eius. Adest ergo dns
et quum cadentem iustum. quia non sic

peccat. ut a dns ab eo discedat.
Habet enim concupiscentiam.

ex infirmitate carnis . sed concu
piscentiae non consentit firmitatis
uirtute gratiae spiritalis . Ipsa con
cupiscentia est lex peccati . etiam
in membris contrahit sanctorum .
A qua tamen . iustos suos liberat
gratia dei per ihm xpm dnm nrm .
Quia propter ea peccata nostra portauit
in corpore suo super lignum . ut a pec
catis nostris separati cum iustitia
uiuamus . Quam ergo cotidie iustus
debeat contrahere . Sed alia sunt
debita iusti que possint in cotidia
na oratione dimitti . quando
ueraciter dicit . dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debito
ribus nostris . Peccata enim sanctorum
sunt ex necessitate infirmitatis .
Peccata iniquorum sunt ex inclina
tione pessime uoluptatis .
In illis sic peccata repperiuntur exortus .
ut non subsequatur effectus .
Quia etsi per infirmitatem initium
nascitur . per dei gratiam superatur .
Illo enim gratie priuatos auxilio pre
cipitat . multa uoluptatis quos
duxit praua cupiditatis .
Ideo culpe sanctorum peccata dicuntur
esse non crimina . Pro quibus sic
compungantur a patre ut non
condempnentur a iudice . Que
tamen correptio pertinet ad iudi
cium sed paternum . Quod deus filios
suos misericorditer et iudicat et
flagellat . ut eos a supplicio sempi
terne damnationis eripiat .

Hoc beatus apostolus ait . Si nos
met ipsos iudicaremus . non utique
iudicaremur . Dum iudicamur
autem a domino corripimur . ut non
cum hoc mundo damnemur .
Peccata ergo iniquorum . tribus
modis fiunt . Aut sacrilegiis .
aut flagitiis . aut facinoribus .
Sacrilegia admittit . qui de deo
recte non sentit . et a uera fide .
siue amore temporalium lucrorum
siue cordis cecitate uel peruersitate
discedunt . In flagitiis uero peccat .
qui inmoderate et turpiter uiuit .
In facinoribus peccat . qui alium
aut damnis aut quibuslibet
oppressionibus crudeliter ledit .
Dum enim peccent sancti . si in quolibet
peccato humana infirmitate
cadunt . ut nec deuotam fide penitus
contradicunt nec se ipsum in aliquo
peccatum polluit nec proximum
ledit . sequamur apostolum dicentem .
Iuste . sobrie . et pie uiuamus in hoc
seculo . et alio loco dicit . Non plus
sapere quam oportet sapere . sed
sapere ad sobrietatem . Uerum tamen
in hac triplici diuisione . iuste .
sobrie . et pie uiuamus . Uidetur
mihi quia ille sobrie uiuit qui non
sequitur delectamenta luxurie .
Iuste uiuit . qui proximum nullatenus
ledit . sed ei beneficia in quantum
ualet impendit . Pie uiuit . quia
societate ecclesiastice unitatis
nulla ratione discedit . etiam

pectu positus estque certissime
nota ad scientiam uere fidei per
tinere indubitanter asserta.
Illa uero que ignota. uel de quibus
dubitat et intellegere in scripturis
non ualet humiliter accipiat et
scrutando et relegendo perquirat.
Donec si quid aliter sapit deo
sibi reuelante cognoscat. Haec autem
sobrietas. iustitia. pietas
que cunctas habent inesse fidelibus
ita sibi iuncte sunt. ut si
una earum non fuerit. aliqua
uideatur esse nullatenus possit.
Neque enim ualebit sobrietas quam
quisque affligit. id est peccatis
in se ipso ubi tamen. nisi pia. et iusta
fuerit. id est ualidum recte credat.
et quod caritas possit proximo
libenter impendat. Nec iusta uera
iustitia erit. quia unusquisque
hoc impendit proximo quod sibi
delectatur impendi ut fieri.
sobria. pia. non fuerit.
Pietas quoque mortua erit. quia
recte in deum uel in unitate ecclesie
credit si castitas uel proximi
caritas non asseratur. Tunc igitur
anime uera salus adquiritur.
si pietas in fide. et iustitia in
caritate. et sobrietas in castitate
ac humanitate asseuatur.
Et ut breuiter in eo pectum quid
obseruetur edoceam. ut aliquid
in ipso usu adtendant conuersatio
nis humane. unde facilius

summum exemplum. ut plene in
telligat. Sic accipiant baptizati
omnium hominum animas sicut
mulier coniugio copulatur.
Nam et prius coniugii magnum
sacramentum in christo et in ecclesia
commendat apostolus. Sic est ergo
que libet anima fideliter coniuncta
christo. sicut uxor uiuens fideliter
cum marito. que in ipsa coniugii
castitate animum quidem uiri sui
aliquotiens contristat. sed lectuli
fidem puram castitate conseruat.
et mariti substantiam prudenter.
et in pauperes dispensat. ac per hoc
et peccat marito. et uiuit tamen
caste ac fideliter cum marito.
Et quam facit humana infirmitas
aliquando aput maritum
delinquere. coniugalis castitas
facit marito dulciter iungere.
Illa uero mulier que siue de domo
mariti egressa. siue in eodem
mariti habitaculo constituta.
adulterio mixta fuerit. substan
tiam uiri disperderit. non uenia
iudicatur digna. sed mortifero
reatu asseritur criminosa.
Sic est anima que diabolo consen
tiens. ut infidelitate. sub uertatur.
ut deum recte non credat. ut
criminibus implicetur. si delec
tamentis luxurie sectatur ut
in iustitia facit si proximum ledit.
ut auaritiam asset. si egenti
bene non facit. ut impie uiuit.

et habitatore secte discedat ut
cum libera superatum faciat. de talibus
dicit apostolus: Quia neque fornicarii.
neque idolis servientes. neque adulteri.
neque molles. neque masculorum
concubitores. neque fures. neque avari.
neque ebriosi. neque malefici. neque
rapaces. regnum dei possidebunt.
Hec omnia crimina dicuntur
et peccata. Iustorum vero delicta.
peccata dicuntur non crimina.
Peccatum in opere perpetratur.
cum dicitur ut a subalterni criminum
ut sine contumelia locum. ut
pro disciplina cura rei familiarum
sine qua non potest homo vivere.
et vel unius diei spatio sine
peccato esse. Iohanne apostolo
adtestante: Si diximus quia
peccatum non habemus. nos ipsos
seducimus. Delictum vero est.
solum in prava cogitatione
quod forte nec verbo nec facto
compleatur in opere. Unde et apostolus
ait: Si iustus quidem vix salvus
fiet. peccator et impius ubi
parebit. De inde sequitur pro
inimicos ecclesie deuincendos. et
dicit: Ecce dabo synagoga satane.
qui se dicunt iudeos esse. et non sunt
sed mentiuntur. Ecce faciam illos
ut veniant et adorent ante pedes tuos.
et cognoscant quia ego dilexi te.
Omnes igitur inimicos ecclesie catholice
vel hostes a catholica iudicandos
narrat ecclesia. sicut apostolus dicit.

In regeneratione quum venerit
filius hominis. tunc et vos
sedebitis super duodecim thronos
iudicantes duodecim tribus israhel.
Tunc veniunt profecto qui se dicunt
iudeos. id est religiosos esse et non sunt.
et adorabunt ante pedes ecclesie
et cognoscent quoniam dominus dilexit eam.
Hoc omni ecclesie tunc in futurum
promisit quando eam ex omni
natione in unum congregaverit.
quia non filadelfie ecclesie tantum
crediderunt. et synagoga iudeorum
sed et cetere ecclesie. Secundo smyrne
ecclesie ait: Blasfemaris ab his
qui se dicunt iudeos esse et non
sunt. Non tamen promisit
venturos eos et adoraturos ante
pedes corporis christi. Quod hec
in futuro factum credimus esse.
Quum vis et in hoc secto omnes ad
penitentiam ante pedes ecclesie
supplices veniunt. tamen futurum
intellegendum est. Sexto vero
angelo qui est ante septimum
promisit. quod ceteris supra dictis
angelis. id est ecclesiis sine promissione
concedebat quia non solum
unum ecclesiam expectat dominus ad
penitentiam. sed totas septem
quum sit per universum mundum
una ecclesia. Siquid enim pro
venerit uni membro. omne corpus
consentit et adolet. Quoniam servasti
verbum patientie mee. et ego te
servabo ab hora temptationis que

uentura est in uniuersum orbem
temptare habitantes in terra.

Ecce manifestissime declarabit.
non se tantum presentibus. sed
etiam futuris sectis loqui. et in
nouissimo tempore tuum se pro
mittat gentium seruaturum.
quando uentura antixpi humani
generis inimicus temptare habitantes
super terram. ne turbentur in temp
tatione qui futuri sunt. Sicut
tunc non filadelfia sola seruata
est. licet soli promiserit. ita
et nunc. Nam si sola filadelfia.
tota nunc africa uerbum patientie
dei seruabit. quid post ea in totum
orbem promittat. temptationem
uenturam. Aperte dicimus quia
non est in toto orbe quem temptetur
preter gentem. et hoc quod filadelfie
dicit. omni genti dicit. et qui
sua gente est tutelam protectionis
cotidie promittat dicens.

Seruabo te ab hora temptationis
que uentura est in uniuersum
mundum. Sicut enim in africa
futurum est. ita fieri oportet
in toto mundo reuelari antixpm.

Sicut et nobis scriptura reuelatum
est. et hoc esse nouissime perse
cutionis genus eo tempore quando
uentura antixpi. Nihilque aliud
fieri. nisi pressura qualis non fuit
ab initio. et eodem modo a gente
ubique antixpi separari.

Quod etiam et habet in parte superatis
est. et adorandum dandum est nouissi
mis certaminis modum. Nam
modo semper antixpi a gente
superatur. Non enim ut aliqui
putant. antixpm uno in loco
esse gentium persecuturum. cum dicat
quia ubique antixpi sunt. Antixpi
nefaria nouissimus in toto mundo
regnaturus. qui se dicebit deum
idest xpm. modo uero occultus
antixpi est in gente. quia adhuc
aperte non habet potestatem ducatum.

Tunc uero quum uentura. omnem
mundum sue potestati sociabit.

Sicut deo per iob dicitur. et post
se omnem hominem trahet. et ante
se innumerabiles. Si loco hominem
humanum sapiens dicit. sed quum
plus sint homines quam innume
rabiles. quare ante se innumerabiles.
et post se omnes trahere dicatur.

Nisi quod antiquus hostis reprobum
tunc hominem ingressus idest
antixpm. cunctos quos tales
in uentura. sub iugum sue dictionis
rapit. qui et modo prius quam
appareat innumerabiles quidem.
sed non tamen omnes tales
trahit. Quia deo miserante cotidie
tales opere ad uitam multi
reuocantur. adque adstantium
lustratque. alii per breuem. alii per
longum penitentiam redeunt.

Et modo non omnes rapit. sed
innumerabiles. quia adhuc
fulciuntur sue tempore de miraculorum

omnibus signa non exhibet. quum
uero et tempore eorum carnalibus
oculis, sicut magi mirandu est
signa fecerit. post se tunc innu
merabiles et omnes trahet. quia
qui in hoc saeculo bonis praesentibus
delectantur dicionis. potestati
illius se absque aliqua retracta
tione subiciunt. Sed sicut
supra diximus quia plus est omnem
hominem trahere. quam innumera
biles. quare prius dicitur quia
omnem hominem trahet. et post
additur innumerabiles. et post
in augmentum quod minus est
dicere omnes. Sed sciendum est.
quia hoc loco plus fuit innumera
biles dixisse. quam omnes.
Et post se omnem hominem trahet.
Quia in tribus annis et dimidio.
omnes quos in terris uiuere carnalis
inuenerit. iugo suae dominationis
adstringit. Ante se uero innume
rabiles trahit. quia per quinque
milia et adhuc amplius annorum
curricula. quamuis carnales omnes
trahere non potuit. multo tamen
plures sunt in tam longo tempore.
quam quos adhuc superstites in
uenerit. Bene ergo dicitur post se
omnem hominem trahet. et ante se
innumerabiles. quia et tunc minus
tollit. quam in fine omnes auferet.
et modo amplius rapit. quam
corda omnium non inuadit.
quia nec dum tentatio sancte ueris

xpi dicente qui dicit. Ego uenio
cito. tene quod habes ne alius
accipiat coronam tuam.
Uelocem suum praedixit aduentum
et iudicium tunc citius esse
futurum. Nec longum tempus
agonem futurum esse pronuntiat.
Et ideo admonet ne hostis rapiat
coronam eius. Sicut et salomon
dicit. Ne des alienis honorem
tuum. et annos tuos crudelibus.
magna nobis fiducia asserendi
ubique sancte perseuerantia in quisti
one conlata est. habemus
quid respondere calumniantibus.
qui dicunt sanctum deficere.
et ad numerum domos nobis
multos coronam perdentibus
posse deleri quod dixerit dns.
Tene quod habes ne alius accipiat
coronam tuam. tunc considerent
in uanum esse uerba proferre. Sic enim
coronam alteri traditur perditam
non erit uacuus locus eius qui quod
tenebat perdidit. quid est enim
quod dicit. ne alius accipiat
coronam tuam. Non enim propterea
debemus tenere quod habemus.
ne alius accipiat. et non etiam
ipsi perdamus. nisi quia ds et pro
missionum suarum firmitatem
uoluit ostendere. et tunc spei
locum non permittere. Ne forte
aliquis sibi de dei promissione
fiducialiter blandiretur. et piger
et tepidus remaneret. Et quibus

quumque modis sub religione
uiuendo abrahe dominus promisit.
iure iurando in semine eius
benedicentur omnes gentes. propter
hoc ostendit fortiter agere et ne
alius accipiat. habere mandubia.
Et coronam non perseuerantibus
posse auferri. et qui uidetur non
deficere. sed usque in finem perseue
rare. coronam suam semper habere.
Haec enim potentia quae. haec est enim
firmitas promissionum dei.
ut quibusdam abrahe filiis
repudiatis. multos plures e lapi
dibus suscitet filios abrahe.
Ne ut multi. se abrahe filios
glorientur. ut abraham suos
filios deo dicatos. et nutritos
perdiderit. Sic sanctorum numerum
inpossibile est ziganiorum et
scelerum perfidia breuiari. In
possibile est ut diximus messis
inter zizania disturbetur.
Si disturbatur. non est messis
sed zizania. Siquidem ambobus
crescere usque ad maturitatem
deo iudice permissum est. perseue
rantibus uero dicit. Qui uicerit
faciam illum columnam in templo
dei mei. et foras amplius non exiet.
Columna preceptorum et multis
humilem membrorum dixit in
suo corpore coniungendam ut
et omnibus prosit. et fortitudi
nem sicut et paulus apostolus dicit.
Iacobus et iohannes qui uidebantur
columne esse dexteras dederunt
mihi. et barnabbe societatis.
In templo dei mei. id est. in multitudine
beatorum. Et foras inquid non
egredietur amplius. de eorum scilicet
consortio. seu eius iniuriam. et ut
electorum numquam exire.
A deo enim exierunt generaliter sicut
scriptum est per dauid. Commemora
buntur. et conuertentur ad dominum
omnes partes gentium. Conuenit cum
et iudeos quos de sinagoga secutae
promissa uenturos. De domo enim
dei scitum foras exierat. magis
inter conuenit. Dum enim dicit
amplius non exiturum. ostendit
nouissimum certamen in fine.
Futurum est enim post uictoriam
ulterius. separatio nouissimo
certamine. quo si quis liberandus est
foras non exiet. Ante uero propter eu
dei aliquos qui post modum liberan
di essent. exire passus est. quod
super erat semper reuertendi. hos
nouissime amplius exire non per
mittatur. quoniam quisquis tunc foras
exierit. tempus reuertendi non habebit.
Et scribam super illum nomen dei mei
et nomen ciuitatis noue hierusalem
que descendit de celo a deo meo.
ut et diuino nomine praesignetur.
et in mortalitatis gloria decoretur.
et nomen diuine ciuitatis noue
hierusalem. que est uisio pacis accipiat.
et sic quietus perpetue. et securitatis
eius otio perfruatur. Ipsa est

ciuitatis . que descendit de celo a deo
meo ut in habitent in ea . et super
ecclesiam sancti : et nomen meum nouum :
Nihil deo uetus est . quia non ueterescit
etate . sed nomen dei semper nouum
semper tectum est : Et si quis iterato
nomine intitulatur in eterna
potestate cumulat . perpetuum
obtinentes titulum : Nomen ecclesie
in hoc mundo cotidie descendit
a deo de celo . Id est ecclesia de ecclesia :
Per dominum semper nascitur : Noue autem
dixit . propter nouitatem filii hominis
Ihesu Christi . qui est ipse : Et nomen
meum nouum quod est Christi nomen
nouum : quum ante aduentum
eius et Christi sacerdotes . et duces dice
bantur . hominis dignitatem :
Sed non erat nouum . quia multi
erant . et nullus eorum mundum
saluare poterat : nisi dominus Ihesus Christus .
Id est rex saluator . solus ille rex
et saluator : hec est nomen nouum
quod est super omne nomen : hic est
rex regum : qui est super omnes reges :
Sed non quod nouum sit iterat
filio dei . ut ad nunc haberet in antiquum
absit : sed solum in carne dicimus
nouum : qui in principio antequam
mundus fieret . equalem cum patre
habet claritatem : Sed hoc est
nouum filio dei quod uoluntarie
sit mortuus et resurrexit quia
potuit . et sedet ad dexteram dei :
Filius hominis est qui dicit nomen
meum nouum ipse est quem in principio

huius libri inter septem candela
bra aurea uiderat : hic est filius
hominis Ihesus . in cuius nomine
curbat omne genu celestium
terrestrium et infernorum :
Qui habet aures audiat . quid spiritus
dicat ecclesiis : Quociens spiritus et
dicit . que aliter quam sonant
intellegenda sunt . ita concludit
dicens : qui habet aures audiat .
quid spiritus dicat ecclesiis :
Explicit ecclesia sexta in libro II :

INCIPIT ECCLESIA SEPTIMA

eiusdem libri :

Angelo laudocie ecclesie
scribe : hec dicit amen
fidelis et uerus qui est
principium creature
dei : noui opera tua .
quia neque frigidus . neque calidus es .
Utinam frigidus esses aut calidus :
Sed quoniam tepidus es . et non calidus
neque frigidus : Incipiam te
euomere ex ore meo . quoniam dicis
diues sum et locupletatus et nihil
egeo : et nescis quia tu es miser
et miserabilis . et cecus . et pauper
et nudus : Consilium do tibi .
ut emas a me aurum igne probatum
et diues sis et locupleteris et
uestimentis albis induaris . ne
appareat turpitudo nuditatis tue :
Et collirio inunge oculos tuos
ut uideas : Ego quos amo arguo
et castigo : emulare ergo et age

penitentiam. ecce sto ad ostium
et pulso. Siquis audierit uocem
meam. et aperuerit ostium.
Introibo ad illum. et cenabo cum eo
et ille mecum. qui uicerit

dabo illi sedere mecum in sede mea
sicut et ego uici et sedeo cum patre
meo in sede eius. qui habet aures audi
endi audiat quid sps dicat ecclesiis.
EXPLICIT STORIE ECLE SEPTIME LIBRI II



INCIPIT EXPLANATIO

SUPRA SCRIPTE STORIE.
Angelo Laudocie ecle scribe.
Haec dicit amen fidelis et
uerus. qui est principium
creature dei. Noui opera tua.
quia neque frigidus es neque feruens.
Utinam frigidus esses aut feruens.
Sed quoniam tepidus es et non feruens
neque frigidus. Incipiam te euomere
ex ore meo. Adhuc ipsum fidelem
et uerum dnm nrm ihm xpm qui est
principium creature dei. non qui

susceperit principium. sed qui dederit.
ad tertium loqui describeo de tempore
quorumdam arguere. uel molliagen
increpare significat. cum dicit.
euomam te ex ore meo. quosdam
aliqua suauitate deceptos reprehen
dit. multos frigore iniquitatis
arguens. nec bonis inuicta operibus
incumbere sed tepidos inuenit que
putissere. Unde et nequaquam
bonorum operum testem xpo quibus
bonis actibus sequantur ad
ponunt. sed in suis delictis per

sitantes fideles esse uideantur.
Sed euomendos eos a corde suo
et proiciendos procul comminatur
et dicit. Neque frigidus neque
calidus. sed quia tepidus es.
euomam te ex ore meo. Id est non sis
in uisceribus meis quia tepidus es.
Tepidos enim dicit homines diuites
credentes et indignitatibus con
locatos. Et quum sint credentes.
et diuites in suis cubiculis descrip
tis sedent. et disputant.
Uerum foris sint ab actu tamen
fideles minime intellegantur.
Scilicet glorificantes se et dicentes.
omnium scripturarum praecepta
cognoscere et deum credere. praedicant
fiducialiter uacantes se aliquid
in scitu prelocuntur. opere tamen
negantes. et ideo testatur illos.
Neque frigidos. neque feruentes esse.
Id est neque paganos esse neque fideles.
Et inde dicit. Utinam feruens esses
Id est religiosus fidelis et sanctus.
Utinam frigidus esses. Id est infidelis
et incredulus. et foris esses de coetu
quocumque modo uel in bono uel
in malo. perfectus esses et tutus.
Sed quia neque frigidus. neque calidus es
sed tepidus non eris in ciuo meo
commeatus. neque in uisceribus meis
coniunctus. Sed quia neque frigidus
est iste neque calidus. Omnibus
enim omnia. et cum incredulis.
et cum fidelibus utrumque ubitus est.
Euomam te ex ore meo. quia
nauseam mihi facis. Nauseam.
quantum odibilis sit. nominant
tacite. Sicut et huiusmodi
homines a corpore et a secta euomuntur.
quum in die iudicii foris proicientur.
Et quia sunt diuites et tepidi.
et adhuc super cupiditatem uiuunt.
sed tamen ut diximus fideles sunt.
et proprium. Qui pauper non potest esse
quia diuitias habet. Diues non est
quia ex diuitiis non operatur.
Sequitur enim ipse diues laetatur
et fidelis et dicit. Diues sum et
locupletatus. et nihil egeo. Spiritus
enim dicit. Et nescis quia tu es
miser. et miserabilis. et caecus. et
pauper et nudus. Consilium tibi do.
ut emas a me aurum igne probatum.
Confundit eos qui gloriantur
in operibus suis. et exultant in rebus
probris. Si forte unum nummum
pauperi dederint. uel forte aliquid
boni egerint. gloriantur.
Uel inscientiae. uel a fide quam tepide
susceperunt confitentes. nihil se
indigere profitentur. Sed e contrario
nec misericordia dignos sed egenos
et mendicos a bonorum operum
paupertatem defectos. Uel qui non
aspiciant nuditatem suam nec
considerant. quia nudi et uacui
a bonis residentur operibus.
Bonitate solita et proximos prouocat
ad salutem. Suadeo tibi emere
a me aurum igne probatum. Id est.
donec passione summus exemplum

et mitatur et in conflatorio
tribulationis . ut ab omnibus probatus
appareat quam admodum et ego
probatus sum a uobis . et sequaris
me qui mortuus sum pro te .
effundas sanguinem pro me . quam
admodum fundi pro te . Ut diues sis
et locupleteris . et uestimentu meu
induaris ne appareat turpitudo
nuditatis tue . Ut q elemosinis
et uita bono aurum ignitum igni
ipse sit aurum pressurum flammis
in coctu elemosinis et laueris operibus
purgatum . ut sis diues in hoc quod
feceris et uestimentu meu alba
uestiaris . et non appareat
confusio nuditatis tue .
Putabat se enim se diuitem et
cultu candidum . nihil q turpi
tudinis operum suorum apparere .
Et collirio inunge oculos tuos ut
uideas . hec est aurum quod pro
mittitur a te per prophetam .
Pro ere . afferam aurum . et pro ferro
afferam argentum . pro lignis es .
et pro lapidibus ferrum . eloquium
scilicet dni . euangelicum et
apostolicum que docentum
aurum esse pronuntiat . qui
locupletatus et ceteris . spuales
sine dubio diuitias promeretur .
Et uestimentis albis . id est merito
bonorum operum decoratur .
Nec nudatur bonis operibus
turpitudo patebit . Collirium
est quod ungeri oculos mundat .
cordis est conpunctio . et lacrime
penitentie . et reuerendum sanabilis
dolor . nec latum se ut odientem
loqui extimat . sed diligere potius
clamat dicens . Collirio inungue
oculos tuos ut uideas . Et si aperte
dicere . O diues tu qui intelligis .
Intellege quid dicis . quod si legis .
et non intelligis . collirio oculis
tuis non unguis . Oculi aliquando
in scripturis sunt . duo testamenta .
id est lex et euangelium intellegentiam
que credentibus lumen ueritatis
infundunt . Sicut scriptum est .
Preceptum dni lucidum inluminans
oculos . Et iterum . Lucerna pedibus
pedibus meis uerbum tuum dne .
Si per uerbum dni inluminantur
oculi . Inluminat ergo et diuites
ceci . Cognosce xpm . qui cecum
inluminabit . expuit in terra
et collirium fecit digito suo . et
posuit in oculis ceci natu .
et dixit ei . Vade ad natatoria
syloe . laua et uidebis . Et nec
quam saliba lucaueratur in terra
erat quidem terra . sed lumen
ceco non prebebat . Iunctu est
saliba cum terra . et digito
conmixtu . et sic liniuit oculos
ceci . Abiit et lauit . et uidit .
Saliba . euangelium est .
Terra . lex . quid facit ergo lex sine
euangelio qui non dat lumen
ceco . sed lux tantum dimittit
sanitatem quia nec unum facit

gratiam. Descendat ergo xpi
saliua in terra. et colligat terram.
Et misceatur digito spiritus sancti. ut tangat
oculos di[illegible]mentis caeci. et uadat
ad natatoria syloa qui dicitur
missus id est eum qui dixit: Non sum
missus nisi ad oues quae perierunt
domus israhel. O diues si legis et
credis. quia ihesus erat missus a deo.
quaere prophetarum quam se uenerit
a deo. Lege euangelium. et cognosce
quanta passus est pro te.
Carum te habuit. quia de caro
pretio sanguinis sui redemit te.
quid retribues ei. quem de seruo liberum
fecit. Audi quid tibi petatur.
aurum igne probatum. haec est
uera retributio. cum sanguis
sanguini compensatur. Hoc ergo
collirio. inunge oculos tuos ut
uideas. ut quod liberat per scrip
turas cognoscis. huius et opus
facere coneris. Et quoniam huiusmodi
homines de grande peccato. ad
grandem redeunt penitentiam.
non solum sibi sunt humiles. sed
multis prodesse possunt. Non
paruum sed grandem mercedem
eis promittit. sedere in solio iudicii
sui. *Ego quos amo arguo et castigo.*
Emulare ergo et age penitentiam.
Suscitat ad penitentiam peccata
grauissimo opere deperisso et ad
imitatores sanctorum inuitat.
Ostendit quia in secta habentur.
quos amare et sequi debent.

Dicit aperte dicente: Emitte eos
quos cruciare uides pro nomine meo.
Omne enim corpus ciuitatum in uno
homine comprehendit. sicut
et in omne corpus episcoporum unum
angelum rectorum. *Ecce sto ad*
ostium et pulso. si quis audierit
uocem meam. et aperuerit ianuam.
intrabo ad illum. et cenabo cum illo
et ipse mecum. Stat salus nostra
dominus ihesus xpistus. et ianuam nostri cordis
inpellit. Et qui resipiscat a pec
catis suis. et pressuram mulie[re].
et per fornicationem cordis ablace
ria. intrabit sine dubio. et man
ducabit cum eo et deliciis eum
laetitiae satiabit. Dicit aperte
dicente: Domus mea est. et ego
eius habitaculum. sicut ipse dicit:
Qui diligit me. diligetur a patre meo.
Et ego diligam eum. et manifestabo
ei me ipsum. et ego et pater ad eum
ueniemus. et mansionem apud eum
faciemus. Et post hanc correptio
nem quid bonis actibus promittatur
dicit. *Qui uicerit dabo illi sedere*
mecum in sedem meam sicut et ego
uici. et sedeo cum patre meo in throno
ipsius. Consessorem quem dicit.
participem potestatis promittit.
Nam cum dicat in sede patris
sedisse. quomodo cum illo
sedebit qui uicerit cum ipse
unigenitus in sede patris potestate
sedeat sicut ipse ait: Caelum
et terram ego impleo. quid est ergo

In trono dei sedere. nisi quiescere
et gloriari cum deo et eius
beatus adstare tribunalibus.
adque inconcussa perpetuaque
illius felicitate gaudere.
Qui habet aures audiendi audiat.
quid spiritus dicat ecclesiis.

EXPLICIT ECCLESIA SEPTIMA
IN LIBRO SECUNDO
SEPTEM ECCLESIARUM

INTERPRETATIO QUALITER ECCLESIA SIT CUM
SEPTEM DICANTUR

APERTISSIME. PER ARCHA NOHE
DECLARATUR.

Et dixit dominus ad nohe. Tempus
omnium hominum venit
ante me quia repleta est terra
malitia eorum et ecce disperdo
eos et terram omnem.
Fac itaque tibi archam de lignis
quadratis. nidos et nidos
facies et bitumine linis eam.

Sicut ergo lignum fabricam per
quam liberatus homo nohe
naufragium mundi meruit
evadere diligenti cura.
et sollicita animi aduertione
velimus inspicere. proculdubio
magnum sacramentum
spiritalis gratie in ipsis
mensuris et conlocationibus
invenimus esse dispositum.
Sic enim ait. Facies archam
trecentorum cubitorum
longitudinem et quinquaginta
cubitorum latitudinem
collectam facies archam
et in cubito consummabis
eam desuper.
et ostium
facies
de latere
et bicameratam
et tricameratam
facies eam et reliqua.
Hec itaque
arce fabricam
certe nostre tempum perspicuum
indicabat.
Nohe vero. Christi figuram
habuisse.
nulla est dubitatio.
Quippe qui crebro in lucano sermone



nohe. requies appellatur: Sicut
et pater ipsius lamec: quum nomen
ei imponeret: prophetabit:
hic erit: faciet nos requiescere
ab operibus nostris et a meroribus manuum
nostrarum in terra quum execrauerat

dominus: ita ergo nohe in omni terra
solus iustus inuentus erat.
et cunctis in cataclismo aque
perituris ipse solus quum
domo sua salbatus erat: quia
solus deum sibi bene uibendo fecerat

pium. quem et oneratio acta
mundus latum. Sic et cum
uenienti dns iudicare seclm per ignem
in flamma ignis. tunc multi
omnibus tortuguorum angelorum
cunctis que mundi sceleribus ductores
erit finem. sci uero solis requiem
in regno futuri qui prebituri.
Nam archa hec que de lignis in
putribilibus constructa erat.
uel unde ut dixi secte fabricam
in dicebat. que semper erat cum
xpo mansura. Septem anime
que nohe sco salutato donantur.
septem spectrum tipum habuisse
noscuntur. Que per xpm excidium
iudicialis incendii sunt euasure.
et in noua terra cum xpo sunt
regnaturi. Sed fortassis aliquem
mobeat quur septem dicuntur
secte cum una sit. In uniuerso
orbe diffusa. Septem tamen secte.
propter septenarium spm cum sit
una pluraliter nominantur.
Sicut enim corpus unum est. et
septem sunt membra. ut septem
membrorum officia. Id est. caput.
manus. pedes. uisus. auditus.
gustus. odoratus. Ita et unum
est corpus secte. sed septi formis
carismatum gratia. Sed septem
dni. et septem stelle in dextera
sedentis in throno. et septem ~~stelle~~
candelabra aurea. et septem lucerne.
in tabernaculo dni. et septem
angeli. et septem tube. septem
fiale. septem mulieres adprehen
dentes hominem unum. Id est.
uirtutes secte. xpm tenentes. Et
septem columne aput salomonem
quibus domus secte fulcitur.
uel erigitur. Sed et iohannis
beatus apostolus ad septem sectas
scribit. et paulus seque uenerabilis
apostolus. ad septem similiter sectas
dedit. ad reliquas autem nominatim
scripsit. ne numerum septem sectarum
excederet. nam et septem panes
in euangelio. et septem sporte.
plene fragmentorum supersunt.
septiformis secte imaginem in
dicabant. Et ideo ut ait scriptura
diuina. Introibit ista noe in archa.
et septem anime cum eo. Septem
iste anime. septem ut dixi sectas.
in dicabant. In una queque secta.
septem sectas breuiter adprobabo.
Septem enim sunt. carismatum
dona. ut per esaiam uatem in
dicauit. dns manifestare dignatus est.
Et requiescet ista super eum sps
sapientie. sps intellegentie.
Consilii. uirtutis. agnitionis.
pietatis. sps timoris dni.
Que omnia omnes habere non
possumus. sed singuli singula
habemus. Omnia uero. solus xps
dns habet. qui corpus est integrum.
In nobis uero singula. qui deputa
mur in membris. Qui cum quo igitur
connumerentur fratrum in una. et in
eundem secta constantiam

habuerint. spiritum sapientiae hi
omnes habentur. unum carisma.
unum septum faciunt. septem
etenim. congregatio sanctorum interpretatur.
Denique beatus apostolus
paulus. cum ad septem scriberet.
quid esset septem. addidit dicens.
sanctis et fidelibus. Et per hoc qui
cumque sancti fratres et fideles habuerint
spiritum intellegentiae. alterum septum.
quasi alterum classem faciunt.
Simili quoque ratione. qui cum eo
habuerint spiritum consilii. tertiam
classem quasi tertium septum.
faciunt. Et quos spiritus virtutis
suppleverit. hi in quartum septem
numerantur. Pari modo. et quos
spiritus agnitionis inundaverit.
in quintum septu deputantur.
Sic et quos spiritus pietatis adunaverit.
sexte septe numerum ostendunt.
Et quos spiritus amoris dei coniunxerit.
hi ad septimum septum referuntur.
Quam separati sumus singuli singula
carismata habentes. quando autem
in unum convenimus. omnes
unum et integrum et perfectum
septem formam septum quae christi corpus est
facimus. Haec sunt septem animae.
quae nos qui christi imaginem pretendebat
in diluvio aquae donatae sunt.
Per aquam enim ita illis salvantur.
ita peccatores et impii puniuntur.
Sicut septem hae septe in fine sancti
peteuntur. cunctis nationibus
per christum sunt adlgnis ita tam dixi
cataclismo liberande. et caelestis
regni septe percepture. quia sicut
nullus cataclismum aquae poterit
evadere. nisi qui in archa erat
servatus. sic et in anno iudicii
divini iudicii poterit effugere.
nisi quem septe catholicae archa
continuerit. Quod autem bicameratam
et tricameratam arcam fuisse refertur.
mansionum loca et habitationum
qualitates quae sanctis in regno dei
sunt preparatae evidenter ostendit.
Inanem etenim cameram. paradisi
figuram est. In alteram. terrae novae
ubi hierusalem caelestis est descensura.
ut sicut in ea sicut scriptum est.
habitatio dei. cum hominibus.
De qua terra beatus iohannes ait.
Et vidi ait caelum. novum. et terram
novam. et civitatem hierusalem caelestem
descendentem de caelo in terram novam.
Et esaias. sicut caelum novum. et
terram novam. quam ego facio
permanere. in conspectu meo. sic
permanebunt semen vestrum. et nomen
vestrum dicit dominus omnipotens. In tertiam
cameram. regnum caelorum.
Inde est quod et salvator noster.
ac dominus in evangelio dicebat.
multae sunt habitationes apud
patrem meum qui est in caelo.
Sic autem de caelorum regno scriptum est.
Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam. quoniam ipsorum est
regnum caelorum. De paradisi autem
mansione ipse latroni dominus promisit

cum dicit: Uincenti dabo de ligno uitae quod est in paradiso dei mei. Terrae autem nouae mansionem similiter manifestat, cum dicit: Beati mansueti, quia ipsi possidebunt terram.
Sed et salomon: sancti ista relinquentur super terram: impii autem expellentur ab ea. Harum itaque trium mansionum qualitatem sanctus idem beatus esaias manifeste dicens: Sustinentes dominum mutabunt uirtutem, pinnigerabunt tamquam aquile, current et non fatigabuntur, ambulabunt et non esurient.
Uolabunt itaque in caelum sicut aquile pinnigerunter, current in paradiso et non fatigabuntur, ambulabunt in terram nouam et non esurient, quia escam illic adeo preparatam accipient.
Hunc itaque et apertius stationum mansionum sanctorum etiam et apertius suis in euangelio dominus per parabolam manifestare dignatus est dicens: Semen quod dicit in terram bonum faciet ista fructum centesimum.
Centesimum itaque fructum faciunt qui in caelum habitationem accipiunt. Sexagesimum qui in paradiso habitare merentur.
Tricesimum qui in terram nouam futuri sunt. Unde iam nobis planum esse debet arcam istam incunctanter ecclesie ut saepe dixi catholice imaginem perspicue indicasse. Cuius exemplaria habitacula id est celi paradisi et terre noue tero aliud domino monstrabatur.
Uerum quod dicit sic arce ipsius fabricam fuisse dispositam, ut latior fuerit in primo unde sumpsit exordium, in medio angustior, et tertio per quattuor angulos collecta usque ad unum cubitum quo summitate mensure sit consummata, ut habens fenesterum deluat: hoc itaque significabat quod in prima parte fabrice id est in prima aetate sanctorum latior licentia et remissior disciplina omnium patrum et patriarcharum propter generandum subolem filiorum esset indulta: et quod permittendum esset eis plura licite facere et liberius gerere que uellent. Ideo maior et spatiosior pars arce fabricatur in primis: media uero in angustiori mensura redditur, quia medius temporibus per legem mosi et prophetas in angustiori et breuiori spatio praecepta constringentibus populis religandus erat. Tertia uero summitas per angulos collecta et in unum consummata: hoc significabat quod per quattuor angulos id est quattuor euangelia hominis arcae sancte fabrica quo utraque: quia una ista.

et unitati uni erat q̄ducta adunatū :
E atque adunum cubitum . Ideo
usq̄ admensuram susceperat
hominis quę induit dn̄s hominis
esset compago arte religanda :
Deniq̄ nemo adfastigium perfecte
uirtutis et arte peruenire poterit
nisi per angustias tribulationū
et persecutionum pressuras .
quas et inpassione sua pertulit
dn̄s sicut scriptum est : Oportet
nos permultas tribulationes
introire inregnum dei : Sed quod
dicit incubito consummabis
eum . cubitum hoc unum imago
est ut dixi corporis xp̄i . qui
cubitus adunitatem perfecti uiri
cuius nos membra sumus . non
admensuram staturę hominis
pertinere uidetur : Omnes enim
unum sumus inxp̄o ihu . Ideo inunū
cubitum arce fabrica consumma
tur : quia inuno xp̄i corpore
et ingratia passionum eius omnis
plenitudo arte colligenda :
Nam quod coruum dicit dearcha
emissum non fuisse ultra reuersum :
hoc ostendebat inpuras uoluptates
et hominum de arte expellendas :
et non esse ulterius reuersuras :
Coruus enim subdoli et inpure
anime significat uoluptates :
et nigri coloris infamia peccato
rum inlusam uitam denotabat :
Columba uero quam emissa est .
cum requiem non inuenisset in sicco .
rursus inarcha reuersa est . sci
sp̄s imaginem indicabat :
qui cum fuisset in toto orbe
diffusus . et pre iniquitate sc̄li
requiem apud omnes homines
non potuisset repperire . rursus
esset inarcham arte reuocandus .
sicut ipse dn̄s inaeuangelio
apostolos suos instruit dicens :
Ad quam cumq̄ domum uel ciui
tatem ueneritis . dicite pax
huic domui : Si fuerit ibi
illic filius pacis . ueniet pax uestra
super eum : Si autem non fuerit
illic filius pacis . pax uestra reuertetur
aduos : Proinde sp̄s scs̄ . cum
aduc super gentes requiem non
inuenisset . quia necdum inxp̄o
crediderunt . reuersus est inarca
arte apostolorum donec subleuaret
iniquitatibus peccatorum
carcerem incunctis nationibus
fidei disciplina : quem admodum
sp̄m scm̄ accipere merentur :
Deniq̄ sub iuxta scriptura :
et alterum dimisit columbam dearca :
et reuersa est columba adeum
sub uesperum : habens ramum
oliuę inore suo : Quod ergo ramum
oliuę adtulit . testimonium
pacis et resurrectionis perspicuę
indicabat : et quod lignum
passionis ore suo predicans
ut pre ferens pinguem gratiam
carismatis tribuere haberet :
Sub uespere autem quod in fine scl̄i

adventu habet. Trecentorum
vero arce extentarum cubitorum
longitudo. figuram dominice crucis
evidenter hostendit. Trecenti
etenim apud grecos. T tau.
litera signantur. que literarum
unum apicem quasi arborem
erectum facit. Alterum vero
ut antemnam in capite gestarum
crucis utrimque ambitu demonstra-
bat. quo misterio et longitudo
vite credentibus datur. et
latitudo eterne. nove. tribuitur.
et latitudo celestis regni. prepa-
ratur. Quinquaginta cubita latitudinis
eiusdem arce. hoc significabat
quod pentecosten. Id est quinqua-
gesima die post passionem dominice
crucis spiritus sanctus descensurus esset
per quem et spem salutis et celestis
regni gloriam consequi. et obtinere
possumus. Triginta vero cubitis
arche altitudo. incarnatum
etatem domini manifestat. quia
hominem quem induit post officium
Iohannis in Iordane baptizabit.
Triginta etenim etate annorum.
ut evangelista testatur. cum
per aquam baptismum suscep-
tum. ut adipsi hominem donis
celestibus inluserunt. Et ergo
altitudo in mensuram etatis
corporis Christi. sicut beatus apostolus
paulus ait. Donec curramus
omnes in unitatem fidei. et agni-
tionem filii dei in virum perfectum

in mensuram etatis plenitudinis
Christi. ut iam non simus parvuli.
Longitudo autem in passionem dominice
crucis. qua extenta signatur.
Latitudo in die pentecosten quod
sanctus spiritus super credentes advenit.
Videtis ergo dilectissimi fratres omnem
arche istius fabricam instru-
mentum universe ecclesie fuisse
prefinissum. et non posse aliter
hominem nisi per Christum de excidio
totius orbis evadere. sicut et in
cataclismo mundi nemo remansit.
nisi quos in archa incluserat.
Et proinde laborandum nobis est.
ut deum et dominum nostrum toto corde
rogemus. ut in gremio dei catholica
fideles in domino permanere mereamur.
Tunc enim subsequentur premia.
si cum omni pacis et concordie
federe. evangelice fuerint a nobis
instaurationis iura servata. ut
vere felices ante conspectum dei
patris omnipotentis esse
possimus. FINIT DE ARCHA NOE.

INCIPIT LIBER TERTIUS RECAPITULATA XPI NATIVITATE EADEM ALITER DICTURUS.

Post completum septima-
narum numerum etate. quam per
ebdomada huius mundi

singillatim diuersis spiritaliter nominibus
pasturabit. Iterum quod uidit
edisserit: Post haec inquid uidi et ecce
ostium apertum in celo: post uariam
manifestationis claritatem quam
fideli mente perspexerat. ipsi celorum
illi secreta aperiuntur. et demonstrantur
diuini absconsa misteriis: in eo ins
picit mente. et secreta dei. fidei de
liberatione considerat: apertum sibi
ostium recognoscit quod ad intel
legentiam noticiam: ut id in mente
perueniat: sicut autem semper ecclesie
diuersis figuris repetit dicens:
Vidi ostium apertum in celo: ostium
apertum xpm dicit natum et passum
qui est ianua: celum ecclesiam dicit:
pro quo celestes scripturas nos in ea
ipsos uidemus: interdum enim ecclesia
celum nomen accepit. quod sit habi
taculum dei: ubi celestia geruntur:
hoc est quod in celo uoluntatem dei
fieri postulamus: Aliquando autem
celum et terram: ecclesiam dicit. pro
eo quod terrenum carnem cum in celo consistat:
Aliquando autem celum et terram. ecclesiam
et gentes: terram autem et bonum esse
et malum: sicut apostolus de xpo ait:
Pacificabit omnia per sanguinem crucis
sue siue que in celis. siue que in terris:
In celo non erat scandalum sed inter
celum et terram discordia erat: sed
autem. in iudea semper ecclesia mixta
fuit cum deo. sed mente non autem
in corpore innouato: in terra autem
inter iudaeum. et gentilem populum

discordia erat: Ideo namque apostolus
dicit utrosque innouatos: et deo
reconciliatos: et qui gentiliter
sine deo erant in mundo: tunc esse cum
xpo: et qui aliquando fuerunt longe
per sanguinem xpi facti sunt prope:
et ipse est pax nostra. qui fecit utraque
unum: et medium parietem sepius soluit
inimicitiam in carne sua: quoniam per illum
habemus accessum ambo in uno spiritu
ad patrem: sicut lucas ait: Gloria
in excelsis deo et in terra pax hominibus
bone uoluntatis: quia uocabit
celos sursum. et terram deorsum populum
suum: multa in aliquibus celum et terram.
probantur ecclesia quae breuitatis causa
relinquimus: quia celum probamus
animam hominis esse et terram. terrenum
carnem: et animam et carnem mixtam.
utrosque spiritaliter continentes: Ideo dicimus
et celum ecclesiam. et terram ecclesiam:

EXPLICIT EXPLANATIO OSTEI:

INCIPIT STORIA EIUSDEM IN LIBRO TERTIO.

Et uox prima quam audiui tamquam
tubae loquentis mecum dicens: ascende
huc et ostendam tibi que oportet fieri
postea: et statim in spiritu. et ecce thronus positus
erat in celo et super thronum sedens. et qui sedebat
similis erat aspectui lapidis. iaspidis et sardino
et iris in circuitu sedis. similis aspectui smaragdino.
et in circuitu throni. uidi sedes uiginti quattuor.
et super sedes per ... sedentes seniores induti
albis. et in capitibus eorum coronas aureas:
et de sede procedunt fulgura. et uoces
et tonitrua. et septem lampades ignis ardentes. qui
sunt septem spiritus dei. et in conspectu throni sicut mare uitreum simile cristallo:

EXPLICIT STORIA IN LIBRO III.


SEPTEM LAMPADES
MARE VITREUM
SIMILE CRISTALLO

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIE IN LIBRO TERTIO

Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentem mecum dicens. Significat non aliud audisse, sed superiorem apertione ingressus eum vocem audisse quam audierat. Sed adhuc illi dominus quasi nescio quid secretum suum inciperet revelare dum consummatur post tantae contemplatione ad potiora cadere magis trahebatur. Denique ut a non cumulante ostensum sentiamus. vocem primum quam audit tube consimilem facit. in qua vox fuit collata in terris tantus flatus. dum exclamat sonum facit extensus. Sicut his qui a domino susceperunt verbum. mente percipit inspirando sine sono. quod exterius proloquatur. Tamen et illud intellegendum est apertum ostium. id est. declaratum. id est declaratum evangelium. Vocem primum quam dicit. legis et prophetarum eloquia ut concordant novo testamento. fiatque illud quod psalmographus ait. Semel locutus est deus duo haec audivi. Id est in his quae prescriptum fuerunt ad patres nostros procul ut non credendo tacuit. Hoc intellegi sibilus potest. quod pater unigenitum equalem sibi filium genuit. Loqui enim dei est. verbum genuisse. Semel autem loqui est verbum aliud preter unigenitum non habere. Et enim post inspirationem animos post mysterii revelationem ait. Ascende huc et ostendam tibi quae oportet fieri post haec. Ascensum quem dicit desperato mundo vadere ad celum sicut scriptum est. Venite ascendamus in montem domini sion. Hoc ad celum dicebat. sicut scriptum est. Ambulabunt de virtute in virtutem. et videbitur deus deorum in sion. In gradibus sancta sanctorum ubi precursor introivit dominus noster ihesus in sanguinem passionis sue. factus pontifex in eternum. Insinuat hic sanctus ipsum dominum potius illum sentiat cognovisse veritatem. sed et quae oportet fieri. in futurum intellegit. Statimque dicit. Fui in spiritu. Quis non sentiat nihil carnale locutum. qui in spiritu ingressus se fuisse describit. Nihil sanctus iohannes probatissimus de deo suo corporale. nihil carnium excepit. Sed fuit in spiritu. ut aspiceret dominum maiestatis qui in spiritu ascendit. non in carne conspexit. Denique dicit. Ecce sedis posita erat in celo et super sedem sedens. Sedis posita regnum est. Super regnum hoc est potentia sedet. formando et veritate determinat ingata.

Et qui sedebat inquid similis erat.
aspectu lapidis iaspidis. et sardini
et iris erat in circuitu sedis simile
sardine vel smaragdine. Lapis autem
Iaspis uiridi et acutissimo fulgore
radiat. Ut intellegatur tamen
adsumpta hominis Christi ubique peccati
contagione susceptum puritatis
sinceritatis uigore clarescere.
et diuinae uirtutis in habitatione
praefulgida. Sardonix autem lapis
est rubicundus. sed quadam
obscuritate sublucens. ut intelle
gas integritatem incarnatae carnis.
ꝯuerecunda. et humili adsumptam
uirginem recognoscas. Siue ut
aliter per hos duos lapides quae
recognoscas. Audi. Iaspis. aquae
color est. Sardis ignis. haec duo
iudicia posita sunt. usque ad
consummationem orbis. super
tribunal dei. Et inde manifestatur
duorum iudiciorum ordo. unum
iam consummatum est in diluuio
per aquam. aliud consummabitur
per ignem. iste comparationes in se tu
conuenit una. quam dominus induas iste.
et iris in circuitu sedis. Iris autem
circum solidum certum colores
habet. Iris et arcus dicitur.
De quo dominus locutus est ad noe. et
ad filios eius. in testimentum in genera
tione dei. Statuam inquid arcum
meum in nubibus. ne iam
aquam timebitis sed ignem.
In arcum uero color aquae. et ignis
simul ostenditur quia ex parte est
niger. et ex parte rubicundus.
Ut in ambo iudicia extant ita unius
uidelicet faciendi per ignem. alius
iam facti per aquam. Aliter quippe
arcus per ignem et aquam spiritus sancti
significat et baptismum quia post
Christi aduentum. et uirtus sancti spiritus
humano generi claruit. quod electos
dei. et aqua baptismatis lauit.
et igni diuini amoris accendit.
Sicut ueritas dicit. Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto. non poterit
uidere regnum dei. Qui arcus in nube
est. in die pluuiae. Nubs. caro
Christi est. pluuia eius. uerba praedica
tionis. quia in dominica incarnatione
infusionem praedicationis ostenditur.
et aduentum corda credentium
domino pariter reuocantur. De hac
nube scriptum est. Qui ponit
nubem ascensum suum. Nubem
quippe dominus ascensum suum posuit.
quia qui per diuinitatem ubique est.
per carnem ad caelestia ascendit.
Quem ezechiel. uates. inspiciens
electri. et uelut aspectum arcus
cum fuerit in nube in die pluuiae.
sic uidit. In electro. aurum
argentumque miscetur. ut res
una ꝯmetallis duobus fiat.
In qua et per argentum. aurum.
claritas temperatur. et per auri
claritatem species clarescit
argenti. In redemptore nostro humbe
nitate diuinitatis est claritas.

nostris ita apocalypsin oculis aperitur.
et per diuinitatem humanam in eo
natura claresceret. Possunt et
praedicatores sancti nubes appellari
quia uerbis pluunt. et miraculis
coruscant. qui uolare quoque
ita nubes dicuntur. qui et in terra
uiuentes. ceterum terrum fuit omne
quod egerunt quia in carne ambu
lantes. non carne sed spiritu militauerunt.
*Et in circuitu throni uidi sedes uiginti
quattuor. et supra sedes uiginti
quattuor seniores sedentes tecte albi.
et in capitibus eorum coronas aureas.*
ecce apertissime manifestabit
patriarcharum et apostolorum. quorum
qui sancte cathedram super sedere
docentium. quos seniores etiam
idem patres appellant. Circum
amictos albis. id est lucificatio
nibus et puritate uestitos.
Portantes in capitibus coronas
aureas. per fidem agium effecti uictores.
Trucidata malignitate hoste
diabolo. coronas a domino acceperunt.
De qua coronas uas electionis
adissoria. cursum consummabi
fidem serbabi. De cetero. reposita est
mihi corona iustitiae. quam reddet
mihi dominus in illa die iustus iudex.
Non solum mihi. sed et omnibus qui
diligunt aduentum eius. Inde ergo
citum per duodecim tribus sunt
in duodenario numero esse constat
... quod est unus dies.

Et quia dies uiginti quattuor
horarum in die et nocte spatiis
terminatur. et unus dies nuncupatur.
lati legis ante aduentum. solum
in patriarchis et prophetis fulgebat.
In ceteris uero nox erat. Nouum
uero testamentum quod christus in
carne ostendit eius manifestatio
lux et dies est appellata.
Sol dicitur est. propheta testante.
Ecce uobis qui timetis dominum orietur
sol iustitiae. qui quasi horas diei
duodecim apostolos elegit.
De quibus ipse ait. Vos estis lux
mundi. et in hos duodecim apostolos
omne corpus episcoporum solidabit.
Et in omni corpore episcoporum coniun
cta omnem populum christianum.
Quia sexta die deus adam fecit.
et mulierem adiutorium subdere
praecepit. quae mulier omnem
populum christianum significabit.
Adam uero. omnes sacerdotes signi
ficabit. Sic sunt ergo christiani
saeculares. subditi sacerdotibus sanctis.
sicut mulier uiro. De illis tamen
qui minus perfecti sunt. ipsis
sacerdotibus laborandum est.
qualiter per lucem praedicationis
ad solidum ciuium perueniant
cognoscant patrem et filium
et spiritum sanctum. De hac quae diximus
apostolus ait. Caput mulieris uir.
Caput uiri christus. caput uiri deus est.
Vide membra non separata.

que per succedentes omnis ecclesia
xpo iuncta copulatur. et in hos
duodecim ostendit apostolos. id est
omne corpus sanctorum episcoporum.
Sic in ueniunt in discriptione ciuitatis
hierusalem de celo descendentis. de deo
in homine xpo. de xpo in apostolos.
De apostolos in episcopos. de episcopos in
presbiteros. de episcopos et presbiteros
in ceteros populos. Per hos gradus
ciuitas hierusalem descendit ad terram.
per ipsos cotidie ascendit ad celos.
Ista ciuitas quattuor portis
excepta officiorum separationem
duodecim sunt. quia et prepositi
et duodecim tribus israhel promouentur.
Et duodecim porte excepto spuli
numero. unus portus est. id est ecclesia.
Solus enim dominus ihesus xps in eum ad
iudicandum uenturus est. Sedebit
autem et sedet ecclesia. iudicans
duodecim tribus israhel. Id est ecclesia
in duodenario numero. Sed in xpo
in quo est tota. sedebunt et iudica-
bunt uniuersa membra. Sed
in uno. et per unum caput. id est xpm.
Nam quomodo poterunt sancti in iudicio
sedere. et uenire ad decretum iudicis.
Et de throno procedunt fulgura et uoces
et tonitrua. et septem lampades
ignis ardentes. qui sunt septem
spiritus dei. Intellegi uoluit
omnem predicationem ueterum
apostolorum et quum ceteram sanctorumque
doctrinam. dei iudicio et dei
inspiratione procedere. Fulgura
ergo uniuersorum uerba sanctorum uoces
accipimus. Omnia hec. et uno auctore
deo procedere confitemur. De quibus
fulgoribus et tonitruis dicitur. Vox
tonitrui tui in rota. Rota scriptura
dicitur. ubi et ait. Inluxerunt
fulgura tua orbi terre. Cuncta hec
non proprium initium sumunt
sed ex throno dei quod est ecclesia. et
ex uoluntate scilicet et potestate
creatoris uel imperio procedere
demonstrantur. Septem ardentes
lampades ante thronum. uirtutis
septem formis spiritus sancti. De qua uirtute
supra diximus iam. manifestissime
designatur. Ante thronum ideo. quia
quibus iste uirtutes per gratiam dispen-
santur. deo dicantur adsistere.
sicut alibi dicitur. et qui adpropin-
quant pedibus eius. accipient de doctrina
illius. Iam ezechiel de hoc igne arde-
hus lampadus apertissime declara-
bit dicens. Aspectus animalium.
quasi carbo ignis ardentis. et quasi
aspectus lampadarum aspectus eorum.
Carbonibus ignis ardentibus uere sancti
comparantur. quisquis enim carbonem
tangit. incenditur. Quia quisquis
sancto uiro adheret. ex eius adsiduitate
uisionis huius locutionis exemplo
operis accipit. ut accenduatur in
amore ueritatis. ut peccatorum
suorum tenebras fugiat. desiderio
lucis ardescat. et quum per uerum

amorem ardeat. qui prius in iniqui
tatem. tantum mortuus quantum
frigidus iacebat. Lampades vero.
lucem suam longius spargunt et
quam in alio loco sint. in alio resplen
dent. qui enim spiritu prophetiae verbo
doctrinae miraculorum pollent gratia.
huius opinio longe lucet et lampadis
lucet. et qui bona eius audiunt quia
per haec ad amorem celestium surgunt.
in eo quod se per bona exhibent. quasi
ex lampadis lumen resplendent.

Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se
positos quasi tangendo ad amorem
patriae celestis accendunt. carbones
sunt. Quia vero quibusdam et
longe positis lucent eorum lumen
ne in peccati sui tenebris torpeant.
lampades sunt. Hoc vero inter
carbones et lampades distat. quod
carbones ardent quidem. sed eis loci
in quo lucent tenebras non
expellunt. Lampades autem quia
magno flammarum lumine resplen
dent. diffusas circumquaque
tenebras expellunt. quia certe
notandum est quia sunt plerique
sanctorum. tam simplices et occulti.
sicque in locis minoribus sub magno
silentio contegantur. ut vix eorum
vita a paucis possit agnosci.

Quid tales igitur. nisi carbones sunt.
qui etsi per fervorem spiritus ardorem
habent. tamen exempli flammam
non habent. Nec in alienis cordibus
tenebras peccatorum vincunt.
quia vitam suam omnino scire
refugiunt. In semetipsis quidem
accensi sunt. sed aliis in exemplo
luminis non sunt. Hi autem qui
exempla virtutum porrigunt et
lumen per boni operis per vitam
et verbum iacentibus demonstrant
iure lampades appellantur.

Quia et per ardorem desiderii et per
flammam verbi a peccatorum
cordibus erroris tenebras repellunt.

Qui igitur in occulto bene vivit.
sed in alieno profectu minime
proficit. carbo est. Qui vero imitati
onem sanctitatis positus lumen ex se
rectitudinis multis demonstrat.
lampas est. quia et sibi ardet.
et aliis lucet. Tam ante sedem
tamquam mare vitreum similem
christallo. Mare vitreum. id est
lucidum domum baptismi dicit.

Ante quam mundum. stabilem non
ventis agitatum. nec in proclivo
defluentem. sed tamquam dono dei
inmobilem studiatum ostendit.

Sed quam dicit in conspectu troni
lampades que sunt spiritus. et mare
vitreum in conspectu troni. hostendit
dicit spiritum in eo loco esse quo et fontem
baptismi. Mare enim aqua est.
sed non dulcis sed amara. quid est
hoc mare. nisi baptismum et
penitentiam. Sic enim ait.

Ante sedem tamquam mare vitreum

similem cristallo. Utrum enim
cito frangitur. Ita et abubarmum
in nobis cito frangitur et pertractauerit.
Lubrica est enim uia sc̄li huius. glacia-
li iniquitate consericata. quam
quam modice concupiscentie
calore resolbentur. facilis est ad
lapsum ruine q̄ mistorum.
Iheremias in profundum putei sub
iniqui regis potestate dimergitur.
Id est luxuria in peccatorum ceno
quam a diabolo fuerit sepulta
dimergitur. Sed hunc ethiops fidelis
peccator ad penitentiam conuersus.
adsumtis originali uiris. Id est siue
beate aupilium animantis. siue
cum labore anime sp̄s et corporis.
de profundo putei misit ad eum panis
ueteribus hoc est reducit in mano-
rium eius ueterum puerum qui per
peccatum lapsi post modum depro-
fundis malorum per penitentiam
ad superna reuelati sunt. Ante
quis contemplis absconditis. et
funibus testimoniis scripturarum
ueteri testamenti. et luci restituit.
Comple et legem mosi. Ceteri
animus fr̄is etiam sub pondere. Id est
caro uiciatu a peccato est.
Inclinate et humilia et sub leua
detinuit. Non tubercus hominem
peccatori sub lungi.

EXPLICIT EXPLANATIO
SUPRA SCRIPTE STORIE.

INCIPIT STORIA QUATTUOR ANIMALIUM:

Et audi in medio troni et in
circuitu troni quattuor
animalia plena oculis
ante et retro. Animal primum.
similem leoni. et secundum animal.
similem uituli. Et tertium animal.
habens faciem hominis. et quartum
animal. similem aquile uolanti.
Hec quattuor animalia singula
eorum habebant alas senas. et in
circuitu et intus plenas sunt
oculis et requiem non habent
die ac nocte dicentes.
Scs scs scs. dn̄s ds̄ omnipotens.
qui erat et qui est et qui uenturus est.
Et cum darent illa animalia
gl̄am et honorem. et benedictionem
sedenti supra tronum. et adorabant
uiuentem in secula seculorum.
mittebant coronas suas ante tronum
dicentes. Dignus es dn̄e ds̄ nr̄ accipere
gl̄am et honorem. et uirtutem. quia
tu creasti omnia. et propter nomen
tuum erant et creata sunt.
Et audi in dexteram sedentis supra
tronum librum scriptum intus
et foris signatum sigillis septem.
Et audiui angelum fortem predicantem
uoce magna. Quis est dignus
accipere librum et solbere signa eius.

et nemo poterat neque in celo neque
in terra neque subtus terram aperire
librum . neque respicere illum .
Et ego inquid flebam multum . quod
nemo dignus esset aperire librum
et uidere illum . Et unus de senioribus
dicit mihi . Ne fleueris Iohannes .
Ecce uicit leo de tribu Iuda radix
dauid . aperire librum et sigilla eius .
Et uidi in medio troni quattuor
animalium . et in medio seniorum
agnum stantem quasi occisum
habentem cornua septem . et oculos
septem . qui sunt septem spiritus
dei missi in omnem terram .
Et uenit et accepit de dextera
sedentis supra tronum librum .
Et cum accepisset librum illa
quattuor animalia . et uiginti
quattuor seniores ceciderunt ante
agnum habebant singuli citharas
et fialas plenas odoramentorum
qui sunt orationes sanctorum . et can-
tabant canticum nouum
dicentes . Dignus es domine accipere
librum et aperire signa eius
quoniam occisus es et redemisti
nos deo in sanguine tuo . ex omni
tribu et lingua et natione . et
fecisti nos deo regnum et sacerdotes
et regnabimus in terra .
Et uidi et audiui uocem angelorum
multorum circa tronum . et circa
quattuor animalia . et circa
seniores . et erat numerus milies
miriadum et milium dicentium
uoce magna . Dignus est agnus
qui occisus est accipere potestatem
et diuinitatis et sapientiam . et
fortitudinem et honorem . et benedic-
tionem . et omnem creaturam .
que in celo et in terra . et in mari .
et que sunt in eis . Omnes audiui
dicentes . Sedenti in trono . benedic-
tio . et honor et gloria . et
potestas in secula seculorum .
Et quattuor animalia dicebant
amen . Et seniores ceciderunt
et adorauerunt .

EXPLICIT STORIE .



INCIPIT EXPLANATIO QUATTUOR ANIMALIUM IN LIBRO III

Etuidi inmedio throni
et incircuitu sedis
quattuor animalia
oculis ante et retro.
Quattuor animalia quattuor
euangeliorum est forma. Quod plena
ante et retro oculis introducuntur.
preterita uel futura dei continere
misteria. uel uerisque legis secreta
sonare dicuntur. et per totam
pluitatem rerum spiritalium. omnem
scae diuinitatis continere fidem
et misteriorum secretorum celestium
perfectam demonstrantur.
Deinde. unus cuius que forma disponitur.
Primus leoni. Secundus uitulo.
Tertius hominis. Quartus aquile.
Siquidem in euangelio matheus
in ordine primus ponitur. quia et
primus scripsit. Sed in misterio
maiores nostri primum marcum
posuerunt. eo quod precursor iohannes
uiam preparauit xpo. quia marcus
plenus sco spu scripsit euangelium
xpi eloquio greco. in italia.
Secutus petrum ut discipulus.
his initium abspu prophetali facit
dicens. Uox clamantis in deserto.
parate uiam domino.
Ut ostenderet xpm post adsumptionem
carnis. euangelium predicasse.
In mundo enim ipse xps propheta
dictus est. sicut scriptum est.
Prophetam in gentibus posui te.
Beati ergo maiores nostri personam leonis
marci euangelistae significare
discribunt. et reuera aptissime
et uere discribitur. quia et liber eius
sic incipit. Initium euangelii
ihu xpi filii dei sicut scriptum est
in esaia pro. Ecce mitto angelum
meum qui preparabit ante faciem tuam.
Sed non est mirum quod hic esaias
pro malachia est positus. Nam
hoc testimonium certissime in
malachiam legi dinoscitur. Siquidem
esaias interpretatur salus dni.
Malachias angelus. et ideo in exordio
euangelii pro angelo id est malachias
saluatem dni. quod est esaias
uoluit nuncupare. ut per fidem
euangelii ante preteritis et futuris
sensibilem perpetuitatis induceret.
Deinde etiam quid nuncius dicerete
quod est angelus. et ale uerba ad
sumsit et dicit. Parate uiam dno
rectas facite semitas dei nri. Ut
promissa et pollicita salutis
nuntium ueritatis ostenderet
et corda hominum adpercipiendum
gratum reppararet. In hoc autem forma
leonis est. qui iohannem in deserto
predicantem et deserta animantem
ostendit. sicut dicit. Fuit iohannes

In deserto babtizans et praedicans
babtismum paenitentiae In remissione
peccatorum . Secundum animal
similem uitulo lucam dicit qui
Inter omnes euangelistas graecis
sermonis eruditus ut medicus In graecia
euangelium scribit theofilo episcopo
Initium nta sacerdotali spiritu dicens .
Fuit In diebus erodis regis . Iudeae sacer
dos zaccarias . Ut manifestaret se
christum post natiuitatem carnis
et praedicationem euangelii hostiam
fuisse effectum pro salute mundi .
Ipse est enim sacerdos de quo dictum
est In psalmis . Tu es sacerdos
In aeternum secundum ordinem
melchi sedech . Ubi enim christus ad
uenit . sacerdotium Iudeorum ob
mutuit . Lex et prophetia cessabit .
Bene ergo lucam similem uitulo
dicit . Uitulus enim In persona
ponitur sacerdotum . sicut dicit
In esaia . Beati qui seminatis
super omnes aquas . Semen uerbum
dicit . Aquas populum . Inmittentes
pedem bobis et asini . Idest Iudaici
et gentilis populi . et hic Initium
suum de zaccariae sacerdotio
adsumsit et dicit . Fuit In diebus
herodis regis . Iudeae sacerdos nomine
zaccarias . Tertium animal
habens faciem similem hominis .
Matheum dicit qui primus euange
lium conscripsit litteris ebraicis .
et sermonibus In Iudea . Initiumque

euangelizare . ab humana christi
natiuitate dicens . Liber genera
tionis Ihesu christi filii dauid filii abraham .
Significans descendisse corporaliter
germine patriarcharum christum .
sicut promissum erat In prophetis .
per spiritum . quia genealogia domini
secundum carnem uoluit In suo libri
matheus principio nuntiare .
Et quartum animal . aquile uolantis .
Iohannem dicit qui In asia euange
lium ultimus scribsit . Incipiens
a uerbo ut ostenderet eundem salua
torem qui pro nobis dignatus est
nasci et pati . Ipsum ante tota dei
uerbum esse . Ipsum e caelo uenisse
et post mortem ad caelum iterum
remeasse . Hi sunt quattuor
euangelistae . quos per ezechiel spiritus sanctus
significabat In quattuor animalibus .
Propter ea autem In quattuor mundi
partes . fides christianae religionis per
praedicationem disseminata est .
Animalia autem dicta sunt . quoniam
propter animam hominis praedicatur
euangelium christi . Nam et oculis
plena erant Intus et foris . quoniam
prouidentia euangelii quae dicta sunt
a prophetis . et quae promissa erant
In priori . Crura eorum recta .
quia nihil prauum In euangeliis est .
Et alas senas tegentes crura et
facies suas . Uelata sunt enim
quae agebantur In aduentu christi .
Euangelium autem graece . quod

In latino interpretatur bona
adnuntiatio. Grece enim eu
bonum dicitur. Angelum ad
nuntiatio. Unde angelus nuntius
interpretatur. Bene ergo iohannes
aquile uolanti scribitur. quia
neq; de humanitate dni neq; de
sacerdotio neq; de iohanne in
heremo conuersante. sed de terris
omnia humilia. ad ipsum altitu
dinem celi contendit. et quasi
more aquile uolantis. de ipso
proprie loquitur dicens. In principio
erat uerbum et uerbum erat apud
dm. et ds erat uerbum. hoc erat
in principio apud dm. Sed questio
oritur quomodo hec quattuor
animalia et in medio troni et in
circuitu troni plena oculis ante
et retro scribuntur. Nisi pro locis
spiritaliter intellegantur. Quod
si localiter secundum litteram intellecta
fuerint. errorem faciunt. Tum enim
supra dixerat in medio troni. sedente
xpm et per circuitum troni seniores.
Nunc autem dicit in medio troni anima
lia. et per circuitum troni eadem
animalia. sed si autem cordis
adponitis. hec omnia cognoscitis
esse spiritalia quia solum de
capite dixit et membra. Tronus
enim grece dicitur. latine sella
interpretatur quem hic aliquando
sedem. aliquando tronum dicit.
ubi xps sedeat. hic tronus ecclesia est
supra quam xps sedere dicitur.
Et hunc animalia quum dicit
in medio troni et in circuitu troni.
eadem esse animalia. id est in medio
ecclesie euangelia et per circuitum
ostendit ipsam esse et unum
omnia. Quia et euangelia in
senioribus. et seniores sine euan
gelis esse non possunt.
Quomodo enim erunt animalia
in circuitu sedis ubi iam supra
dixerat. uiginti quattuor
seniores occupasse locum. nisi
ut intellegas seniores et animalia
unum esse. In medio troni quod
dicit. in xpi corpore ecclesia con
stitutam cognosce. id est ut a capite
et membra unum hominem in
tellegas fieri. Plena oculis quod
dicit ante et retro. legem et
euangelium intellege. siue et
spm scm perpraeceptu diuina
fidelibus inspirare. et ante et retro
omnia circum inspicientia
et praeterita. et futura conspici
entia. Animal primum simile
leoni. Fortitudo ecclesie ostenditur
in leone sicut dicit. ecce uicit
leo de tribu iuda. Sed quomodo
sit fortis ecclesia. in secundo ostendit.
Simile uitulo. id est uictime.
hec est enim fortitudo ecclesie
uictimari. Et quid sit leo et
uitulus. in tertio declarat.
Habens inquid faciem sicut homo.

humilitatem dixit sancte. Que
cum habeat adoptionem filiorum
dei. videatur et homo nihil preter
humanitatem possidere. Sicut
de dn̄o dictum est. Cum esset in
forma dei. non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo sed semetipsum
exinanivit formam servi accipiens.
In similitudinem hominum factus.
et habitu inventus ut homo.
Humiliavit se. obediens factus usque
ad mortem. Et quid sint animalia
erit. In quarto conclusio dicens.
Similem esse aquile volantis.
Hic aquila nihil decertat nomina
bit. nisi ut qui fortis fuerit in
passione. sit in leone. et qui
semetipsum semel obtulerit in holo
causto. sit in vitulo. et qui
rationalis fuerit. id est preterita
recordet. presentia ordinet. futura
provideat ut eum a quo factus est
parentem cognoscat. et in opere amet.
sit in homine. et nihil ei proderit.
si more aquile in contemplationis
pinna. semper in celo oculos fixos
non habuerit. Hec fecit semper
patriarcharum et prophetarum secta
antequam incarnata esset divini
tas. Cum adhuc sol iustitie in
corpore non fulserat. et dies mani
festaretur tantum illi in istius sancti
noctem in celo. id est in secta fulgebant
sicut stelle. Post quam vero sol
veritatis ortus est. et diminutus est

sue lumen pertinens manifestavit.
et subditus legi ministrorum se ostendit.
et apostolos duodecim. ut diem facere
elegit. In hec quattuor animalia
omnem sectam congregavit.
Et dum illa erat aliquis complesset.
more aquile in quarto in celo ubi
ad uber suum ire conspexerat. semper
contemplationis oculos figeret. ut
semper libera arte suspensus duorum
testamentorum gubernaculis eleva
retur. Hec fuerunt membra qui cum
capite capiat esse unitatem. Hec quat
tuor animalia. singula autem
habebant alas senas per circuitum.
In hec quattuor animalia ostendit
viginti quattuor seniores.
Num sene ale quattuor animalibus viginti
quattuor ale sunt. et in circuitu
sessioni vidit animalia ubi se dixerat
seniores vidisse. Nam quomodo
animal sex alas simul potest esse
aquile. cum aquila duas habeat
alas. Et quomodo illa erat
animalia. id est leo. vitulus. et homo
alas habere dicuntur. cum eorum
per speciem habere non videntur.
Sed hoc in misterio. non ratione
esse credimus. Senas autem alas
habere describuntur. quia in his
sex diebus ebdomade peraguntur
quo mundus constat sui vaticinii
verba diffundunt. quod quater
autem senas alas habere dicuntur.
quod duodecim bis. viginti

quattuor sunt. Idest bis duodenus
patriarcharum et apostolorum sancta
doctrina est qui sui mundum uitae
enim praeconio docuerunt. In hac
eademque doctrina. lucis aeternitatis
exponitur. et sine requie scs tertio
repetitum nomen adscribitur.
Quae lucis ad unum omni potentiam
per lucem dei unius substantiae
manifestat. hunc ante omnia
et per omnia et post omnia sancta
memoratorum uatum doctrina
praedocuit eandemque uenturum
ad iudicium summum cum omnibus per
sanctorum adstruunt uoces. et quia
aquila esse eum diximus. dignum est
ut duas alas eius interpretando
duo testamenta esse dicamus.
per quibus certe ad caelum uolare
dinoscitur. Sic enim in hac aquila
conclusit omnia. et ceteris animalibus
aquila posuit ultima. et quia
illa erit non uolunt. sed sicut sola:
aperte cognoscit quae in contempla-
tionis mente defigitur. Ipsa
nuncupari certe. In ezechielo uero.
per scm prophetae spm. haec pinnata
animalia. subtiliter scribuntur.
Ut haec euangelistarum significaret
personas ipsa nobis subtiliter
discriptionis aperiunt. nihilque sermo
dei nostro intellectum dubietatis relin-
quat. Ecce enim dicitur similitu-
do autem uultus eorum. facies
hominis. et facies leonis. a dextris
ipsorum quattuor. Faciem bobis.
a sinistris ipsorum. a sinistris ipsorum
quattuor. et facies aquile desuper
ipsorum quattuor. Quod enim
quattuor haec pinnata animalia.
sanctos quattuor euangelistas. ipsa
unius cuiusque libri euangelici
initia testantur. Nam quia
ab humana generatione cepit.
iure per hominem matheus.
quia per clamorem in deserto. recte
per leonem marcus. quia a sacrificio
exorsus est. bene per uitulum lucas.
Quia uero a diuinitate uerbi cepit
digne per aquilam significatur
iohannes dicens. In principio erat
uerbum. et uerbum erat apud deum.
et deus erat uerbum. Dum ipsa
diuinitatis substantiam intendit
quasi more aquile oculos in caelo
fixit. Sed quia electi omnes
membra sunt redemptoris nostri.
Ipse autem redemptor noster caput est
omnium electorum. per hoc quod
membra eius figurata sunt nil
obstat. si etiam in his nominibus
animalium et ipse signetur.
Ipse enim unigenitus dei filius ueraciter
factus est homo. Ipse in sacrificio
nostre redemptionis dignatus est
mori ut uitulus. Ipse per uirtutem
sue fortitudinis surrexit ut leo.
Leo uero apertis oculis dormire
perhibetur. quia in ipsa morte
in qua ex humanitate redemptor noster

dominice potentie et divinitatis
sua inmortalis permanendo
vigilabit. Ipse etenim post
resurrectionem suam ascendens
ad caelos in superioribus elevatur
ut aquila. Totum ergo simul
nobis nascendo homo.
et moriendo vitulus. et resurgen
do leo. et ascendendo ad caelos.
aquila factus est. Sed quia per
haec animalia evangelistas
quattuor. et sub eorum specie
simul perfectos homines iam
superius significari diximus. restat
ut quomodo unusquisque electorum
in istis animalibus virtutibus expri
matur. ostendamus. Omnis etenim
electus viam domini perfectus
et homo. et vitulus. et leo simul
et aquila est. Homo enim ratio
nale est animal. Vitulus autem
in sacrificio mactari solet.
Leo vero fortis est bestia sicut
scriptum est. Leo vero fortissimus
bestiarum ad nullius pavebit
occursum. Aquila. ad sublimia
evolat. et in reverberatis oculis
solis radiis intendit. Omnis itaque
qui in ratione perfectus est homo
est. Et quoniam semetipsum ab huius
mundi voluptatibus mortificat.
vitulus est. quia vero ipsa sua
voluntaria mortificatione
contra diversa omnia fortitudinem
securitatis habet. leo est.

Unde scriptum est. Iustus autem
quasi leo confidens absque terrore erit.
Certissime. Iste talis leo est.
Qui vero sublimiter contemplatur.
ea quae caelestia atque aeterna sunt
aquila est. Igitur quoniam iustus
quisque ad rationem homo. per sacri
ficium mortificationis suae vitulus.
Per fortitudinem securitatis leo.
Per contemplationem vero efficitur
aquila. recte per haec sancta
animalia signare unusquisque
perfectus potest. Quod idcirco
dicimus ut ea quae de quattuor animalibus
dicta sunt pertinere quoque etiam
ad perfectorum singulos demonstremus.
Sed grandis nobis de sanctis evange
listis et sanctis praedicatoribus quaestio
oritur quia homo et leo a dextris
ipsorum quattuor habere perhibentur.
Neque enim sine admiratione est.
quia duo illa a dextris et unum
hoc esse a sinistris dicitur.
Et rursum quaerendum quia aquila
non a dextris ut sinistris. sed super
ipsorum quattuor esse memoratur.
Duas itaque quaestiones ablecimus quas
oportet ut aperiente domino dissolvamus.
Homo igitur et leo a dextris. vitulus
vero a sinistris esse perhibetur.
A dextris etenim laetitiam. a sinistris
vero tristitiam habemus. Unde et
sinistrum nobis esse dicimus hoc quod
adversum esse deputamus.
Et sicut praefati sumus per hominem

incarnatio. Per vitulum passio.
Per leonem vero victoris nostri resurrec
tio designatur. De incarnatione
autem unigeniti filii quo redempti
sumus, omnes electi laeti sunt.
De morte vero illius ipsi electorum
primi apostoli contristati sunt.
Qui laetum de eius resurrectione gavisi
sunt. Quia eius ergo nativitas
et resurrectio laetitiam discipulis
praebuit, quos eius passio contristabit.
homo et leo ad dexteram. Vitulus vero
a sinistris eis fuisse. Ipsi namque
evangelistae sancti de eius humanitate
gavisi sunt. De eius resurrectione
confirmati, qui de eius passione
fuerunt contristati. Homo ergo
et leo ad dexteram erat, quia redemptoris
nostri eos incarnatio laetificabit,
resurrectio confirmabit.
Sed vitulus a sinistris, quia mors
illius eos ad momentum temporis
in infidelitate prostravit. Iure
autem locus aquilae non legitur, sed
desuper esse describitur. Quia per hoc
quod eius ascensionem signat, seu
quia verbum patris dei apud patrem
esse denuntiat. Super evangelistas
ceteros Iohannes virtute contempla
tionis excrevit, cum quibus et simul
de eius deitate loquitur. Hic autem
omnibus subtilius contemplatur.
Sed si aquila cum ceteris animalibus
adiuncta quattuor animalia
esse memorantur, mirum quomodo
desuper ipsorum quattuor esse
describitur. Nisi quia Iohannes
per hoc quod in principio verbum
vidit, etiam super semetipsum
tetendit. Nam si non tetendisset,
verbum in principio non vidisset.
Qui ergo et semetipsum transgressus
erat, non iam solummodo super tria,
sed adiunctus etiam super quattuor
fuit. Sequitur: Et facies eorum
et pinnae eorum extentae desuper.
Facies et pinnae extentae desuper
scribuntur, quia omnis intentio
omnisque contemplatio sanctorum
super se tendit, ut illuc possit
adipisci quod in caelestibus appetit.
Sive enim bono operi seu vero
invigilet contemplationi, tunc
veraciter hoc quod agit bonum erit,
quando ei placere concupiscit
a quo est. Nam qui bona agere
videntur, et per haec non deo sed
hominibus placere desiderant, in
intentionis suae faciem deorsum
ponunt. Et quod in sacro eloquio
ea quae divinitatis sunt con
templantur, ut per hoc quod intellegunt
occupari ad quaestiones possint,
quia non dulcedine beatitu
dinis satiari appetunt, sed
doctus videri, isti sine dubio
intellectus sui pinnas desuper
non extendunt. Quorum sensus sui
vigilantia in terreno appetitu
occupat, pinnas sublevare

In altum et quibus sublevari ipse
potuit. in altum deponit.
quia intepersandum erat. ut omne
bonum quod agitur. per intentionem
semper ad celestia levetur.
Qui enim per bona que facit
terrenum questum concupiscit. pinnas
suas et faciem deorsum deprimit.
Hinc per prophetam de quibusdam
dicitur. Victimas in profundo
deferebant. quid enim sunt aliud
lacrime orationis. nisi victime
orationis nostre. Sicut scriptum est.
Sacrificium deo spiritus contribulatus.
Et sunt nonnulli. qui propter hoc se
in prece lamentis afficiunt. ut
vita terrena lucra adquirant.
ut hominibus sancti videantur.
Quid isti nisi victimas in profundo
deferunt. qui per hoc quod que
in terreno amore sunt sequuntur.
orationis sue sacrificium deorsum
ponunt. Electi autem. quia et in bo
no opere omnipotenti deo placere
appetunt. et per contemplationis
gratiam eternam iam beatitudinem
degustare concupiscunt. faciem
et pinnas desuper extendunt.
Sequitur. Due pinne singulorum
iungebantur et due tegebant
corpora eorum. Dictum fuerat
facies et pinne eorum extente
desuper. Atque mox subiunctum est
hoc quod diximus quia due pinne
singulorum iungebantur ubi aperte

Intelligitur quia extendebantur
desuper. et iungebantur. Due vero
tegebant corpora eorum. quid autem
pinnas animalium. nisi alas
nominamus. Qua in re nobis diligen
ti perscrutatione querendum est.
Que sunt quattuor pinne sanctorum.
ex quibus due extente iunguntur.
Due vero. eorum corpora tegunt.
Si enim vigilanter aspicimus. quat
tuor esse virtutes invenimus.
quibus sancti ad volatum pinnati
animi levant. In futuris videlicet.
amor et spes. De preteritis autem
timor et penitentia. Pinne ergo
sibimet iuncte superius extenduntur.
quia sanctorum mentem amor et spes
ad superna elevant. que ubi et
quoque coniuncte nominantur.
quia electi sine dubio amant celestia
que sperant. et sperant que amant.
Due vero corpora tegunt. quia timor
et penitentia ab omnipotentis dei
oculis eorum mala preterita
abscondunt. Due itaque ut dictum
est pinne iunguntur quando amor
et spes electorum corda ad superiora
elevant. ad celestia suspendunt.
Due autem pinne tegunt corpora.
quando eorum mala preterita
a conspectu eterni iudicis timor
et penitentia abscondunt.
Inde enim quod se peccasse meminerunt
quia penituerunt et defluunt.
quid aliud quam corpus eo operiunt.

Quia facta carnalia per superducta
bona adtritae quam ne abscondunt.
Scriptum quippe est. Beati quorum
remissae sunt iniquitates. et quorum
tecta sunt peccata. Peccata enim
tegimus. cum bona facta malis
actibus superponimus. Omne enim
quod operitur. inferius ponitur
et hoc unde operitur desuper dicitur.
Quando enim abnegamus mala
que fecimus. et elegimus bona que
faciamus. quasi quo operimentum ei
rei superducimus. quam erubescimus
videri. Quamlibet enim sancti viri in
hac vita sint. habent tamen
quod ante dei oculos operire debeant.
Quod omnino est inpossibile. ut et in
opere. et in locutione numquam
delinquant. Unde beatus Iob.
qui perfectam quidem omnium dixerat
dei tamen vocem audiens. se que ipsum
de ipsa sua perfecta locutione
reprehendens dicebat. Manum
meam ponam super os meum.
In manu quippe. operatio. In ore.
locutio est. Manum ergo super os.
ponere est. peccata locutionis per
virtutem boni operis tegere.
Libet fratres karissimi. adhuc vos ad testimonium
magistrum gentium paulum
vocare qualiter sanctum illum animal
alis quattuor innititur aspicere.
Ex quibus duabus ad superiora per
volat duabus vero pinnis corpus con
tegit. quia praeterita quae egerat abscondit.

Videamus igitur quantus hunc amor
ad celestia elevet cum dicit.
Mihi vivere christus. et mori lucrum.
Cognoscamus quanta spe ad superiora
adtollitur cum dicit. Nostra con
versatio in celis est. unde et iam
expectamus dominum nostrum Ihesum christum.
Videamus si et inter tantas virtutibus
positus adhuc timet. Castigo
corpus meum et servituti subicio.
ne forte cum aliis praedicaverim
ipse reprobus efficiar. Cognoscamus
si hunc mala fecisse paeniteat.
Ego sum minimus apostolorum qui
non sum dignus vocari apostolus.
quia persecutus sum ecclesiam dei.
In quibus verbis quid aliud quam
duritiam nostrae mentis accusat.
Quia ipse plangit quod ante baptismum
commiserat. Nos vero et post bap
tisma multa mala committimus.
et tamen flere recusamus. Quattuor
itaque pinnis sancta animalia utuntur.
quia et per amorem et spem adcelerant
evolant et per timorem et paenitentiam quae
facta sunt inlicita deplorant.
Sed quia dictum est. duae pinnae
singulorum iungebantur. hoc
fortasse intellegitur. quod non
pinnis propriis evolant singula
sed unius ad alterum pinna con
iuncta sit. Ita pinnae videlicet
electae. vicissim sibi in coniunc
tionem concordiae. Quae inter
quaestio oritur quasi duo pinnae

que elevantur amorem aeternitatis
duę vero quę corpora tegunt.
timorem aeternitatis designant.
quia duę quae sursum sunt. dicuntur
esse iunctae. et duę quae corpus
tegunt. non dicuntur. Sed hac
in re facilis deo largiente sensus
occurrit. quod sanctorum pinne
iunctae sunt. amor aeternitatis.
Duę vero pinne que corpora tegunt
sibi metipsis ad alterum iunctae
non sunt. Timor aeternitatis.
David enim pro lapsum carnis temptan
do aeternitatis et affligendo penituit.
Petrus casum perfidie flevit amare.
Paulus iste crudelitatem prioris
persecutionis plangit. Omnes
autem unam patriam appetunt.
ad unum auctorem omnium. per
venire festinant. Duę ergo singu
lorum pinne iunctae sunt.
et duę non sunt. Quia per amorem
aeternitatis unum erat quod desiderant
sed per timorem aeternitatis
diversum erat quod deplorant.
Sequitur. Et unum quodque eorum contra
faciem suam ambulat. Dictum
superius fuerat unum quoque con-
tra faciem suam gradiebatur.
Nunc autem dicitur. quorum faciem
suam ambulabat. Ipsa itaque
repetitio videtur esse sententiae.
Sed quia coram in presentia dicimus.
possumus sub aliis inquirendo
discernere. quod sit ante faciem
ambulare. atque aliud in presentia.
Ante faciem quippe ambulare est
sibi metipsi. absentem non esse.
Omnis etenim iustus qui vitam suam
sollicitus aspicit et diligenter con
siderat qualiter cotidie in bonis
crescat. aut fortasse qualiter
a bonis deficiat. iste quisque ante se
ponit. coram se ambulat. quippe
qui vigilanter videt. utrum surgat
an defluat. Quis ergo vitę suę
custodiam neglegit discutere
quę agat. quę loquitur. quae cogitat.
aut despicit. aut nescit. quorum se
iste non ambulat. quia qualis sit
in suis moribus vel actibus ignorat.
nec sibi metipsi presens est. qui
semetipsum cotidie perquirere
atque cognoscere sollicitus non est.
Ille autem se veraciter se ante se ponit.
sibi quoque in presentia est. quia se in suis
actibus tamquam alium attendit.
Nam sunt multa peccata
quae committimus. sed idcirco
nobis gravia non videntur. quia
privato nos amore diligimus.
claudit nobis oculos. in nostra decep
tione blandimur. Unde fit
plerumque ut et nostra gravia mala
leviter. et proximorum mala
gravius iudicamus. Scriptum
quippe est. Erunt homines
se ipsos amantes. Et scimus quia
vehementer claudit oculum cordis
amor privatus. Ex quo fit ut hoc

quod nos agimus. et graue esse non examinamus. plerumque agitur a proximo et nimis nobis detestabile esse uidetur. Sed quare hoc quod in nobis uile uidetur. et nobis graue uidetur in proximo. nisi quia nec nos sicut proximum. nec proximum conspicimus sicut nos. Si enim nos sicut proximum aspiceremus. nostra reprehensibilia districte uideremus et rursum. Si proximum aspiceremus ut nos. numquam nobis eius actio appareret intolerabilis.

Qui sepe fortasse talia agimus. et nihil in nobis proximo intolerabile facere putamus. Hoc male diuisum mentis nostrę iudicium corrigere per legis preceptum moyses studuit. cum dixit.

Ut talis esset statera modius equusque sextarius. hinc salomon ait. Pondus et pondus. mensura et mensura. utrumque abominabile est apud dominum. Scimus quia in negotiatorum duplici pondere aliud maius. aliud minus est.

Nam aliud pondus habent a quo appendunt sibi. Aliud pondus a quo appendunt proximo.

Ad donandum pondera leuiora.

Ad accipiendum uero grauiora preparant.

Omnis itaque homo qui aliter pensat eaque proximo. et aliter ea quę sua sunt. pondus et pondus habet. Utrumque ergo abhominabile est apud dominum.

Quia sic proximum ut se diligere. hunc in bonis sicut se amare. et sicut se sicut proximum aspicere. se in malis sicut proximum iudicare. Debemus ergo nosmet ipsos sollicite uidere. nosque ipsos ut dictum est ante nos ponere.

Ut pinnata animalia incedunt et imitantur. scimus quod agimus coram facie nostra semper ambulant.

Peruersi autem sicut paulo ante illum diximus. quorum faciem suam non ambulant. quia ea quę agunt numquam considerant. Ad inferiora autem tendunt prauis actibus exultant.

De quibus scriptum est. Qui letantur cum male fecerint. et exultant in rebus pessimis. Sepe uero iustus qui eos conspicit. deflet sed ipsi freneticorum more plangunt et rident. Alii indignatibus de rebus propriis multa largiuntur. sed cum occasionis tempus uenerit in digentes opprimunt. eosque quibus ualuerint rapinis debastant.

Ponunt ante cogitationis suę oculos bona quę faciunt. et non ponunt pessima quę committunt.

Hii uidelicet coram faciem suam non ambulant. quia sibi met ipsis preferentes estimant. cunctas subtiliter quę agunt uidentes. et qualiter bona opera malis actibus perdunt agnoscentes. Sicut scriptum est. Et qui mercedes congregabit

mista est in saeculo perditio.
De perdito quippe saeculo aliunde
est quod alium damnat:
quia indiscrete mentem mentalesque
et bono opere adquiruntur. non
aspiciunt quomodo et malo opere
perduntur. Alius castitatem
corporis servat. sed vigilanter circum
inspicit ne quid foris reprehensibiliter
admittat. Suis contentus est.
Alienum non diripit. sed tamen in
corde odium fortasse contra proxi
mum servat. et quem scriptum
sit. qui odit fratrem suum homi
cida est. Considerat quam sit
mundus in opere. et non perpendit
cum sit crudelis in mente. Quid iste
nisi metipsi sapiens est. qui in
cordis sui tenebris ambulat. et
ignorat. Alius iam aliena non
diripit. iam corpus ab inmunditia
custodit. iam mente pura proximum
diligit. et malorum praeteritorum
conscius lamentatus se in precibus
afficit. Sed fortasse precum
de quibus in hoc mundo gaudeat
requirit. et temporalibus gaudiis
neglegentem animum dimittit.
Nec curat nec in eo lacrimarum
maerorum inmoderata gaudia
temperat. Fitque ut a bonum nimis
ridendo perdat. quod plangendo
lucratus est. Hic itaque coram faciem
suam non ambulat. quia dum ne
quae patitur conspicere nescit.

Scriptum quippe est. Cor sapientium
ubi tristitia est. et cor stultorum
ubi laetitia. Incunctanter ergo quaecumque gerimus.
diligenter nos metipsos conspicere
de interius et exterius debemus.
Ut pinnata animalia sequentes
nobis metipsis praesentes simus.
Ante eorum faciem nostram semper ambulantes.
Quid est ergo quod post se propheta
vocem audit commotionis magnae.
nisi quod post sermonem praedicationis.
qui fit a corde peccatorum. lamenta
paenitentium secuntur. Perversi etenim
qui dum prave agunt. altum sensum
non audiunt. nesciunt quam sint
gravia quae committunt. Atque
et sua ignorantia in suo tempore
securi sunt. et laetantur in culpis
quasi molliter quiescunt. Sicut
de quodam peccatorem et securo per propheta
dicitur. Requievit in faecibus suis.
quia securus laetatur in peccatis.
Quam vero audire perversi verbum
praedicationis ceperint quae sint
supplicia aeterna cognoscere. qui
terror iudicii. quam subtilis
examinatio de singulis quibusque
peccatis. illico contremescunt.
Inplentur gemitibus et non se capientibus
suspiriis afficiuntur. atque magno
pavore concussi. in lamenta et
fletibus erumpunt. Prophetam
vox magnae commotionis sequitur
quia post verbum praedicationis
conversorum vero paenitentium luctus

audiantur. qui enim prius quieti
iacebant inuulnerati. tacti post
modum manu medicine cum dolore
sentiunt ad salutem. De hac commo
tionem paenitentium. per prophetam
alium dicitur. pedes eorum steterunt.
et commota est terra. Quia cum
ueritatis uerba in mente audien
tium figuntur ipsa mens in sui
consideratione turbata commouetur.
Hinc psalmista pro peccatoribus conuersis
dicit. qui sedet super cherubin
moueatur terra. hic pro affectibus
et paenitentibus deprecans ait.
Commouisti terram et conturbasti
eam. sana contritiones eius quia
mota est. Terra quippe commota
et turbata est peccator de cogni
tione reatus sui anxius. et ad paeni
tentium lamenta perducatur.
Peccanti enim homini dictum est.
Terra es et in terram ibis. Et terrae ergo
uocantur contritio terrae qui
mota est. quoniam peccator qui
de culpis suis affligitur. de caelestis
misericordiae gaudio consolatur.
Haec est itaque uox commotionis magnae
quando unusquisque sua acta
diiudicans. in supplicatione paenitentiae
turbatur. Sed quid uox ipsa
dicat audiamus. Benedicta gloria
domini de loco suo. Locus enim
maligni spiritus fuerant corda peccan
tium. sed quum sibi mala ipsa
sunt per paenitentiam sentiunt.
adiutum gloriae domini locus fiunt.
Cum enim se contra se erigunt.
Cum paenitentiae lacrimis insecuntur
mala que commiserunt. Inde ergo
auditur benedictio gloriae in laude
dei. unde prius sonabat creatoris
iniuria de amore praesentis saeculi.
Et corda paenitentium fiunt domino
locus suus que prius in peccatis
positi fuerunt locus alienus.
Ipsi autem quia peccatis suis ad dominum
conuertuntur. non solum delicta
lacrimis puniunt que fecerunt.
sed etiam miris operibus. ad alta
proficiunt uelut sancta animalia
dei omnipotentis fiunt ut signis
et uirtutibus ad alta euolant.
Uita terrarum funditus deserunt.
et accepto dono se ad caelestia
per desiderium suspendunt.
De quibus adhuc subditur.
Et uocem alarum animalium
percutientium alteram ad alteram.
Audiuit post se propheta uocem
commotionis magnae. quia
sicut dictum est uerbum praedica
tionis. luctum paenitentium
sequitur. Audiuit post se uocem
animalium alarum quia et pro
luctu paenitentium. oriuntur
uirtutes sanctorum. Tanto magis
in sancta oratione proficiunt quanto
se ante cognitionem uitae nequitias
egisse meminerunt. Sed est in his
uerbis magna dubitatio. quia

non aperte per prophetam dicitur?
Alarum unum quoque animal
alas suas in semetipsis percutiunt.
Hoc non tacet? haec eadem animalia
alis suis se uicissim feriunt. ut ala
huius alterum. et ala alterius istud
animal tangat? Sed quia plerumque
in sacro eloquio ideo aliquid obscure
dicitur. ut dispensante deo
mirabiliter multipliciter exponatur. nos curiositate utrumque
exponere largiente domino debemus.
Saepe iam alas animalium uirtutes
diximus esse sanctorum. Quomodo ergo
unum quoque animal alas suas
excutientes alterum percutiat.
nisi quod aperte datur intellegi.
quia sancta animalia efficimur
uirtus in nobis uirtutem excitat.
dum unum alterum ad perfectionem
pulsat. Ecce etenim quis habet
uerbi dei scientiam et per eandem
scientiam didicit ut uiscera
eorum misericordiae habeat.
Per scientiam quippe uerbi dei
dicit date elemosinam. et ecce
omnia munda sunt uobis.
Quam iam esse misericors in elemosinis
ceperit uerba sanctae auctoritatis
legit. Et quid in eis de misericordia
dicatur. uberius experimentum
intellegit. Ibi enim scriptum est.
pater eram pauperum. Quid est
ergo quod haec pinnata animalia
uicissim alas ad alterum feriunt.
nisi quod omnes sancti se inuicem suis
uirtutibus tangunt. et tanta ad
profectum excitant ex consideratione
uirtutis alienae. Non enim uni datur
omnia. ne in superbia elatus cadat.
Sed huic datur quod tibi non datur.
et tibi datur quod illi negatur.
Ut dum iste considerat bonum quod
habet. et ipse non habeat. et sibi
in cogitatione praeferat. et rursum
dum habere illum conspicit. quod
ipse non habet et illi in tacita cogitatione postponit. et fiat quod
scriptum est. Superiores sibi inuicem
arbitrantes. Ut enim pauca ex multis
loquar. Iste mirae abstinentiae
uirtus tribuitur. et tamen uerbum
scientiae non habet. Illi datur.
uerbum scientiae. et tamen uirtutem
perfectae abstinentiae adprehendere
conatur. et non ualet. Huic libertas
uocis tribuitur. ut oppressis quibusque
protectionis solatium impendens
ad defensionem iustitiae libere loquatur.
Sed tamen adhuc multa in hoc mundo
possidens relinquere omnia uolet.
et non ualet. Illi uero iam datum est
omnia terrena relinquere ut nihil
in hoc mundo cupiat habere.
Sed tamen auctoritatem uocis contra
peccantes quosque non praesumit
exercere. et qui ideo plus loqui libere
debuit. quia iam non habet unde
in hoc mundo teneatur. loqui contra alios libere recusat. ne ipsa

vitae suae quietem perdidit. Iste virtute
prophetiae. ditatur et multa lumine quae
ventura sunt praevidet. sed tamen
praesentes proximi aegritudines
conspiciens adhuc compatiens non
valet curare. Ille ditatus est cura
tionis gratia atque a corpore
proximi molestiam quam in praesentiam
orationibus repellit. Sed tamen
qui se ipsum paulo post sequatur
ignorat. Miro itaque dispensatione
omnipotens Deus. sic in electis suis
sua dona dispensat. ut et isti det
quod illi negat. et alterius multis
quod alteri minus tribuat. Quatenus
dum vel iste habere illum conspicit
quod ipse non habet. vel ille hunc
multis accepisse considerat. quod
sibi minus adesse pensat. dona
dei alter in altero. id est vicissim
homines admirentur. atque ex hoc
ipsa admiratione humilietur alter
alteri. et quem videt habere. quod
non habet eum divino iudicio sibi
praelatum putet. Alis ergo suis
vicissim se animalia feriunt cum
sanctae mentes alternis se virtutibus
tangunt et tangendo excitant.
atque excitatae ad profectum
volant. Alis ergo se tangunt.
quia inde se vicissim ad profectum
excitant. unde volant.
Hoc itaque omnipotens Deus agit in
cordibus hominum quod facit
in regionibus terrarum. Poterat

namque unicuique regioni fructus
tribuere. sed si una quaeque regio
alterius regionis fructibus non indigeret.
communionem cum altera non
haberet. Unde fit. ut huic vini.
illi vero olei habundantiam tribuat.
Hanc multitudine pecorum. illam
vero herbarum habundare faciat
frugum. Ut cum illa deferat quod
ista non habet. et ista reddat
quod illa non detulit. per
communionem gratiae sibi simul
et quam divisae terrae coniunctae sint.
Sicut enim regiones terrarum. ita
sunt mentes sanctorum. Quae dum
vicissim sibi conferunt quasi
fructus suos regiones. regionibus
inpendunt. ut in una omnes
caritate iungantur. Sed inter
haec sciendum est. quia sicut
electi. qui hoc semper in aliis
attendunt. quod adeo melius
acceperunt. cum ipsi ut eos sibi
in cogitatione praeferunt se illis
in humilitate sub sternunt.
Ita reproborum mentes numquam
considerant. quid alter boni
amplius quam alter habeat.
Neque enim pensant quod bona
spiritaliter acceperint et ipsi
dederint sed quae bona ipsi et quae
mala adsint alteri. Et quidem
omnipotens Deus ad hoc virtutes
singulis dividit. ut alterum
alteri in cogitatione humilia-

adhoc reprobi · perdunt bonum
quod acceperunt ut ex eo in elatione
perduntur dum semper considerant
bona quae ipsi habent · et numquam
perpendere student quanta bona
alii habent · et ipsi non habent ·
quod ergo divina pietas in augmentum
disponit humilitatis · hoc mentes
reprobae in augmentum vertunt
elationis · et ex diuturnitate muneris
a deo deficiunt unde crescere
in humilitatis bono · Propter hoc
ergo necesse est fratres mei ut in vobis
hoc semper debeatis aspicere ·
quid minus habeatis · In proximis
vero · hoc quod vobis amplius
acceperunt · Quatenus dum super
vos metipsos eos pro bono quod
ipsi habent · et vos non habetis
aspicitis · ad hoc quoque obtinent
dum et ipsum vos ex humilitate
exerceatis · Si enim et vos in illis
acceptum bonum perpenditis · et illi
in vobis considerant dona quae
habetis · vicissim vos alis
attingitis · ut certatim semper
ad caelestia evoletis ·

et intus plena sunt oculis ·

Intus de quo multis occultum
est lumen evangelii · quod non nisi
interius fidei oculis aspicitur ·
et quod ipsi sancti humilitate
concessa futurae claritatis servabuntur · Corpora itaque
animalium idcirco plena oculis
describuntur · quia sanctorum actio
ab omni parte circumspecta est ·
Bona desiderabiliter provident mala
sollerter cavent · et hoc est laboriosior
ubi sanctorum mens vehementer invigilat ·
ne intrent eorum oculos · et mala
sub bonorum specie abscondant ·
Circumspecta est ergo vita sanctorum
ne sic sit libera ut superba sit ·
quia saepe superbia excedit in verbis ·
et videri appetit libertas puritatis ·
Ne sic sit humilis ut formidolosa
quia aliquando timor restringit
animum ut loqui quae recta sunt
non praesumat · Sed in cautum
ipsa timida cogitatione ·
humilitatem esse simulat ·
Ne sic sit parca ut tenax sit · quia
plerumque tenacia parsimonium
appetit existimari · Ut larga
ac necessaria videatur tenere
quicquid egenti proximo · non
vult impendere · Quia non numquam
effusio esse misericordiam putat ·
Aliud est enim pietatis studio
necessaria proximis dare · aliud
ea quae possidentur sine mercedis
intentionis dispergere ·
Quicquid ergo agitur in iudice
intentionis · pensandum est ·
quo merito apud iudicium extremum
habeatur · Sicut salvator ait :
Si oculus tuus simplex fuerit ·
totum corpus tuum lucidum erit ·
Oculum videlicet intentionem ·

Corpus uero actionem communicans.
Quia si nostra intentio apud dominum
simplex fuerit in eius iudicio nostra
actione tenebrosa non erit.
Corpora ergo animalium plena
sunt oculis cum se hinc inde caute
circumspiciunt. Hec ergo predica-
tiones quamuis quattuor sunt.
una est tamen quia de uno ore
procedunt sicut fluuius in paradiso
cum sit unus in quattuor partes
diuisus est. Oculos autem intus et
et foris habere animalia idest
predicationem noui testamenti
prouidentiam spiritalem hostendit
qui et secreta cordis inspicit.
et superuenientiam uidet qui sunt
intus et foris. Alas senas testimo-
nia sunt ueteris testamenti librorum.
Ideoque uiginti quattuor faciunt
tali numeros quod et seniores super
tribunalia. sed sicut animal uolare
non potest nisi pinnas habeat.
ueteris testamenti. [illegible]
testimonia. per quem tollitur a terra
euolat. Semper enim quod ante
dictum est. et postea et factum in-
uenitur. Illud fidem facit indubita-
bilem. Rursum tamen et alae si non
essent animalibus. uitam unde
tenent non habent. nisi enim
que predixerunt prophetae in Christo non
fuissent completa. Inanis enim
esset predicatio illorum. hoc enim
secta catholica tenet propter

predicatum tempora et in Christo con-
summatum. Volat et mentem
tollitur a terra ubi tum animal.
Heretici autem qui testimonio
prophetico non utuntur. adsunt
eis animalia. sed non uolant
quia sunt terrena. Iudei autem
qui non accipiunt noui testamenti
predicationem. adsunt eis alae
sed non utunt. Idest inanem
predicationem hominibus adserunt
futura dicentes non consentientes.
Sunt autem libri ueteris testamenti
qui accipiuntur uiginti quattuor
ut diximus. patres apostolos iudicare
populum suum oportet. Interrogantibus
enim apostolis. et dicentibus nos
omnibus nostris relictis secuti sumus te.
quid erit nobis. respondit dominus noster.
Cum sederit filius hominis super
solium gloriae suae. sedebitis et uos
super duodecim tribunalia.
iudicantes duodecim tribus Israhel.
Sed et patribus qui ad iudicandum sunt
ista Iacob patriarcha. Dan.
iudicabit et ipse populum suum inter
fratres suos sicut una tribus Israhel.
Et a throno procedebant fulgura.
et uoces et tonitrua. et septem
faculae ignis ardentes. Significat
predicationes. et repromissiones
a deo tenemus. Nam fulgura ad
uentum domini significant.
Voces autem noui testamenti predi-
cationes. Tonitrua autem quod

celebrata sunt uerba praedicatoris
indicat turba. Faculae ignis
ardentes donum sps sci quod in
lignum passionis erat radicatum.
Et quum haec facta cecidisse dicit
uniuersos maiores natu et adorasse
dnm cum dicerent animalia illa.
gloriam et honorem id est angelica
uoce scilicet dni. et doctrina cum
adimpleret ante per illos praenuntiatum
uerbum digno moderamine conlaudant.
Scientes sectatu et uerbum dni
ministrasse. Denique et quia uiderunt
qui mortem disiungeret et coronam
immortalitatis solus dignus
summeret omnes habebant pro
gratia aliquas uictus sui obitum
coronas. Et proiecerunt coronas
sub pedibus eius. Id est propter
eminentiam uictoriam xpi omnes
uictorias sub pedibus eius. hoc et in
euangelio suppleuit spu sco
ostendendo quando exierunt
obuiam ei. alii uestimenta sua
prosternebant alii palmas et
ramos de arboribus. Duos scilicet
populos ostendens unum patriarcharum
et alium prophetarum magnorum
uirorum quia quascumque habe
bant palmas uictorias suas
contra peccatum uictori hominum
xpo eius sub pedibus iactabant.
Palma autem et corona idem signi
ficat quoniam non datur nisi uictori.
Sic illi mittentes coronas suas
clamabant dicentes. Dignus es dne
deus noster accipere gloriam et honorem
et uirtutem quia tu creasti omnia
et propter nomen tuum erant et
creata sunt. Erant inquid et
creata sunt. Et erant secundum deum
a quo cuncta priusquam facta
esse sunt. Creata sunt autem
et ut a nobis uiderentur. sicut
moyses dicit. Nonne ipse est pater
tuus qui possedit fecit et creauit te.
Possedit in praescientia. Fecit in adam
creauit cotidie. Et uidi super dexte
ram sedentis in throno librum scriptum
intus et foris signatum sigillis septem.
Liber hic qui interius et exterius
quae narrantur scriptus. praesentes
mundi omnis et creatura cuius
interiora perspicit dns et interiora
cognoscit. uel certe exterius
mundum utraque potentiae circum
scriptum uel seruatur. interius
euidentia mugetatur. Septem
sigillis signatum dicitur. ut
praesentes ebdomadis diffinitio
qua mundus constat appareat.
Siue liber scriptus duo sunt
testamenta uetus et nouum.
Quod autem dicit intus et foris.
lex est ante aduentum quod
uidetur in lectione. Intus cum
non intelligitur quia et in lege
euangelium latet sicut ezechiel
dicit rota in rota. Id est euangelium
in ueteri lege sed occultum latebat

sicut psalmographus ait: Tenebrosa
aqua in nubibus aeris: quia obs
cura est scientia in prophetis.
Sed salomonis voce adtestante
dicimus: Gloria regum est celare
verbum: et gloria dei est investigare
sermonem: Quia et honor est
hominum eorum id est regnorum
secreta abscondere: et gloria dei est.
mysteria sermonis eius praedicare
et aperire: Ipsa enim per se veritas
dicit: Quae dico vobis in obscuro
dicite in lumine. Id est aperte
exponite quae in allegoriarum
obscuritatibus auditis: Magna
vero utilitas est ipsa obscu
ritas eloquiorum dei. quia
exercet sensum fatigatione
dilatetur ut exercitatus capiat.
quod capere non posset otiosus.
Habet quoque magnum. aliud quia
scripturae sacrae intellegentia quae
si in cunctis esset aperta vilesceret:
In quibusdam locis obscurioribus
tanto maiori dulcedine inventa
reficit quanto maiori labore
fatigat animum quaesita.
Ecce enim ezechielis nunc voce
dicitur: Cumque aspicerem
animalia apparuit rota una
super terram: Quid enim rota nisi
sacram scripturam significat:
quae ex omni parte audientium mentes
volvitur et nullo erroris angulo
a praedicationis suae via retinetur:

Ex omni enim parte volvitur.
quia inter adversa et prospera
et recte et humiliter incedit:
Circulus quippe praeceptorum illius.
modo sursum. modo deorsum est:
Quia ipsa quae perfectioribus spiritaliter
dicuntur infirmi iuxta litteram
intellegunt: docti viri per spiritalem
intellegentiam in altum ducunt:
Quis namque parvulorum in facto
esau et iacob quod alter adveniente
dum mentitur ut benedicatur.
alter vero per suppositionem mentis
a patre benedicitur. nisi iuxta
sacrae lectionis historiam pensatur.
In qua videlicet historia si ad in
tellectum paulo subtilius adtin
gitur. videlicet quia iacob
primogeniti benedictionem sub
ripuit. sed ut sibi debitam acce
pit quam ut concederetur patre
decubante mercede emerat:
At vero si quis altius scrutetur
verorumque factum velamina per allegoriam
secreta discutiat: profanus
abscondita in mysterium surgit:
Quid est enim quod isahuc de venatio
nis filii sui venatione comedere
concupiscit nisi quod omnipotens
deus de iudaico populo. bonum operationem
desiderabat: Sed illo currente
minorem rebecca sub posuit:
quia dum iudaicus populus bona opera
foris quaerit gentilem populum mater
gratiae introduxit: ut omni parte

patri cibum boni operis afferret. et benedictionem maioris fratris acciperet. qui eosdem cibos. et domesticis animalibus prebuit. Quia gentilis populus placere deo de ceterioribus sacrificiis non querens per vocem prophete dicit. In me sunt deus vota tua que reddam laudationis tibi. Quid est quod hisdem Iacob manus ac bracia et collum edinis pellibus texit. Nisi quod eis pro peccato offerri consuevit. et gentilis populus cultus quidem in se peccati mutavit. Sed quo operatum se peccatis cumulis non erubuit confiteri. Quid est quod vestis fratris maioris induitur. nisi quod sacre scripture preceptisque maiori populo data fuerunt in bono operatione vertitur et ceteris minor in domo vivitur quem maior foris gentis intus reliquid. Quia illa gentilis populus precepta tenet in mente. que iudaicus populus habere non potuit dum solum in eis litteram adtendit.

Et quid est quod Isaac eundem filium nescit quem benedicit nisi hoc quod de gentili populo dominus per psalmistam dixit. Populum quem non cognovi servivit mihi ob auditu auris obaudivit mihi. Quid est ergo quod presentem non videt et tamen que ei in futuro ventura videt. Nisi quod omnipotens deus cum populus suus predicaverit gentilitati gratiam per se rogandum eum in presentiam per gratiam non vidit. Que tunc in carne derelinquit et tamen quia quandoque collecturus erat per benedictionis gratiam previdit. Unde idem Iacob gentilis populi figuram tenens in benedictionem dicitur. ecce odor filii mei. sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Sicut enim in evangelio veritas dicit. Ager est hic mundus.

Et quia gentilis populus ad fidem perducitur per electos suos in universo mundo virtutibus redolet. odor filii odor agri pleni. Aliter namque olet flos uve. quia magna est virtus et opinio predicatorum quod ebriant mentes audientium. Aliter flos olive. quia suave est opus misericordie quod more olei refovet et lucet. Aliter flos rose. quia mira est fraglantia que rutilat et redolet et odore martyrum. Aliter flos lilii quia candida tamen est. de incorruptione virginitatis. Aliter flos viole. quia magna est virtus humilium. quia et de desiderio locum ultimum tenet se per humilitatem in altum licet non sublevet. tamen celestis regio purpuram in mentem servat. Aliter redolet spica quum ad maturitatem perducitur. quia et bonorum operum perfectio ad societatem eorum qui iusticiam esuriunt perpetuatur.

Quia ergo generaliter populus in electis suis
ubique per mundum sparsus est. et certis
virtutibus quasi vita omnipotentis
qui intellegunt odorem bone opinionis
replet. dicitur recte. ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni. sed
quia eandem virtutem et sanctitatem ipsa
non habet. adiungitur. cui benedixit
dominus. et quoniam hisdem electorum
populus per quosdam etiam in contem
platione surgit. per quosdam vero
in actione vitae solummodo opera
pinguescit. recte illic additur.
Det tibi dominus de rore celi et pinguedine
terre. Ros enim desuper et subtiliter
cadit. et quotiens de rore celi
accipimus. totiens per infusionem
contemplationis in altum rapimur
aliquid tenuiter videmus. quando
vero bona opera etiam per corpus
agimus et terre pinguedine ditamur.
Quid est autem quod esau ad patrem
auditur dicta. nisi quod iudaicus
populus ad placandum domino sero revertitur.
Cui et lege in benedictione dicitur.
Tempus veniet cum solvatur iugum
de collo tuo. quia videlicet peccati
iudaicus populus in fine liberabitur.
sicut scriptum est. Donec plenitudo
gentium introiret. et omnis israhel sic
salvus fieret. quam non parvulorum
ipsa evangelica sanctitas in miraculi
operatione reficit. quod idrias
vacuas dominus aqua impleri precepit.
eandemque aquam statim in vino
vertit. Sed cum angelicas uoces
in celum audiunt et sancti sanctitatis
expectando venerantur. quid interius
intuita requirunt. Qui enim mutare
aquam in vino potuit etiam
vacuas idrias valuit vino statim
replere. Sed impleri idrias aqua
iubet. quia prius et sacre lectiones
sanctitatis corda nostra replenda sunt
et aquam nobis in vino vertit.
quando ipsa sanctitas per allegoriae
misterium inspiratam nobis intellegenti
am. commutatur. Rota ergo
quasi per terram volvitur. quia
parvulis humili sermone con
cordat. et tamen magnis spiritalia
infundit quasi circulum in alto
levat. et inde rursum erigitur
unde terram tangere paulo ante
videbatur. Quia vero undique
aedificat quasi circulum rota
currit. Unde et in lege scriptum est.
Facies candelabrum ductilem
de auro mundissimo. hastile eius
et calamos sciphos. et sperulas
ac lilia ex ipso procedentia.
quis in candelabro nisi redemptor
humani generis designatur.
qui in natura humanitatis.
infulsit lumen divinitatis
ut mundum candelabrum fieret.
quatenus in eius lumine omnes peccatores
in quibus lucerent tenebris videantur.
qui pro eo quod naturam nostram
sine culpa suscepit. tabernaculum

tabernaculum ex auro purissimo fieri iubetur. Hastile autem feriendo producitur quia et redemptor noster qui ex conceptione et nativitate perfectus deus et homo extitit. passionem et dolores pertulit. et sic ad resurrectionis gloriam pervenit.

Ex auro mundissimo hastile cum delubrum fit. quia et peccatum non habuit. et tamen eius corpus per passionis contumelias ad inmortalitatem profecit. Nam secundum divinitatem animae quo percussionibus potuisset proficere omnino non habuit. In membris autem suis que nos sumus cotidie. percussionibus proficit. Quia dum nos tundimur et efficimur ut eius esse mereamur. Ipse proficit. de cuius corpore scriptum est. Ex quo totum corpus per nexus. et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Corpus quippe illius. nos omnes sumus. Per nexus autem et coniunctiones corpus ligatur quia dum capiti pectus. dum pectori brachia. Dum brachiis manus. Digiti manibus sunt coniuncti ac membra ceteris membris inherent. corpus omne efficitur. Sunt sancti apostoli quia redemptori nostro propinqui extiterunt quasi pectus capiti inherent. quos quia imitatores sunt secuti. quasi coniuncta brachia pectori fuerunt. quibus dum pastores et doctores subiuncti sunt per bonum opus. manus brachiis inherent. Hoc vero omne opus redemptoris nostri. cotidie per nexus et coniunctiones corpus ligatur. subministratur in celo. Quia cum tantum illuc electi ducuntur. et sua membra coniunguntur.

De quo benedicitur. subministratum et constructum crescit in augmentum dei. quia deus omnipotens redemptor noster qui in se quod proficiat non habet. adhuc per membra sua cotidie. augmentum habet. Unde rursus scriptum est. donec occurramus omnes in virum perfectum. In mensuram etatis plenitudinis christi. Hastilem vero eius dum candelabri. Ipsa sancta debet intellegi qui corpus eius est. quia in tantum adversa libera adstat.

Calami autem qui de hastile prodeunt predicatores sunt. qui dulcem sonum in mundo ediderunt. videlicet canticum novum. Scyphi autem uno repleri solent. quid ergo mentes auditorum. nisi scyphi sunt qui scientie predicantibus. uno scientie replentur. Sphaerula autem. quid est aliud. nisi volubilitas predicationis. Sphera enim ex omni parte volvitur. et predicatio quae nec ad adversitatem retineri potest nec prosperitatibus elevatur. sphera est quia et inter adversa fortis. et inter prospera humilis. Nec timoris habet angulum nec elationis. In cursu ergo suo figi non valet. quia per cuncta se

volubilitate currat. Ita autem hoc quod exempli causa protulimus exsequimur. Bene post columnas, scyphos et sphaerulas in candelabro lilia describuntur. Quia postquam, ut diximus, praedicationis gratiam vas volubilitatem, illa vitae patria sequitur quae animabus sanctis. Id est floribus vernat aeternis. Sphaerulae enim ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. Itaque sicut apud Moysen sphaerula doctrina praedicationis accipitur, ita hic per rotam ipsa sacra scriptura designatur. Propheta igitur dum sancta animalia videret adiungit: Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram. Qua in re quaerendum est cum inferius rotae scribantur, cur una rota prius apparuisse dicatur, nisi quia in antiquo populo vetus solummodo testamentum datum est, quod ad custodiendum mentem illius quasi rota volveretur. Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum erat: Terra es et in terram ibis. Rota ergo super terram apparuit, quia omnipotens deus legem super peccatorum corda dedit. Sed quia haec quattuor animalia sanctos, ut diximus, evangelistas designant, quomodo prius animalia et post modum rota una aspicitur, dum ante testamentum vetus fuerit, et post modum sancti evangelistae secuti sunt? Sed intellegere in his possumus quod illi prius a propheta visi sunt qui merito extiterunt. Nam quamvis sanctum evangelium testamentum vetus praecellat, tamen et praedicatores eius in descriptione prophetica praeferri debuerunt. Quamvis sit adhuc aliud quod in hac descriptione considerari debeat, quia prophetiae spiritus sic intra sanctorum prophetarum anteriora et posteriora simul colligit, ut haec simul propheta lingua proferre non possit. Sed ampla quidem dispertitis sermonibus enuntiat, et nunc ultima post prima, prima post ultima loquitur. Unde Ezechiel propheta sub figura sanctae universalis ecclesiae et evangelistarum, quem per quattuor animalium similitudinem vidit, testamentum reperit illa sub lingua quae anterioribus temporibus gesta sunt, ut patenter indicet simul se vidisse quod carnalis lingua non sufficeret simul dicere. Quia vero quattuor animalia etiam perfectos omnes significare diximus, considerandum quoque est quosdam sanctorum etiam ante legem fuisse qui naturali lege districte viventes et omnipotenti domino placentes. Post animalia ergo rota describitur, quia electorum multi apud omnipotentem dominum perfecti et ante legem fuerunt. Sin vero animalia solos, ut diximus,

evangelistas debemus accipere. Est adhuc aliud quod considerare debemus. Videbat enim sanctus propheta quia haec ipsa verba quae obscuritatibus obvolvit proferebat non Iudaico populo sed gentilibus pandentur. Nobis igitur loquitur prius animalia et post ei rotam describere debuit quia nos ad fidem Domino largiente venientes non per legem evangelium sed per sanctum evangelium legem didicimus. Ubi vero vel qualis apparuerit adiungit cum dicit: Iuxta animalia habens quattuor facies. Ubi adhuc subditur: Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Et una similitudo ipsarum quattuor. Et aspectus earum et opera quasi sit rota in medio rotae. Quid est hoc quod cum una rota diceretur paulo post adiungitur: quasi sit rota in medio rotae? Nisi quod in testamento veteri latet testamentum novum per allegoriam. Unde et rota eadem quae iuxta animalia apparuit quattuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per utrumque testamentum in quattuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in lege et prophetis, novum vero in evangeliis atque apostolorum actibus est dicata. Sciat autem quia ubi faciem intendimus ibi quod necesse est videmus. Rota ergo quattuor habet facies, quia prius intuenda mala in populis vidit per legem, postmodum vidit per prophetas. Subditur vero per evangelium ad extremum autem per apostolos et quae in culpis hominum intuentur aspecta. Potest quoque intellegi quod quattuor facies rota habeat propter hoc quod scriptura sacra per gratiam praedicationis ostensa in quattuor mundi partes innotuit. Unde et bene eadem rota una prius iuxta animalia apparuisse et postmodum quattuor facies habuisse describitur, quia nisi lex evangelio concordaret in quattuor mundi partes non innotesceret. Sequitur: Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt volumina sententiarum et cumuli sensuum. Nec immerito mari similis scriptura sacra dicitur, quia firmantur in ea sententiae locutionis sacramenta [illegible]. Vel certe considerandum est quia navibus in mari navigamus cum ad desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est: Portio mea in terra viventium. Ligno autem vadis

eleuatur . cum iuxta est mensa.
Et sicut quia scriptura sacra ligni
crucis per legem nobis pronuntiat
quando dicit: Maledictus omnis
qui pendet in ligno. Quod si redemp
tori nostro . paulus adtestatur dicens:
Factus pronobis maledictus.
Per prophetam quoque lignum adnun
tiat cum dicit: Dominus regnabit
aligno. et rursum: mittamus lignum
in panem eius. Per euangelium uero
lignum crucis aperte ostenditur
ubi ipsa domini passio per prophetam
est declaratur. Per apostolos autem
haec eadem crux etiam in uerbis
et operibus ostenditur. quando paulus
dicit: mihi mundus crucifixus est.
et ego mundo. et rursus. mihi autem
absit gloriari nisi in cruce domini mei
ihesu christi. Nobis ergo qui ad aeternam
patriam tendimus. scriptura sacra
per quattuor suas facies mare est
quae crucem adnuntiat. quia nos
ad terram uiuentium ligno portat.
Nisi autem maris scripturam sacram
similem contemplari potes minime
dixisset: Repleta est terra scientia
domini sicut aquae maris operientes.
Sequitur. Et una similitudo
ipsorum quattuor. et aspectus
eorum . et opera quasi sit rota in
medio rotae. Una similitudo ipsorum
est quattuor quia quod praedicat
lex hoc etiam prophetae. quod dicunt
prophetae hoc exhibet euangelium.

Quod exhibuit euangelium . hoc
praedicauerunt apostoli per mundum.
Una est ergo similitudo ipsorum
quattuor quia diuina eloquia
etsi temporibus distincta sunt
tamen sensibus uniuntur. et aspectus
eorum et opera quasi rota in medio
rotae. Rota in rota est testamentum
nouum sicut diximus in ueteri testa
mento uelatur. hoc est testamentum
nouum exhibuit. Ut enim pauca
de multis loquar. Quid est quod
adam dormiente . eua producitur,
nisi quod moriente christo ecclesia
formatur. quid est quod isaac
ad immolandum ducitur et ligna
portat quae superponitur et uictima.
Nisi quod redemptor noster quando ad
passionem ducitur lignum sibi
crucis ipse portabit . et sic in sacri
ficio pronobis ex humanitate est
mortuus ut tamen immortalis
maneret ex diuinitate. quid est
quod homicida post mortem
summi pontificis absoluitur ad
terram propriam redit. Nisi quod
humanum genus quod peccando
sibimet ipsi mortem intulit.
post mortem uero sacerdotis uidelicet
redemptoris nostri peccatorum suorum
uinculis solbitur et in paradiso
reparatur. quid est quod in ta
bernaculo propitiatorium fieri
iubetur super quod duo cherubin.
unum ad summitatem . unum et alterum

adsummitatem . alia ex auro mundis
simo ponuntur . expandentes alas .
et operientes oraculum . qui se mutuo
respiciunt uersis uultibus inpropitia
torium . Nisi quod utrumque testa
mentum ita sibi inmediatorem dei
et hominum congruunt . ita quod
unum signat hoc alterum exhibeat .
Quid enim propitiatorium . nisi ipse
redemptor humani generis
designatur . De quo apostolus dicit :
quem proposuit deus propitiationem
per fidem insanguine ipsius . quid
uero per duo cherubin quae plenitudo
scientiae dicuntur . nisi utrumque
testamentum signata sunt ex quibus
unum adsummitatem unam propitia
torii . aliud uero adsummitatem alteri
adstat . quia quod testamentum
uetus . de incarnatione nostri redemp
toris cepit prophetando promittere .
hoc testamentum nouum perfecte
nuntiat expletum . Duo enim cherubin
ex auro mundissimo facta sunt .
quia inutroque testamenta pura
ac simplici ueritate discribuntur .
Expandunt uero alas . et oraculum
operiunt . quia nos qui omnipotentis dei
oraculum sumus alis eminentes
scripturae sacrae aedificatione
tegimur . cuius dum sententias
sollicite aspicimus aberrore igno
rantiae . eius alis uelamur .
Duo cherubin se mutuo respiciunt
uersis uultibus inpropitiatorium

quia utrumque testamentum innullo a se
discrepant . et quasi aduersantia ipsa
uicissim faciem tenent quia quod unum
promittit hoc aliud exhibet . et dum
inter se mediatorem prae se dominum uident .
Faciem quippe uersam ipsius cherubin ad inuicem
tenent . si quod unum testamentum
promittentia . alium negantia .
Sed dum concorditer de mediatore dei
et hominum loquuntur ita uicissim
se respiciunt inpropitiatorio in
tendunt . Rota ergo inmedio rotae
erat . quia erat intestamento ueteri .
et testamentum nouum . et sicut
ipse iam diximus . quod testamentum
uetus promisit hoc nouum exhibuit .
et quod illud occulte adnuntiat .
hoc istud exhibitum aperte clamat .
Prophetia ergo testamenti noui
testamentum uetus erat . et expositio
testamenti ueteris testamentum
nouum . Sequitur . Per quattuor
partes eorum ibant . et non reuerte
bantur . quo alibi diuina eloquia .
nisi adcorda hominum uadunt .
Sed per quattuor partes euntes ibant
quia scriptura sacra per legem ad
corda hominum uadit signando
mysterium . Per prophetas uadit
paululo aperiendo prophetando dominum .
Per euangelium uadit exhibendo
quem prophetabat . Per apostolos
uadit praedicando eum quem pater
in mundum redemptionem misit .
Habent ergo rotae faciem et uultus .

quia ostendunt sacra eloquia
totaquam praeceptorum cum exhibi
tione operum . et per quattuor
partes uadunt . quia decem et
ut praediximus temporibus locuntur .
Vel certe quia in cunctis mundi
regionibus incarnatum dominum
praedicant . De quibus aperte mox
subditur . et non reuertebantur
cum ambularent . Haec superius
de animalibus dicta sunt . sed non
eadem intellegi debent quae
animalibus possunt . Rotas quippe
significare testamenta diximus .
et testamentum uetus ambulabat
quidem cum praedicationem ad
mentem hominum tenet . Sed post
sancte ipsum reuertum est quia
iuxta litteram in praeceptis suis
et sacrificiis usque ad finem seruari
non potuit . Non enim sine inmuta
tione permansit cum in eo spiritalis
intellegentia defuit . Sed cum
redemptor noster in mundum uenit .
hoc spiritaliter fecit intellegi . quod
carnaliter inuenit teneri .
Iam usque dum spiritaliter littera eius intelle
gitur . omnis in eo illa carnis
exhibitio uiuificatur . Testamen
tum uero nouum . et quam per testa
menti ueteris paginas testamentum
aeterni appellatum est quia intellectus
illius numquam mutatur .
Bene ergo dicitur quod rotae cum et
ibant et non reuertebantur cum
ambularent . quia dum nouum
testamentum non scinditur .
dum uetus iam spiritaliter intellectu
tenetur . post se non redeunt quousque
ad finem mundi inmutabilia
permanent . Ambulant ergo sed
non reuertuntur quia sic spiritaliter
ad cor hominum ueniunt ut eorum
praecepta uel studia ulterius non
mutentur . Sequitur . Statura
quoque erat rotis . et altitudo
et horribilis aspectus . Quid est quod
scripturae sacrae eloquiis erat haec inte
nuntiatur ualnstatura .
Altitudinem et horribilis aspectus .
Idest terribilem habere memoratur .
Quaerendum nobis magnopere est
quae diuinae scripturae . quae altitu
do . qui horribilis aspectus dicitur .
Sciendum ergo est quia scripturae
aduentum congruunt bene operantis .
Unde per paulum dicitur . qui stat .
uideat ne cadat . Qui gaium
discipulus dicit . Sic state in domino
karissimi . Et propheta . Qui stetit uel
moribus ante dominum uidebat usta .
Uiuit dominus in cuius conspectu sto .
Altitudo uero caelestis regni promissio
ad quam tunc pergitur quando
iam mortalis uitae omnis corruptio
sub iugatur . Horribilis uero aspectus
est terror gehennae . quae sine fine
reprobos cruciatu consumit .
Statura ergo in rectitudine promissio
nis est . Altitudo in celsitudine

superne promissionis: horribilis uero
aspectus in minis. ut deque terroribus
supplicii sequatur: Scriptura igitur
sacra staturam habet: quia mores
ad statum dirigit ut auditorum
mentes ad terrenam concupiscentiam
non curbentur: Altitudinem habet
quia in celestis patria: eterne uite
gaudia promittit: Horribilem quoque
aspectum habet. quia omnibus
reprobis gehenne supplicia minatur:
Ostendit igitur staturam suam
in aedificatione morum: Ostendit
altitudinem in promissione
premiorum: Ostendit horribilem
aspectum in terroribus suppliciorum:
Recta erat enim in preceptis:
Alta in promissionibus: Horribilis
in minis: Habet in staturam
quam per prophetam dicit:
Quiescite agere peruerse discite bene
facere: Querite iudicium:
Subuenite oppresso: Iudicate
pupillo: defendite uiduam:
Et rursum: Frange esurienti panem
tuum. et egenos uagosque induc
in domum tuam: cum uideris
nudum operi eum et carnem tuam
ne despexeris: Habet altitudinem
cum per eundem prophetam dicit:
Non erit tibi amplius sol ad lucendum
per diem. nec splendor lune inluminabit
te: Sed erit tibi dominus in
lucem sempiternam. et deus tuus
in gloriam tuam: Habet horribilem
aspectum cum infernum describens
dicit: Dies ultionis domini annus
retributionum iudicii Sion et conuertentur
torrentes eius in pice. et humus
eius in sulfur. et erit terra eius in picem
ardentem et nocte et die. et non
extinguetur in sempiternum:
Quem beatus quoque Iob describit
dicens: Terra tenebrosa et operta
mortis caligine: Terra miserie
et tenebrarum. ubi humbra mortis
et nullus ordo. et sempiternus horror
inhabitans: Habet staturam
cum per eum dominus propitius pollicetur
dicens: Sicut celi noui et terra
noua que ego stare facio coram me
dicit dominus sic stabit semen uestrum et
nomen uestrum: Illi enim uenientes
coram domino stant qui uitam
suam in prauitate: non dissipant:
Habet altitudinem cum statim
subdit: erit mensis ex mense:
Et sabbatum ex sabbato: et ueniet
omnis caro ut adoret coram faciem
meam dicit dominus: quid est mensis.
nisi perfectio dierum: et quid est
sabbatum. nisi requies in quo fieri
opus seruile non liceat: Mensis
ergo ex mense erit. quia qui hic
perfecte uiuunt. illuc perfectionem
glorie perducuntur: Sabbatum
uero ex sabbato erit. quia qui hic
cessant a prauo opere illuc
quiescunt in celesti retributione:
Habet etiam horribilem aspectum

cum protinus adiungit :
egrediebunt et uidebunt cadabera
uirorum qui preuaricati sunt in me :
Uermis eorum non morietur et ignis
eorum non extinguetur : quid enim
orribilius dici quid cogitari poterit
quam damnationis uulnera susci
pere . et dolores uulnerum numquam
finire : De hoc orribili aspectu
reatorum . bene per soffonium dicitur :
quam super uenire duris minatibus
dies iudicii designatur : Iuxta est
dies dni magnus . iuxta et uelox
nimis : Uox diei dni amara tribu
labitur ibi fortis : dies ire . dies
illa : Dies tribulationis et angus
tie : Dies calamitatis et miserie :
Dies tenebrarum et caliginis : Dies
tube et clangoris : Et quia exterioris
tote dicta potuimus . tertia nunc
interioris quoque statutum clarita
dinem et orribilem aspectum
offerre debemus : habet totum quippe
interior statutum suum cum per
scm euangelium ad eterna deside
ria incurbum nos prohibet .
redemptoris nri uocibus dicens :
Attendite et non grauentur corda
uestra in crapula et ebrietate
uita in curis huius uite : habet
claritudinem cum de eodem redemp
tore promittit dicens : quod
quod enim crediderunt in eum
dedit eis potestatem filios dei fieri :
Quid enim hac potestate clarius
quid hoc claritudine subblimius
dici poterit in qua creatura quisque
efficitur filius creatoris :
Habet orribilem aspectum . cum
de reprobis loquitur dicens :
Uendite que possidetis . et date
elemosinam : Facite uobis sacculos
non ueterescentes : habet promis
sionis claritudinem cum dicit :
Uenient ab oriente et occidente
et recumbent cum abraham
isahac et iacob in regno celorum :
Habet orribilem aspectum cum
subdit : Filii autem regni eicientur
in tenebris exteriores ibi erit fletus
et stridor dentium : quibus rursum
ueritatis uoce dicitur : Uos in
peccatis uestris moriemini : habet
statutum cum primi pastoris
uocibus dicitur : Ministrate
in fide uestra uirtutem in uirtute
scientiam : in scientia autem
pietatem : in pietate autem amorem
fraternitatis : In amore autem fraterni
tatis caritatem : habet clarita
dinem cum paulo post dicit :
Sic enim habundanter ministrabi
tur uobis : introitus in eternum
regnum dni et salbatoris dni
nri ihu xpi : qui rursus boni pastor
ribus pollicetur dicens : quam
apparuerit princeps pastorum
percipietis inmarcescibilem glorie
coronam : habet orribilem aspectum
cum dicit : Adueniet autem dies

dñi tactus in qua cęli magno
impetu transibunt elementa
uero calore soluentur. Quum hęc
igitur omnia dissoluenda sint
quales oportet nos esse in scīs
conuersationibus et pietatibus
expectantes et properantes in
aduentum diei dñi per quam
cęli ardentes soluentur.
Elementa uero ignis ardore
tabescent. Habet testimonium
per paulum. qui nos terrenis
exigit dicens. Mortificate nunc
membra uestra. que sunt super terram.
Fornicationem. Inmunditiam.
Libidinem. Concupiscentiam malam.
et auaritiam que est idolorum
seruitus. Habet altitudinem
cum promittit dicens. Uita
uestra abscondita est cum xpo
in deo. Cum xps apparuerit uita
uestra tunc et uos apparebitis
cum illo in gloria. Habet terribilem
aspectum cum minatur dicens.
In reuelatione dñi nri ihu xpi
de cęlo cum angelis uirtutis eius
in flamma ignis dantes uindictam
his qui non nouerunt deum.
et qui non obediunt euangelium
dñi nri ihu xpi. qui pœnas dabunt
in interitu ęternas a facie dñi et
a gloria uirtutis eius. Habet testimonium
cum nos admonet dicens. Uidete
nequis alicui malum pro malo
reddat. Sed semper quod bonum est

sectamini in inuicem et in omnes.
Habet altitudinem cum promittit
dicens. Si commoriemur et con
uiuemus. si sustinemus et conregna
uimus. et rursum. Non sunt con
digne passiones huius temporis
ad futuram gloriam quę reuelabitur
in nobis. Habet terribilem aspectum
cum minatur dicens. Terribilis
quidem expectatio iudicii et ignis
emulatio quę consumptura est
aduersarios. qui rursus ait.
Horrendum est incidere in manus dei
uiuentis. quę omnia breui quoque
sententia stringit dicens.
Ut possitis conprehendere cum omnibus
scīs quę sit latitudo. et longitudo
sublimitas et profundum.
Latitudo quippe est caritas. quia et
inimicorum dilectionem capit
et per eam caritatem qua nos omps
habet diligit. et quam longanimiter
portat. Hoc ergo nos debemus exibere
proximis. quod indignis nobis
a creatore nro conspicimus exiberi.
Latitudo itaque et longitudo ad
testimonium pertinet. quia per amorem
mores diluunt ut frueantur mala
caritas longanimiter portet.
Sublimitas autem est ęternorum
illa remuneratio premiorum.
D oculus inmensitatem dicitur.
Quod nec oculus uidit nec auris
audiuit nec in cor hominis ascendit
quę preparauit dš diligentibus se.

habet ergo in sublimitate claritudinem.
quia aeterna sanctorum gaudia nulla
nunc praeualet cogitatione penetrari.
Profundum quoque est illa inaesti
mabilis damnatio suppliciorum.
que eos quos susceperit. in abyssum
dimergit. In quibus sacra eloquia
terribilem aspectum habent.
quia inaestimabilem terrorem audi
entibus intentant cum supplicia
inferi locuntur. Bene ergo dicitur
statura quoque intus foris altitu
do et orribilis aspectus. quia scrip
tura sacra in utroque extitit
et admonendo excelsa est et promit
tendo clara. et minando terribilis.
Caetera uero interiora quam exteriora
occulta fuerunt quod inuoluta
se inuicem tegebant. et utique
si per xpm non fuissent reuelata
nequaquam per legem potuerunt
intellegi sicut dicit. Signatum
sigillis septem. Id est omni mysteriorum
plenitudine obscuratum. Et uidi
angelum fortem praedicantem uoce
magna. Quis est dignus accipere
librum et soluere signa eius.
Angelus iste fortis qui dicit in clamoribus
se inquirendo. qui esset dignus
qui aperiret librum uel signa dissol
ueret. Omnium scribturarum. ut
sanctorum patrum coetus habendus est
qui in diuina admiratione con
uersi praeteritorum dispositionem
temporum uel cunctarum ordinem
rerum que uniuersa deo magistrante
signata sunt fidei oculos intuentes
operationem eorum dominum magistratus
intellegunt. et praeconantur et di
cunt. Quis dignus est intellegere
haec omnia et aperire secreta domini
que in hac ebdomada mundi istius
mirabili confirmatione disposuit
ordinatione fundauit. consilio
statuit uirtute construxit.
Perspicue autem xps hunc librum.
tunc aperuit. cum corpus patiente
uoluntatis adgressus natus
et passus est ecce librum apertum.
Soluit autem nunc uersusque libri
predicata que de partu eius et
prophetis dicta fuerunt uaticinata
omnia in se conplens. et sic
crucem ascenderet. perficiens
prophetarum usque in finem.
Sequitur. denique et ostendit
septem ipsa signa. Ut xps qui
caput est. quod ipse fecit sue
membrum aecclesie faciendum demons
trauit. et ipsa septem signa
que in xpo soluta sunt id est per
omnem mundum manifesta.
Haec sunt. Primum corporatio.
Secundum natiuitas. Tertium
passio. Quartum mors.
Quintum resurrectio. Sextum gloria.
Septimum regnum. Hos septem
sigillos aecclesia habet solutos.
et haec signa est uitas aecclesie
a passione usque in aduentum domini

sicut promiserat dicens: Veni
ostendam tibi que oportet fieri post hec:
Et nemo poterat neque in celo neque
in terra neque subtus terram aperire
librum. neque respicere illud:
Ex omnibus ergo creaturis que sunt
in celis in terra et in nubibus. Id est
neque iustus neque vivens neque
sepultus aperire librum neque
videre illum: Id est contemplari
splendorem gratie testamenti
novi quod est evangelium:
Sicut filii Israhel vultum faciem
Moysi. Id est legis veteris testament
et. testamentum novum intus
contentum aspicere non potuerunt:
Et ego inquid flebam multum. quod
nemo dignus inventus est aperire
librum nec videre illum: Fragilitat
is et humanitatis conscius
flebat hic scilicet quod in se tantum prende
bat neminem esse tam dignum
qui aperiret hec omnia intellegere
vel consideratione conspicere:
Nunc tamen secta plangit hone
stati agnitu in ploratu sui
redemptionem: Et unus de senio
ribus dicit mihi: Ecce vicit
leo de tribu iuda radix david
aperire librum et sigilla eius:
Unus senioribus corpus totum
prophetarum dei: Prophete con
solabuntur ecclesiam scripturis
nuntiantes Christum de tribu iuda
radicem david qui implet dei
voluntatem et perfectum redimeret:
Non enim obstat quod iohanni quod
est omnis ecclesie figura: Hec post
Christi passionem hostensa sunt
que ante passionem facta sunt:
Omnis enim qui recte credit Christum
videt et quam preterita iam facta
que adhuc nova ventura sunt
que ante dominum iam venturae sunt:
Et si cognoscis per scripturas.
novissima et prima novissima:
Hec omnia in Christo erunt reservatum
quia nos non potuerimus salvi esse
nisi per Christum. Sicut scriptum est:
Quum adhuc essemus peccatores.
Christus pro nobis mortuus est. multo
magis ergo iustificati in sanguine
eius salvi erimus per illum ab ira:
Sequitur: Et describit quomodo
et ubi vicerit. vel vincit leo de tribu
iuda: Propter eum enim preterita refert
cum futura promiserit. quia subti
lius spiritus in specie generis absconditur.
et preteritis futura demonstrat:
Sicut iacob filiis suis quicquid eis
futurum erat preteritis in benedic
tione demonstrabit: Et vidi
in medio throni et quattuor animalium
et in medio seniorum agnum stantem
quasi occisum habentem cornua septem
et oculos septem. qui sunt septem
spiritus dei missi in orbem terrarum:
Ecce apertissime demonstrabit.
dominum nostrum ihesum Christum. quem non mortuum
sed quasi occisum propter passionem

et stans actu dixerit mortem.
Et in medio throni se uidisse hoc dicit
id est in potestate et magnitudine
deitatis. Et quattuor animalium
quod intellegitur in quadrifido
euangeliorum ordine et in medio
seniorum. hoc est legis et prophetarum
uel apostolorum choros adsignat
ibi hunc agnum non occisum
sed tamquam occisum. id est qui
et mortem uicerit et calcauerit
passionem se uidisse.
Sed quia psalmista? propheta
et apostolos eclesiam diximus et hunc
ecclesiarum corpus esse summi capitis
christi haec membra cum capite
aliquando in scripturis unus agnus
nuncupatur. Aliquando specialiter
christus. aliquando generaliter omnis
ecclesia. Et quod olim caput passus
est. nunc in ecclesiam patitur per
membra qui suum ecclesiam induit
que in illo uelut occisa est.
Et cotidie occiditur in ecclesia pro christo.
ut cum eo uiuat in aeternum. Nemo
enim putet solos apostolos uita martyres
esse mortuos pro christo et illum cessasse
martyrium et persecutores in ecclesia
non esse. Et eo tempore martyres
fuerunt. et persecutores. et nunc
martyres sunt et persecutores.
Duo quippe genera sunt martyrii.
Unum aperte per gladium. aliud
in occulto per patientiam.
Et hii sunt filii apostolorum. qui
eodem spiritu generati sunt.
Persecutores uero horum filii sunt
eorum qui illos occiderunt. quia
eodem spiritu generati sunt. et christum
in familia eius occidunt et agnus
semper stans in medio seniorum
per caput et usque in finem saeculi
in membris occiditur. De talibus
enim apostolus dicit. Apud illos
christum specialiter crucifigi.
Quam quam hoc aperte non esset
manifestatum dicens. O stulti
galatae. quis uos fascinauit
ante quorum oculos christus crucifixus
est. hoc usque talibus patitur
ecclesia usque in finem quod passa est
ab iudaeis. Necesse est enim semper
filium hominis in hierusalem ire et
multa pati a senioribus et
principibus sacerdotum. et scribis.
et occidi. et post tres dies resurgere.
Principes uero quod dicit. potestates
huius saeculi. uel sacerdotes qui recte
in ecclesia uiuere nolunt. De his
scriptum est. Maior seruiet minori.
Et stultus seruiet prudenti. quia
cum suffert sanctus contumelias.
princeps minori seruire dicitur.
Hic agnus semper dicitur. et per
passionem se manifestauit esse uictorem.
Habentem inquid cornua septem.
et oculos septem. In cornibus potestas
et uirtus christi est. In septenario
numero mundi natura signatum
quam potenter regit et continet potentissime

dominatur. Oculos septem dicit
sps. Id est septem spm septem uirtutibus
graduum gloriosum munere in dno
nro ihu xpo significat. Sicut
scriptum est: Ihesus plenus spu sco.
De hoc spu donu ecclesie sue distribuit.
per gratiarum donationes.
Non est enim in omni terra qui possit
habere spm di preter ecclesia.

Et uenit et accepit de dextera
sedentis supra tronum librum.

Sed qui accepisse dicitur. diligen
tissime considerandum est atque
dicendum. Res ista agnus. Id est
homo adsumptus. quia pro nra
salute se morti crudi uoluntate
dignatus est. hic accipit librum
Id est potestatem operum dei de dextera
sedentis in trono ad eo patre cuncta
suscipit sicut ipse dicit. Omnia
que habet pater mea sunt. Tunc
accepit hunc librum. quando
resurgens a mortuis. mysterium
a seculis absconditum erintauit.
ostendit et pater facit in mundo.
Et dedit potestatem ecclesie dicens.
Sicut misit me pater. et ego mitto
uos. Et quod ipse in illis perficiat.
quod donat sic dicit. Ecce ego
uobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi. Et cum
accepisset librum. Illa quattuor
animalia. et uiginti quattuor senio
res ceciderunt ante agnum. Id est ante
ihm xpm qui cum ipso agno sedet
ad dexteram di. Tronus. et animalia.
et seniores. hoc totum agnus sunt.
Ipsi cadunt ante agnum. Id est xpm
incarnatum. qui mortuus est et
resurrexit. Sequentes uestigia eius
humiliati. In patientiaque cadere
dicuntur. Habentes singuli citharas.
Id est corda laudantium. Et fialas
aureas. hec sunt uasa in domo
magna. Uasa. animas scas sunt.
Plenas odorum que sunt orationes
scorum. Et cantabant canticum
nouum. Coniuncta uetere testa
menti predicatio. cum nouo populo
xpiano ostendit cantantem canti
cum nouum. Id est confessionem
suam publice confitentium.
Nouum est dei filium hominem fieri.
Nouum est enim cum corpore ad celos
ascendere. Nouum est remissionem
peccatorum omnibus dare. Nouum est
spu sco signare homines. Nouum est
sacerdotio accipere sacre obserua
tionis. et regnum expectare in mense
promissionis. Citharas enim in ligno
extensa. significat carnem xpi
passionis ligno coniunctam siue
et fidelium scorum corda laudantium.
Fialas uero confessionem et noui
sacerdotii propaginem. Angelorum
autem multorum immo omnibus salus.
et testimonium uniuerse creationis
dno nro referentium gratulationem
liberationis omnium de clade mortis
Hec fialas ipsas sunt uasa in domo

magna : que cantabant canticum
nouum : Dicentes : Dignus es domine
accipere librum et aperire signa eius.
quoniam occisus es et redemisti nos
deo in sanguine tuo . ex omni tribu et
populo . et lingua . et natione . et fecisti
nos deo regnum et sacerdotes . et
regnabimus in terra : Hostendunt
animalia et seniores totum esse :
Dum dicunt redemisti nos in sanguine
tuo . ostendunt in quo celo sint ista
animalia et seniores : Dum dicit
fecisti nos deo nostro regnum et sacer
dotes . et regnabimus super terram :
Hostendit preter et totum accipere
librum in Christo dum redempti
ex omni populo . et tribu . et gente . et
lingua non dicunt dignus es
et accepisti . sed dignus es accipere :
Que enim accepit in Christo omnem
potestatem in celo et in terra . cum
resurgeret ipsa accipit usque in finem
per baptismum resurgens et Christo semper
adherens : et dominus in ea perficit . quod
in quo uiuit . et ipse coronatur in ea
quam coronat : Nihil est enim
quod faciat . uita habeat sine suo
corpore : Et uidi et audiui uocem
angelorum multorum circa thronum
et circa quattuor animalia et
circa seniores : Quod sint thronus
animalia seniores in eorum medio
uocem audiuit ostendit : hii angeli
sancti intelleguntur : Si enim filii dei
dicuntur quare non dicantur
et angeli : Et erat numerus eorum
miriades miriadum . et milia
milium : Miriades grece dicuntur .
quod est milia milium : utique
innumerabilium : Dicentium uoce
magna : Dignus est agnus qui occisus
est accipere potestatem . et diuitias .
et sapientiam . et fortitudinem .
et honorem . et gloriam et benedictionem
et omnem creaturam que in celo
et que in terra et sub terra . et in mari
et que sunt in eis : Numquid de domino
dixerunt : Dignus est agnus qui
occisus est accipere diuitias . et
sapientiam . cum ipse sit thesaurus
omnium . et sapientia dei : Sed quia
totum membra est summa in capite
dicens : Et omnem creaturam que
est in celo et in terra : quam uis nec
hoc dictum sit accepisse tota .
accepit tota cum ea que resurrexit :
Si dictum est habere membra quod
habet caput . nec illa latentium
potest uideri quod dicit tota :
dignum se omni creature : quia
etsi unum quoque membrum
religiosa humiliatione . in hoc mundo
se indignum iudicat : Totum
tamen corpus participem esse
dicimus capitis sui : Sicut scrip
tum est : Cum illo omnia nobis
donabit : Omnes inquid audiui
dicentes . sedenti in throno . id est
patri . et filio . et agno . id est ecclesie :
Benedictio . et honor et claritas .

et postrata in secula seculorum :
Et quattuor animalia dicebant
amen : et seniores ceciderunt et
adoraberunt : Recte utique dicit
amen . eadem milia sunt seniores
qui postquam per tribuerunt ex animo
nimium dicentes amen . adorant
discriptaum sectum et eius officiis
describet et ueniatis ab initio usque
in finem : Reignuago sigillorum
uadipimus . Finit liber III :

INCIPIT LIBER QUARTUS DE SEPTEM SIGILLIS

Et uidi cum aperuisset agnus
unus ex septem sigillis .
et audiui unum ex quattuor
animalibus dicentem . sicut
uocem tonitrui . Veni et uide :
Et ecce equus albus . et qui sedebat
super eum habens arcum et data
est ei corona . et exiit uincens
ut uinceret : Et cum aperuisset
sigillum secundum . audiui secundum
animal dicens : Veni et uide .
Et exiit alius equus roseus . et
sedenti super eum datum est
tollere pacem de terra . et inuicem
se occiderent . et datum est ei
gladius magnus : Et cum aperuisset
tertium sigillum . audiui tertium
animal dicens : Veni et uide .
Et ecce equus niger et qui sedebat
super eum . habebat in manu sua
stateram : et audiui uocem de medio
quattuor animalium dicentium :
Bilibris tritici denario . et tres bilibres
ordei denario :
Vinum et oleum ne leseris :
Et cum aperuisset quartum
sigillum : audiui quartum
animal dicens : Veni et uide :
Et ecce equus pallidus et qui
sedebat super eum nomen
erat illi mors . et infernus
sequebatur eum : et
datum est ei potestas
super quartam partem
terre interficere gla
dio fame morte .
et bestiis terre :

EXPLICIT STORIA IIII EQUORUM :


EQUUS
ALBUS ET Q SEDEBA
SUPER EU ABBAT
ARCUM
EQUUS ROSEUS ET Q
SEDEBAT EUM ABEBAT
GLADIUM.
EQUUS NIGER ET QUI SEDEBAT
SUPER EUM ABEBAT STATERAM
EQUUS PALLIDUS ET Q SEDEBAT
SUPER EU ADEBAT GLADIUM
INFERNUS SEDEBA SUP-
EUM

INCIPIT EXPLANATIO DE QUATTUOR EQUORUM

Aperto primo sigillo. cum dicat vidisse equum album et equitem et coronam. et habebat in manu arcum. hoc enim primo factum est postquam enim ascendit in celo dominus. et aperuit universa misit spiritum sanctum cuius verbo predicatores autem quum sagittae ad cor humanum pergeret et vincerent incredulitatem.

Coronam autem super capita. predicatoribus est repromissum per spiritum sanctum.

Ideo qualiter. unum de animalibus dixisse quia omnia quattuor. unum sunt. Veni et vide. Veni dicitur invitat ad fidem. Vide dicitur ei qui non videbat. ergo equus albus. verbum est predicationis cum spiritu sancto in orbem missum.

Ista enim dominus. predicabitur hoc evangelium per totum orbem terrarum in testimonium omnibus gentibus.

et tunc veniet finis. et quum aperuisset sigillum secundum. audivi secundum animal dicens. Veni et vide. et exivit alius equus roseus et sedenti super eum. datum est ei tollere pacem de terra. et invicem se occiderent et datus est ei gladius.

equus roseus. et qui sedebat super eum habens gladium. Bella sunt significatura futura. Sicut in evangelio legimus. Surget enim gens contra gentem. et regnum adversus regnum et erunt terre motus magni.

Gens quod dicit contra gentem. id est populus surgit contra populum. Regnum vero adversus regnum id est sectam adversus sectam. qui illi qui sub nomine religionis se simulant secta semper contra sectam pugnat.

hic in equo roseo satana contra vincentem in equo albo vincentem quod sectam tenet. et pugnat contra eum.

Quia cum eis scribuntur qui aperte sanguinem innocentem fundunt.

Sic generaliter in equo roseo in specie absconduntur. que in uno membro equus roseus nuncupatur. hic equus populus sinister dicitur. et sessore suo diabulo sanguinolentus. quum vis et prophetarum zaccariam equum domini roseum dicit. sequitur et describit. specietur omne corpus martyrum.

Sed ille suo sanguine est rubeus. iste vero alieno cui datus est gladius magnus tollere pacem de terra.

Retenta suum pacem tollat quia spem suam in terra habet. secta vero nostram pacem quam ei christus reliquit quum dicit. Pacem meam do vobis. pacem meam relinquo vobis.

Non quomodo mundus dat pacem do vobis. Gladium autem generaliter

In nomine dicit . non solum a petre
in occisione . sed et quum spectat unus
alterum per exemplum mortis
occidit . Perpetuam enim mors .
Siue in eos quos in morte siue quos
in uita interficit . et tertium diaboli .
id est corpus eius inuicem multa formi
ter occidit dum ad mortalia alter
alterum prouocat . Ipsius gladii
in aures ac foris . Et quum aperuisset
tertium sigillum audiui tertium
animal dicens . Veni et uide .
Et ecce equus niger . et qui sedebat
super eum habebat in manu sua
stateram . et audiui uocem
de medio quattuor animalium
dicentium . Bilibris tritici dena
rio . et tres bilibres ordei denario
uinum et oleum ne leseris .
Equus niger famem significat
in eu ectum spiritalem eo quod per
multos praepositos uerbum praedica
tionis paruulis minime praebeatur .
sicut scriptum est . Paruuli
petierunt panem et non erat qui
frangeret eis . Et quia dominus suum
ectum per mundum habet diffusam
ut eam semper ostenderet ista .
erunt fames per loca . Proprie autem
ostenditur uerbum usque ad ante
christum tempore quando grandis
famis est futura . quando et omnis
laboratur . Statera autem in manu
libra est examinis . in qua singulorum
meritum ostendet . id est iustitiae

simulatione . cum foris ostendit
quod intus non habet . Ista enim .
uinum et oleum ne leseris . Dum
autem in medio animalium dicitur
ne leseris . ostenditur illic intus
ectu esse simulationem sciatis
qui ectum spiritaliter ledit .
quia in firmus mentes ad sua scita
perducit . Quum enim dicit
ne leseris ut si dicat hominem
spiritalem ne plagis percusseris .
Discribet enim misterium facinoris
et spiritalia nequitia in celestibus
quibus non permittunt neque
in se per alios . neque in aliis
obseruantibus uirtutem sacra
mentorum posse uiolare .
Oleum uero et uinum unctionem
et sanguinem domini dicit in quem
fuerit . ledi minime poterit .
Interea autem et oleo ectum est .
siue in magnis . siue in minimis .
Id est . siue in episcopis et presbyteris . non est
autem minus una bilibris tantibus .
Bilibra enim unus modius est .
et tres bilibris tres modii sunt .
quia et in unione perfectio est .
et in trinitate similiter . Sic dominus
in farine mensura tribus .
id est tribus se modus fermentum
dicit abscondit . quod si hoc
in mysterio non est . non debuerat
dicere abscondit . Nec per alium
euangelistam farine mensurum
nominatur . hostendit fermentum .

Idest docentium cum modico omnem
populum sacri numeri quod septimus est
implere. Sed et praeceptum docet
unum esse triticum et ordeum.
Sicut pusilli sunt et magni. quod
merito initiati unus praecellit
alterum. utrique uno denario. Idest
perfecto praecepto. aequales sunt.
Quod si gratia per spiritum donationis
discernuntur. praeceptum tamen
aequale et meritum. Sive magnos
et minimos Idest episcopos et presbyteros
unum corpus ostendit. Apostoli etiam
in ordeo figurati sunt. quum reliquiae
operum christi fuissent duodecim cofini
qui sunt corpus prepositorum.
Idest apostolorum et omnium episcoporum.
qui in apostolorum numero nuncupati
sunt. et post prepositos septem
sportae quae sunt corpus septiformis
ecclesiae. Utrumque enim numerus sacer est.
et utrumque perfectum numerum dixit.
Nam et cofini et sportae plene reliquiae.
hoc ostendit operationis christi reliquias.
Idest novissimi temporis coetum.
Varie in episcopis sive in populis.
nullo modo possit minorari. Sicut
secundum Iohannem iussit colligi
reliquias nihil omni modo perire.
quod si aliquis calumniator contra
haec dicit. quid enim si secundum litteram
non de ordeaceis sed de triticeis
sufficiebat pro reliquiis septem
superesse sportas. Nobis tamen
magis proficit aliena curiositas

utrumque mutatum nunc esse completum
in ecclesia. Sicut in ordeo ostendit
duodecim apostolos. ita et in tritico
septiformes populos. Ubi quae enim
septenarius numerus. plenitudo est eius
rei de qua agitur. Sicut in figura
ecclesiae substitutam perfectionem dictum est.
Reliqui mihi septem milia virorum
qui non curvaverunt genua baal.
In quarto equo discribit simulationem
et hypocrisin manifestatam.
Et cum aperuisset quartum sigillum.
audivi quartum animal dicens.
Veni et vide. et ecce equus pallidus
et qui sedebat super eum nomen erat
ei mors et infernus sequebatur eum.
Et data est ei potestas super quartam
partem terrae. interficere gladio.
fame morte et bestiis terrae.
Duae partes sunt in mundo. populus dei.
et populus diaboli. Nam diaboli populus.
in duas divisus est partes. Idest in
christianis et paganis. Duae itaque
hae partes contra unam pugnant.
Idest ecclesiam. Propter ea ecclesia
vocata est tertia pars. et falsi fratres.
In terra ecclesia est altera tertia.
et generaliter foris ecclesia est. quae
dicitur tertia. Quos in sequenti loco
aperte manifestabimus. quia
ante quam ubique homo peccati
revelatur. et publice manifestatur
filius perditionis antichristus. In his
erunt partes. Iam in ecclesia [illegible]
revelatus est et ubi erunt partes

uidebantur iam quarta pars in ecclesia
manifestata est. Id est ecclesia
generaliter. scisma. et falsi fratres.
Non enim omne malum nomine ecclesia
sed aliquos aperte malos. ad extrem
dendum orbi generis nouissime
persecutionis. Ceteros uero ypocritas
et scismaticos unanimiter ecclesia
licet spiritaliter foris sint. tamen in
tus laborare uidentur. Oportet
enim tales in ea ecclesia esse ut probati
manifesti fiant. In illis ergo locis
in quibus due partes uidentur. id est
ecclesia generaliter. aput aliquos
tres partes sunt. aput nos equum
quattuor sunt. De quibus ut agitatio
nis nodum soluamus. aurem cordis
apponite. Nempe etenim duo
uidentur esse in mundo. id est babti
zati. et pagani. que utrumque partes
aperte inter se in fide discrepant.
et una foris alia intus esse uidetur
generalis ecclesia nominatur.
De hac generale ecclesia que uniuersa
esse uidetur tres partes. maiores nostri
esse dixerunt. certa ea que iam
foris protulimus. De his tres partes
que intus uidentur esse. una est
dei. due uero diaboli. Scisma est
et falsi fratres. et ecclesia est
que est pars dei. His due partes
intro uidentur esse. sed foris sunt.
Et si est scisma in aliquibus prouinciis
sed ut in unum ciuitatem una
non multo plus. Non de hos
dicimus que per uniuersa prouincia
loca cuncta occupauerunt.
et polluerunt. que aperte putantur
ecclesia. Neque ceteras tres ecclesie
partes. ut diuerso secularique
genere. exiguas hereses. et innume
rosas non computamus. sed solum
scisma et falsos fratres. Iam supra
diximus scisma. ubi scissura
animorum uocatur. Iam credit.
et colit unum. sicut ceteri sancti. sed
suo consilio uult et ab ecclesie
semper delectatur separari
consilio. Falsi autem fratres
ypocrite nominantur. sed neque
ipsi aperte ecclesiam deserant
sed sancti uidentur esse et sancti non
sunt. Non ideo enim ypocritis
diaboli pars non erit pro quia se
ecclesiam non aperte deserant.
quum apostolus dicit. Tota uirtus
diaboli contra sanctos spiritalis est. et
in spiritalia nequitia consistere.
Et dominus in euangelio pro eadem
causa aperte nos admonet.
Exsurgent inquid pseudo christi et
pseudo prophete dabunt signa
magna et prodigia ita ut errent.
si fieri potest et electi.
Uos autem cauete. ecce predixi uobis.
In hac ergo quartam partem
datur potestas diabulo sedenti
super equum pallidum qui est
populus mortuus. interficere gladio
et fame. et morte. et bestiis terre.

Gladio aperte dixit occisione.
Fame autem et morte spiritaliter
esse intra ecclesiam quod aliquos
illic sine satisfactione defunctos
mortem ecclesie quartam de terra.
Ceteri vero de ecclesia qui inter eos
captivos se ingemiscunt. plenam
vite sperant. purgationem
per danielum promissum. et quasi
aurum in igne probentur. Bestiis
autem omnibus malis omnibus
dixit. iam extra quartam est
intra ecclesiam. et has bestias
ceteros sub nomine christianitatis
qui seculares esse dicuntur.
Omnes omnino accipimus quia
non tantum potestatibus solis
que a deo ordinate sunt. sed
omnibus omnino malisque eius
sanctibus eruditi sunt. Sicut
propheta orabit. Ne tradas
bestiis animas confitentium tibi.
Hec quattuor partes inter equos
sunt. Unde et has bestias
in omnibus malis sublocatus
formulis picturarum demonstratio.
Isti autem tres equi unum sunt
qui exierunt unde albus exiit.
et contra album pugnant. et
unum sessorem habent diabolum
qui est mors. sicut et dominus ita
dictus est. Ita hic generaliter
dixit datum gladium magnum.
cuius equitis vel gladii speciem
describit in duobus locis. In nigro
qui librum tenet. et statera. probat illam
simulationem que est operum anebrus.
In pallidum vero revelatum hypocrisin
id est simulationem que est ab homi
natio visitationis occidente
gladio. fame et bestiis terre.
Et si in africa ubi hec fieri coepta
intelligimus. non eo fit. quod hypo
crite revelentur. qui iam dum
cum secta appellantur revelati
sunt. Sed quod in africa geritur
exemplum est per orbem future
revelationis ante christi. qui nunc
sub libra id est sub religione.
manu pro latu operum iniquitatis
exercet. Hypocrisis enim subtilis est.
et vix sapientibus deprehenditur.
Hypocrisis autem non potest dici.
ex equo sonus equi. hos ergo
sequitur infernus. qui eos expectat
post huius operis consummationem.
Hos autem equites diabolos esse et suos
secat sigillo manifestata dum
prelio ultimo. equos dici congredi.
Et Iohel propheta de eodem populo
ait. Sicut visus equorum
facies eorum. Sicut equi ita per
sequentur. et sicut vox currum
super vertices. Equum istum
dominicum qui est ecclesia abbacuc
propheta multos esse declarat.
et per eos esse in mundo dicit iram
et salutem. et per eos aquas multas
domino terrore turbari. sicut dicit.
Numquid in fluminibus irasceris domine.

ut in fluminibus indignatio
tua. uta in mari impetus tuus.
quoniam conscendet equos tuos et
equitatio tua salus. Intendes
arcum super sceptra. et ponet
in mari equos tuos. turbantes
aquas multas. hec eadem quoque
in equo pallido. inter ceteras
clades permissa a domino uenturus
pestis magnus. et mortalitates
spiritales. Quum enim dicit et in-
fernus sequebatur illum. idest
expectat devoratione animas
impiorum. hic est equus pallidus.
quarto enim sigillo indicat animas.
tum in quartum partem. quum
in toto mundo occisorum. Secundum
deum postulare uindictam.
et hoc modo hostendit. nouissimo
idem tempore dum dicunt.
Quo usque non iudicas. et modicum
super esse. dum modico adhuc
tempore expectare iubentur.
Nam post quintum indicat
nouissimum certamen in sexto.

EXPLICIT EXPLANATIO QUATTUOR EQUORUM

INCIPIT STORIE DE ANIMAS OCCISORUM: 6

Et quum aperuisset
quintum sigillum.
uidi sub ara dei
animas occisorum propter
uerbum dei. et propter testimonium
Ihesu christi. quod habebant
et clamabant uoce magna dicentes.
Quo usque domine sanctus et uerus
non iudicas et uindicas sanguinem
nostrum. de his qui habitant
in terra. et date sunt
illis singule stole albe et dic
tum est illis requiescant
adhuc brebi tempore quo
usque compleatur nu
merus conseruorum
eorum. et fratrum
eorum qui occidentur
et ipsi. Finit.


ARA
AUREA
ANIMAS

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE IN LIBRO II

Et cum aperuisset inquid quintum sigillum vidi sub ara dei animas occisorum propter verbum dei et testimonium Ihesu quod habebant. Animas occisorum vidisse sub ara dei idest sub terra. Terra enim et celum et terra dicitur. Sicut lex ista. Imaginaria veritate facie meditantes qui duas aureas aras. Intrinsecus et extrinsecus fecerunt. Nos autem intelligimus aram lati dici domino nostro nobis testimonio perhibente. Ait enim. Cum offers munus tuum ad aram. Et utique munera nostra orationes sunt que offerimus. Et ubi recordatus fueris habere aliquid cum fratre tuo adversus te. relinque ibi munus tuum ante aram. Utique ad celum ascendunt orationes. Si ergo celum intelligitur ara aurea que erat interior nam et sacerdotes semel in anno introibant qui habebat crimen ad aram auream. Significante spiritu sancto Christum hoc semel facturum. Sicut ara aurea celum agnoscitur. sic et ara erea terra intelligitur. Sub qua erat infernus interior a partis. et ignibus regio et requies sanctorum. In quo quidem ab impiis videntur et audiuntur licet et neque illic venire possunt. Vox ergo tantum idest animas occisorum expetere vindictam sanguinis sui. idest corporis sui de habitantibus super terram. Voluit nos cognoscere quia omnia videt. Sed quia in novissimo tempore et sanctorum remuneratione perpetuam. et impiorum veniat ita damnatio dicitur tam eis expectare et pro corporis sui solucio. Et date sunt illis stole albe et dictum est illis ut requiescant adhuc brevi tempore quousque compleatur numerus sanctorum eorum et fratrum eorum qui occidentur sicut et ipsi. Hoc ergo nobis colligere intuendum est quid sit quod deus ad animas loquitur. aut anime sanctorum ad dominum. aut angeli ad deum loquuntur aut deus ad angelos. Aut ad diabolum loquitur cum dicit unde venis. aut diabolus ad deum respondet cum dicit. Circuivi terram. Discutienda quippe est. que numquam sit licet locutio. Neque enim vel a domino in quo sumus usque ceterum tempus est spiritus. vel utitur qui nulla est carnea natura teneatur. teneatur humano modo voris flatus folle uteris vocis aut per

organum gutturis suo expressionis reddatur. Sed dum natura inuisibilis naturam inconprehensibilis loquitur. dignum est ut mens nostra qualitatem corporeae locutionis excedens ad sublimes atque incognitos modos locutionis intime suspendatur. Nos namque ut ea quae sentimus exterius exprimamus. haec per organum uocis edicimus: Alienis quippe oculis intra secretum mentis quasi post parietem corporis statum. Sed cum manifestare nos metipsos cupimus quasi per linguae ianuam egredimur ut quales sumus exterius ostendamus. Spiritalis autem natura non ita est quae ex mente et corpore composita dupliciter non est.

Sed rursum sciendum est. quia ipsa etiam natura incorporea cum loquitur eius locutione quamquam una atque eadem qualitate formatur. Aliter enim loquitur deus ad angelos aliter angeli ad dominum. Aliter deus ad sanctorum animas. aliter sanctorum animae ad deum. Aliter deus ad diabolum. aliter diabolus. ad deum.

Nam quia spiritali naturae ex corporea oppositione nihil obstat loquitur deus ad angelos sanctos. ipso quoque eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit. Ut quicquid agere debeant. in ipsa contemplatione ueritatis legant. et uelut quaedam praecepta uocis sint ipsa gaudia contemplationis. quasi enim audientibus dicitur quod uidentibus inspiratur. Unde cum eorum cordibus deus contra humanam superbiam iram aduersionem ultionis infunderet dicens. Uenite descendamus et confundamus ibi linguas eorum.

Dicitur eis qui ad eterna uenite quia nimirum hoc ipsum numquam a diuina contemplatione semper ad crescere est. et numquam corde recedere. quasi quodam substanti motu est semper uenire. Quibus et dicit. Descendamus et confundamus linguas eorum. Ascendunt angeli. In eo quod creaturam recte inlicitas erigantur examine districtionis. praemunit. Dicere ergo est descendamus et confundamus linguas eorum. In semetipso eis hoc quod recte agunt ostendere. et per eum intima uisionis eorum mentibus exhibendo iudicia occultis motibus inspirare. Aliter loquuntur angeli ad deum. sicut per hunc iohannis apocalypsin dicunt. Dignus est agnus qui occisus est accipere uirtutem et sapientiam et diuinitatem.

Uox namque angelorum est in laude conditoris ipsa admiratio internae contemplationis. Uirtutis diuinae miracula obstupuisse dixisse est.

Quia excitatus cum reuerentia motus cordis magnus est ad aures

Incircum scripti spiritus clamor uocis.
Quae uox quasi per distincta uerba
se explicat. dum sese innumeros modos
admirationis format. Deus ergo
angelis loquitur cum eis uoluntas
eius intima uidendo manifestatur.
Angeli autem locuntur ad dominum. cum per
hoc quod super semetipsos respiciunt.
in motum admirationis surgunt.
Aliter deus ad sanctorum animas. aliter
sanctorum animae locuntur ad deum.
Unde in iohannis rursus apocalipsin
dicitur. Vidi subter altare animas
interfectorum propter uerbum dei. et propter
testimonium Iesu quod habebant
et clamabant uoce magna dicentes.
Usquequo domine deus sanctus et uerus. non
iudicas et uindicas sanguinem nostrum
de his qui habitant in terra.
Ubi illico adiungitur. datae sunt illis
singulae stolae albae. et dictum est eis
ut requiescerent. tempus adhuc
modicum donec impleatur numerus
seruorum et fratrum eorum.
Quid est enim animas uindictae peti
tionem dicere. nisi diem extremi
iudicii et resurrectionem extinctorum
corporum desiderare. Magnus quippe
eorum clamor. magnum est deside
rium. Tanto enim quisque enim
minus clamat. quantum minus
desiderat. et tanto maiorem
uocem in aures incircum scripti
spiritus exprimit quanto se in eius
desiderium plenius fundit.

Animarum igitur uerba. ipsa sunt
desideria. Nam desiderium sermonis
non esset propheta non diceret. Deside
rium cordis eorum exaudiuit auris
tua. Sed cum aliter moueri soleat
mens quae petit. aliter quae petitur.
et sanctorum animae tali in aeterni secreti
sinu deo inhaereant ut inhaerendo
quiescant. quomodo dicuntur
petere. quas et uoluntatem constat
dicere cum et et ea quae futura
sunt non ignorare. Sed in ipso
positae. ab ipso aliquid petere dicuntur.
Non quod quidam desiderent quod
ab eius quem cernunt uoluntate
discordent. sed quo mente arden
tius inhaerent. eo etiam ab ipso acci
piunt ut ab ipso petant. quod eum
facere uelle nouerunt. De ipso
ergo bibunt. quod ab ipso sitiunt
et modo nobis adhuc incompreen
sibili. in hoc quod petendo esuriunt
praesciendo satiantur. Discorda
rent ergo a uoluntate condito
ris. si quae eum uidentem non uelle
expeterent. et quae minus inhaererent
si uolentem dare desiderio pigriori
pulsarent. Quibus responsum
diuinum dicitur. Requiescere
tempus adhuc modicum. donec
compleatur numerus sanctorum.
et fratrum uestrorum. Desiderantibus
animabus requiescite adhuc
modicum dicere est. Inter
ardorem desiderii. ex ipsa praescientia

solatium consolationis accipere.
Vt animarum uox sit hoc quod amant
desiderant. et respondeatur eis dei sermo.
hoc quod eas retributionis certitudine
inter desideria confirmat. Respon
dere eius est ut collectionem fructuum
expectare debeant. eorum mentibus
libenter expectandi motus infundere.
Ut quam cunctis retardationem
appetunt. etiam de colligendorum
fructuum augmento gratulentur.
Aliter deus loquitur ad diabolum.
aliter diabolus ad dominum. Loqui enim
dei est ad diabolum. uias eius ac
negotia animi aduersione occultae
districtionis increpare. Sicut illi
dicitur unde uenis. Diaboli autem
ei respondere est. omnipotentiae
maiestati eius nihil posse celari.
Unde hic ait. Circuiui terram. et per
ambulaui eam. Quia si enim dicere
eius est. quid agenti scire quo actus
suos illius occulos occultare non posse.
Sciendum uero est quia sicut hoc
diximus loco. quattuor modis
loquitur deus ad diabolum. tribus
diabolus ad deum. quattuor
modis loquitur deus ad diabolum.
quia et iniustas uias eius arguit.
et electorum suorum contra illum
iustitiam proponit sicut ait.
Considerasti seruum meum Iob.
quod non sit ei similis super
terram. Et temptandum eorum
innocentiam concedendo permittit

sicut dicit. Ecce uniuersa quae
habet in manu tua sunt.
Rursumque eum a temptatione prohibet
cum dicit. Tantum ne extendas
in eum manum tuam. Tribus autem
modis loquitur diabolus ad dominum.
Cum uel uias suas insinuat. uel
electorum innocentiam fictis
criminibus accusat. uel temptan
dum eandem innocentiam postulat.
Vias quippe suas insinuat qui ait.
Circuiui terram et perambulaui eam.
Electorum innocentiam accusat.
cum dicit. Numquid frustra Iob
timet dominum. Nonne tu uallasti eum
et domum eius uniuersamque
substantiam per circuitum.
Temptandum eandem innocentiam
postulat. cum dicit.
Extende manum tuam. et tange
cuncta quae possidet. nisi in facie
benedixerit tibi. Sed dicere dei est
unde uenis. sicut et supra insinua
bimus. Vi suae iustitiaeque latentis
iudicioque eius increpare.
Dicere dei est. considerasti seruum
meum Iob. quod non sit similis ei
in terra. Tales electos suos
iustificando facere. qualibus
nimirum apostata angelus
possit inuidere. Dicere dei est
ecce uniuersa quae habet
in manu tua sunt. ad pro
bationem fidelium contra eos
occulta ubi incursum illum

suę mulieris relinquere. dicere
dei est tantum in eum ne extendas
manum tuam. ubi in modo etiam
temptationis impetum eius
iniquum permittendo restringere.
Dicere autem diaboli est. circuivi
terram et perambulavi eam veloci
tatem suę malitię. invisibilibus
eius oculis occultare non posse.
Dicere diaboli est. numquid sine
causa Iob timet deum. contra
bonos in cogitationum suarum
iacabola conqueri eorum quę
profectibus invidere atque invidendo
reprobationis crimen exquirere.
Dicere diaboli est. extende paululum
manum tuam et tange cuncta
quę possidet. ad afflictionem bonorum
malitię artibus anhelare.
Quo enim eorum temptationem
invidens appetit eo illorum quasi
probationem deprecans petit.
Quia igitur internarum locutionum
modos sub brevitate diximus ad inter
missum paululum disputationis
ordinem revertamus.

EXPLICIT

INCIPIT STORIA SIGILLI

SEXTI IN LIBRO IIII

[illegible]di cum aperuisset

E sextum sigillum
terrę motus factus
magnus. et sol factus
est niger ut saccus cilicinus.
et luna tota sanguis facta est
et stellę ceciderunt in terram. sicut
magno vento agitata emittit
grossos suos. et caelum recessit
ut liber involutus et omnis
mons et insula de locis suis
mota sunt. et reges terrę. et
magistratus. et tribuni et fortes
et omnis servus et liber abscon
derunt se in speluncis. et in petris
montium et dicunt petris et
montibus cadite super nos. et
abscondite nos a facie sedentis
supra thronum. et ab ira magna.
quoniam venit dies magnus
irę eorum. et quis poterit stare.

FINIT STORIA.


Ic sol obscurabitur. et luna
In sanguine uersa est
ubi stelle cecide
runt in terra
ubi homines
dicebunt montib(us)
cadete super nos
et colles cooperite
nos

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et in libro quinto.
et vidi cum aperuis
set sextum sigillum
terre motus factus
est magnus. et factus est
sol niger tamquam cilicium

In hoc sigillo persecutio est novis
sima et sol factus est niger
velut cilicium. *Et luna tota*
facta est sanguis. et stelle cade
runt in terra. Sol luna et stelle
ecclesia est que lumen veritatis
ministrat quasi sicut tenebras
ignorantiam dicimus. ita et lumen
scientiam nuncupamus. et has
duas catervas lumen et tenebras
in una ecclesia esse videmus. per
lumen sapientes. qui recte intelle
gunt. recte credunt. et recte
operantur. per tenebras ignorantes
intellegimus. id est hereticos.
ypocritas. et scismaticos. et ipsi
videntur esse quasi stelle eo
quod sanctitatem simulant
et non habent. et in his duas
ordines. id est luminis et tenebre.
et dies et nox. Dies est ecclesia.
et nox ignorantia. quod dicit
factum solem tamquam cilicium
id est incredulis obscurabitur
splendor doctrine. quod est sol

hoc et luna. hoc stelle. id est ecclesia.
Sed tantum pars intellegitur.
Totum autem dicitur quia in toto
orbe erit novissimus terre motus
dum venerit antichristus. Ante
adventum vero eius non in toto
mundo sed per loca sicut scriptum
est. per loca in quo terre motus.
sol nigrescet. luna sanguinea
fiet. stelle celi cadent in terra.
Hoc totum simulatio est sanctitatis
eo quod actis in sua simulatione
deprehenduntur. tantum ab eis
separantur obscurare et cadere
dicuntur. Similitudo plane
sanctitatis solis et lune. et stellarum
id est ypocrisis et religio falsa.
Hec autem omnia Iohannes sanctus
in celo nostro positus. id est in ecclesia
vidit. In superiore enim celo
quo intraio putatur vocatus
putatur. Stellas videre non
poterat que sub celo sunt.
Hec in ecclesia modo agitur.
In novissimo vero antichristi ad
ventu luna quod dicit facta
est sanguis. et ecclesia sanctorum
ostenditur pro Christo sanguine
fundere. Stellas quam dicit
cadere. id est fideles perturbari.
Sicut ficus magno vento agitata
amittit grossos suos.
Arborem fici ecclesie comparavit que
in asperitate penitentie vivit.
quia sicut arbor ficus multos

habet pomos bonos et malos.
solet enim ficus primitus gran
dis uideri inter alios. et malatos
ab uento turbatos uidemus.
Qui foris boni uidentur. sed deintus
mali sunt. Mox ut tactus fuerit
ualido uento. protinus in terra
cadunt. Prosper dicit quem
admodum ficus agitata iactat
grossos suos. id est ficos uanos.
qui boni uidebantur et non erant.
Hoc totum quare diximus quia
tales sunt ypocrite et simula
tores in tota ecclesia. qui in tempore
pacis uni esse uidentur cum ecclesia
sed mox persecutionis tempus
aduenerit. excutiuntur ab ecclesia
sicut ficus uento agitata
mittit grossos suos. Et celum
recessit ut liber inuolutus.
Celum semper ecclesiam intelligimus
quam terre motu fecit recedere.
Id est dilatio fieri in terris scilicet
sola noui continet sicut liber
inuolutus. Liber enim inuolutus
quid intus teneat nemine scitur
nisi expansus legatur. Cum uero
plicatur. inpossibile est eum
legere quempiam uel intellegere.
Et siquis eum non cognouerit licet
pedibus conculcetur. aut ferro
inciditur. nihil ei obest quia
pro nihilo estimatur. Ita erit
ecclesia in aduentu antichristi.
Celum erit inuolutum ut liber.

quia omnis scripturarum predica
menta cessant. et si sunt qui eo
tempore fuerint. quasi liber in
uolutus. sed ubi sentiunt se obsequium
prestare deo. non cognoscentes
quod in libro intus est. id est. in cor sua.
Et omnis mons et insule de locis suis
mote sunt. Celum et montes
et insule. hoc totum ecclesiam unam
dicit. Facta nouissima persecu
tione antichristi omnem de loco suo
recessisse. Sed postea in utrumque
partem conuertere. id est in bonos et
malos. Quia boni pure mouentur
de loco suo fugientes. Alii si constantes
uidebantur habere. quia publice
penitentiam noluit agere.
Sicut supra scriptum est.
Mobebo candelabrum tuum de loco
suo si non egeris penitentiam.
Et alterum. Transferentur montes
in corde maris. montes apostolos
dicit. Mare seculum. hortandi in ea
persecutione confugere admonent
ad eos qui de locis suis recesserunt.
id est ad eos qui in fide perseuerant.
Et reges terre. et magistratus. et tribuni
et fortes. et omnis seruus et liber.
Hos reges. et omnes quos dicit. scilicet sunt
a minimo usque ad maximo qui eo
tempore foris steterint. In persecutione
antichristi. Non inmerito reges et
potentes nuncupantur qui impiissi
mo collo non submittunt.
Ceterum quia tunc reges erunt

In mundo praeter unum peccatorem
tantum xpm. qui tunc eum fugiendo
locum cautionis et occultationis
quaerebant sicut dicit.
Absconderunt se in speluncis et in
petris montium. Hos tunc non
tantum perspicue. Istos quos videns
dicit. sed xpm et scos pueros implo
rant. et suffragium ab eis accipere
postulant. Sicut scriptum est.
Habitabit in spelunca petre fortis.
Spelunca et petra unum est.
Et dicunt petris et montibus cadite
super nos. et abscondite nos a facie
sedentis super thronum. et ab ira
agni quoniam venit dies magnus
irae eorum. et quis poterit stare.
Cadere super nos. verbum est tantum
misericordie affectum postulantis
et quodammodo tantum illum
qui rogatur in misericordie viscera
transire deplorantis sicut scriptum
est. Cecidit super collum eius
et flevit. Et aliter. Cadat
misericordia tua super me. Id est
sentias misericordia me adpraehendat
adque contegat. Abscondite autem
dixerunt. ut homo vetus et
peccator a dei oculis abscondatur.
Quia in homine peccatore nunc
latent peccata. et ds miserator
semper ad paenitentiam expectat.
Nos per singulos dies peccamus. et ille
per singulos dies non irascitur.
Et ab ira dei peccata nostra eiusdem

dei miseratione contecti. sicut
scriptum est. Beati quorum
tecta sunt peccata. Peccata enim
tegimus cum bona facta malis
actibus superponimus. Et iterum.
Curatus est a multitudinem
peccatorum. Huiusmodi namque
refugium ds manifestat. cum
ab ira sua abscondi peccatores
optat dicens. Et nunc intrate
petram et abscondimini vos in terram
a facie timoris dni et a claritate
fortitudinis eius. Hunc terram
quam dicit scm. id est corpus xpi.
Num quomodo in iudaeorum terram
nisi ipsa dicit. confringere terram.
Et iterum manu facta abscondent.
Inferentur in speluncas. et in cavernas
petrarum. et in scissuras terrae a facie
timoris dni. cum surrexerit con
fringere terram. Non idola dixit
abscondere. sed ipsos homines
qui in cordibus suis idola portant.
Et hoc modo idola sepelire. id est
veterem hominem abscondere.
et novum induere et in xpo petra
se abscondere. Hic quasi recapi
tulat. et tunc peccatorem ad
monet. et omnes ad paenitentiam
provocat. Sequitur enim et
exponit. Idola expellere vel ipsi
inertia in portum dicens.
In illo enim die expellet homo
abominationes suas argenteas
et aureas quas fecerunt adorare

uanus et nociuus . ut in eis
incitentur . solide petre et in
scissuris petrarum . expellentur
enim idola uisibilia . et inuertuntur
in petra . Idest publice conuertentur
et ueniunt ad xpm . ut illic idola
inuisibilia que corda possederant
obruunt abscondantur .
et post deleantur . Idest . dum hominem
ueterem xpo configimus ut in illo
noui inueniri possimus . Qui uero
secundum ueterem hominem .
Idest . exteriorem cumulent terram
domini idest cum tem xpi in
grediatur neque in eo ideo sepulta
in tribulatione sepeliunt . Ipse
idolum est et non est absconditus
a facie timoris domini .
Hos per esaiam dominus increpat
dicens . Ululate sculptilia
in hierusalem . Et uero iacob abscon
dit et perdidit idola sua . terebinto
usque in hodiernum diem .
Terebintus enim corpus domini est
ipso dicente sicut terebintus
extendit ramos . Et filii matris
mee pugnauerunt contra me .
sicut terebintus que amisit folia .
et altarum . In illa inquid die expellet
homo idola . Dicit totum tempus
ex quo dominus passus est . dixit .
Et inde homines absconduntur
in terram nouam . cum qua terra
infesta confringere terram .
Idest eo die qua dominus ad passionem

uenit mortem gustauit . et resurre
xit in hac petra se xpo homines
sancti absconderunt quum eis exemplum
relinquens ut eius uestigia sequamur .
Propter ea dixit abscondi in terra
cum exurrexerit confringere terram .
Notat quia in hoc sexto sigillo et
recapitulabit ab origine de xpo
ab eo loco ubi dicit . quod reges
et potentes absconderunt se
in speluncas . Legimus in dauid
ubi ait . Abscondit me in taber
naculo suo in die malorum . in petra
exaltabit me . Omnem autem dicit
se abscondisse . sed non omnes
absconduntur . sed sola pars que
xpm cognoscit de qua loquitur
dicens . Luna facta est tota
sanguis idest in martyrio profecit .
Et omnis mons et insula de locis
suis mota sunt . Et omnis liber
et seruus absconderunt se in montes .
Si autem pro istos montes uisibiles
dicit de locis suis recessisse .
quomodo se in illos absconderunt .
Aut quomodo se omnis seruus
abscondet . cum constet aliquos
exterius esse qui rapiuntur
in nubibus . Unde manifestum est
quos omnes dicit . In absconsos
enim neque uisibiliter conueniunt
sed spiritaliter factum esse credatur .
Primum quia non omnis locus habet
montes ut possit se omnis homo
abscondere . De inde cum apparuerit

dñs ut coruscatio non terminabitur
Inlatitudinis longitudine nec habebit
spatium peccandi homines monet
et qui In ipsis montibus habitant.
Quid de temporibus dicam quos
adhuc saulatia panatatu non
reuocat ut a locorum situ eos
possit Inmontib abscondere.
Non enim Innouissimo tantum
tempore multas de caelo lucentib
confugient ubi admonet.
Idcirco adu prolatorum doctrina dñi
misericordiam Implorent.
hoc semper factum est a passione
dñi usque nunc. Sed tunc magis
fiet quum ad diem Iudicii Instante
diem dñi signum discessionis
ostenderit. Ceterum hoc semper
promissum et factum est.
Sic habet enim consuetudinem
scã prophetia. sic narrat futura
quasi iam facta. Sic praeterita
quasi adhuc facienda. Nam sic
deus futurum promittit destructas
altaria quae Ieroboam fecerat
Insamaria. sicut per ore prophetarum
dicit. Auferentur uitulorum peccata
Isrl. Spine et tribuli ascendent
super altaria eorum. et dicent
montibus tegite nos. et collibus
cadite super nos. Destructa sunt
hec altaria per Iosiam regem Iuda
sicut In regnorum legimus.
Non autem aliquis dixit montib
tegite nos nisi illi qui destructas

Idolis Intemplum se dñi recondebant.
Sed hec Infigura facta sunt.
per Iosiam. Verum autem completa
sunt et complentur semp Indño.
Qui omnem Idolatriam depraedatur
super uerticem montium sua
cuiusque constituta. Idcirco Inspe
culatione contemplationis.
Incorpore suo suum sectum constru
xit. qui et ultimo tempore Iude
periculum. Inhis montib fugient.
sic dñs Inspeciale Hierusalem gene
raliter illius Inuenturae describit
excidium dicens. Filie Hierusalem
nolite me plorare. sed uos plorate
et filios uros. Quoniam uenient
dies Inquib dicent. Beate
steriles et uentres. que non genue
runt et ubera que non nutrierunt.
Tunc Incipient montib dicere cadite
super nos et collib quo operite nos.
Quoniam si In humido ligno hec
faciunt. Idcirco tempore Inmaturo
iam peracta sunt nouissimo et
opportuno quomodo peraguntur.
Quum ergo Intellexerint nouissimum
esse excidium Hierusalem confugient
admonet. rogantes abscondisse
ubera et beatos dicentes eos qui
nullis condicionis humane
uinculis peccati captiue
teneri sunt. Aduertendum
propter ea est tunc oculos cordis
habendum narrationis genus
quod sps scs In isto libro Inomni

periculum sentiebat : Usque ad sextum
enim numerum ordinem custodi
uit : et postea misso septimo
recapitulat . et duas narrationes .
quasi ordinem seruat . In septimo
concludit sed ipsa recapitulatio
pro locis intellegenda est :
Aliquando enim ab origine
passionis . aliquando medio
tempore : Aliquando de sola
ipsa nouissima persecutione . Aut
non multo dicturus recapitulat :
Tamen sextum seruat ut a sexto
recapitulet : Nunc ergo discrip
tio sexti ab origine redit .
recapitulat etiam breuiter . ut quae
dicturus : FINIT

EXPLICIT EXPLANATIO SEXTI SIGILLI IN LIBRO QUARTO

INCIPIT STORIA QUATTUOR ANGELIS IN TRONUM

Et post haec uidi quattuor angelos stantes
in quattuor angulos
terrae tenentes quattuor uentos terrae
ne flarent in terram . neque in mare
neque in ullam arborem : Et uidi
alium angelum ascendentem ab ortu
solis habentem signum dei uiui :
et clamabit uoce magna quattuor
angelis quibus datum est potestatem
ledere terram et mare dicens :
Nolite nocere terram neque mare . neque
arbores donec signemus seruos
dei nostri in frontibus eorum :

EXPLICIT STORIA


ANGELUS
ASCENDENS
ABORTU SOLIS
ABENS SIGNŪ DEI

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE IN LIBRO QUARTO:

Et post hec inquid vidi quattuor angelos stantes in quattuor angulos terre tenentes quattuor ventos terre.

Quattuor angeli et quattuor venti unum sunt. Ut si aperte diceret: Vidi quattuor angelos tenentes quattuor ventos.

Iam ergo diximus quia decursu unum sint dividua. Isti autem angeli vel venti et boni sunt et mali. Quattuor enim sunt soli sed bipertiti sunt sicut in consequentibus melius explanavimus. Hi venti et partem bonum tenent et partem suam malum.

Nam sanctum Ezechielum quattuor ventos terre bonos invenimus qui ad primum resurrectionem faciendum inspirant ossa arida et excitent mortuos. Quattuor enim ventos homines dicit. Idest plurimum et mentem quam habet secta in quattuor angulos terre et eadem in hisdem locis inspirant prophetando et suscitando mortuos.

Iste fluvius idest quattuor venti per danielum prophetam adversus dicitur invasisse in pelago: Ecce inquid quattuor venti celi insurgunt in mare magnum et ad mare ascendebant ascenderunt quattuor bestie. Quas angelus quattuor regna mundi esse dixit.

Septem ergo angeli velud dicitum est quorum septem et unum nomina omnes sunt. Pro tantum causa septem eos numerum dicit. Sicut nunc quattuor angelos dixit vel in quattuor angulos terre hora tenderet ecclesiam tenere. Et partem suam non decipiat consignandos accepit. Et ubi omnis sancti in finem mundi salvus factus fuerit. Fiet damnatio eius quam devenit.

Et tunc pars quarta angelorum solutam in suo tempore aperiatur.

Idest predicatur sicut apostolus dicit.

Et nunc quid detineat scitis et in suo tempore denudetur misterium enim facinoris iam operatur. Tantum qui detinet detineat modo quo usque damnatio fiat. Et tunc revelabitur ille impius antixpi.

Et quia diximus quattuor angelos bipertitos esse et in vice mixtos idest sanctum et regna mundi.

Curavimus oportune commemorare mundi regna vel maxime. Preter regnum in medio esse ecclesie per orbem in falsis fratribus. Idest ypocritis in ministerio facinoris. Non est enim regnum cui deputatur falsis fratribus quia sancti omnes mali reges dicuntur. Quia suis voluptatibus precipitantur.

Deniles principes apostholus
dixit : quam nemo deprincipibus
huius saeculi cognouit .
Si enim cognouissent . numquam
dominum glorie crucifixissent :
Qui autem dominum crucifixerunt .
euangelii scriptura denuntiat :
Pilatus enim unus princeps
dominum non crucifixit sed
calumniantibus dimisit .
Et apostholus petrus eo quod
israhel christum crucifixissent .
sic ad eos loquitur dicens :
Certum ergo sciat domus israhel .
quia et dominum illum et xpm
deus fecit hunc ihesum quem uos
crucifixistis . Et dominus
saeculum insulsis fratribus dixit :
Uos desaeculo estis . et dehoc
mundo . Ego autem non sum
dehoc mundo . Et aliterum discipu
lis ait : Si uos mundum odit .
me primum odit : Tenentes inquid
quattuor uentos terrae . neflaret
in terra neque in mare neque in
nullam arborem : Terram et mare .
et arbores . homines dicit :
Neflaret . idest ne spiritum suum
eradunt et sui similes efficiantur :
Et uidi alium angelum ascendentem
abhorto solis habentem signum
dei uiuentis : Alium angelum
eundem ecclesiam dicit :
Abhorto solis quod dicit . idest
apassione domini clarificatum

In quattuor angulos terrae :
Sol . christus est . Non enim sicut
ordo reuelationis est post
quattuor angulos . uidit esse
alium angelum : Non sed
uerumque ubi in ago libri unum
dei angelum uidit unum est
enim utque idem . ecclesia
praedicat ecclesiae : Et clamabit
uoce magna quattuor angelis
quibus datum est potestas ledere
terram et mare : Primum dixit
uentos teneri abangelis . neflaret
in terram et mare : Nunc angelus
dicit . ne ledereritis terram et mare :
hos est idest unum esse . Nam et in alia
recapitulatione . nouissimo
certamine . angelos dixit .
solbi quattuor erunt flumen
eufraten . Ista et illi unum sunt .
quos hic uentos dixit teneri :
Ex quo autem passus est dominus
ligatus est diabolus :
Sicut dominus dicit :
Quomodo potest quis intrare in
domum fortis . nisi prius alliget
fortem . manifestatum est diabolus
esse alligatum et apedibus ecclesiae
sublatus . sicut scriptum est :
Dixit dominus domino meo
sede adexteris meis . donec ponam
inimicos tuos omnes sub pedibus
tuis : Ligatus est diabolus in
corpore suo . idest inhomines malos :
Necredunt nationes credentes

In quattuor angulis terre. id est
ecclesiarum que corpus est xpi.
de quo corpore dicit:
Ne ledetis terram neque mare
neque arbores. donec signemus
servos dei nostri in frontibus eorum:
Imperium domini est. quod
angelus id est corpus eius quod
est ecclesia. adnunqua edicit:
Si inveneris ledentibus. id est hypocritae
dicit ne ledatis quia spiritaliter
ecclesiam ledunt. haec est vox
que in medio quattuor animalium
dicit ledenti: Vinum et oleum
ne leseritis: Precepit dominus
terram suam. id est ecclesiam suam
spiritaliter non ledi: quo adusque
omnes servi dei signentur:

EXPLICIT EXPLANATIO QUATTUOR ANGELIS VENTORUM

INCIPIT STORIA CENTUM QUADRAGINTA QUATTUOR MILIA IN LIBRO QUARTO.

Et audivi numerum
signatorum.
Centum quadra
ginta quattuor
milia signati
ex omni tribu
filiorum
Israhel:

Ex tribu Iuda .
duodecim milia signati .
Ex tribu ruben .
duodecim milia signati .
Ex tribu gad .
duodecim milia signati .
Ex tribu aser .
duodecim milia signati .
Ex tribu nepthalim .
duodecim milia signati .
Ex tribu manasse .
duodecim milia signati .
Ex tribu simeon .
duodecim milia signati .
Ex tribu Isacar .
duodecim milia signati .
Ex tribu zabulon .
duodecim milia signati .
Ex tribu Ioseph .
duodecim milia signati .
Ex tribu beniamin .
duodecim milia signati .

Post hec uidi . et ecce turba
multa quam dinumerare nullus
poterat ex omni tribu et gente
et populus et linguis : Stantes
In conspectu sedis . et agni amicti
stolis albis . et palme In manibus
eorum . et clamabant uoce
magna dicentes : Salus deo nostro
sedenti super sedem et agno :
Et omnes angeli stabant In circuitu
sedis . et seniorum . et quattuor
animalium et prociderunt In
conspectu sedis super facies suas
et adorauerunt dominum dicentes : amen
Benedictio et gloria et sapientia
et gratiarum actio . et
honor et potestas et
uirtus deo nostro
In secula .
seculorum : Finit

EXPLICIT STORIA


ANGELI ET QUATTUOR ANIMALIA PROCIDERUNT SUPER FACIES SUAS
IN CONSPECTU AGNI
BENEDICTIO ET GLA ET SAPIENTIA ET GRATIARUM ACTIO
ET HONOR ET POTESTAS ET VIRTUS DEO NOSTRO IN SECULA SECULORUM AMEN

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

E IN LIBRO IIII

Et audivi numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum Israhel.

Centum quadraginta quattuor milia omnis omnino ecclesia est, quod exemplis facile est probare qualiter fiat per rationem.

Uasi partes querantur duodenarius numerus simul ducatur plenitudinem suam excedit ita puta. Habet enim partes quinque: duodecimam, quod est unum. Sextam quod duo. quartam quod tria. Tertiam quod quattuor. Dimidiam quod sex. Unum enim et duo et tria et quattuor et sex simul ducta sedecim faciunt et longe a duodenario numero excedunt. Sed tamen misterium faciunt. Unus in numeris dividi non potest. Ab ipso enim surgit omnis numerus. deum significat a quo surgit omnis origo qui dividi et scindi non potest. Duo duo testamenta intelleguntur. Tria trinitatem que est deus. Que quum unus et tres sint persone in una creduntur unitateque trinitate. Quattuor quid aliud nisi quattuor evangelistas. Senarius igitur numerus perfectus est quia partibus suis completur. Habet enim tres partes: sextam, tertiam et dimidiam. Sexta eius unum est, tertia duo, Dimidia tres. Hec in partes in summa ducte, idest unum et duo et tria simul eundem numerum consummant perficiuntque senarium.

Ideoque per huius numeri perfectionem sex diebus operatus est deus omnem creaturam. Tres hec partes senarii numeri demonstrant nobis trinitatem eum deum in trinitate numeri mensure et ponderis fecisse omnem creaturam.

Cognosce ergo plurimum valere senarii numeri perfectionem in scripturis sanctis frequenter invenimus. Preterea in morte domini simplum et in resurrectionem domini simplum. Mors itaque domini nostri Ihesu Christi non fuit in animam sed in carne sola. Mors vero nostra non solum in carne sed et quum in anima propter peccatum. In carne vero propter penam peccati. Ille vero quia peccatum non habuit in anima non est mortuus nisi tantum in carne. Et hoc propter similitudinem carnis peccati quam deudum accepit. Igitur

simpla eius mors pro sua duple nostrae.
Et simpla eius resurrectio pro sua duple
nostrae. Mors autem Christi et resurrectio eius
duae sunt. Duae mortes nostrae et duae
resurrectiones nostrae. Duae et duae
quattuor sunt. Unum mortem domini
et unum resurrectionem eius. Adde
quattuor nostras sex fiunt. Igitur
simplum domini et duplum nostrum
tres sunt. Et quia senarius numerus
tres partes habet secundum quod supra diximus
unum et duo et tres sex fiunt.
Nam et viginti sex horae quibus dominus
fuit in inferno simplum domini et
dupplum nostrum conplebit. Duodecim
igitur horae fuerunt diurnae et
viginti quattuor nocturnae.
Istae viginti quattuor ad duplum mortem
nostram congruunt. Et illae duodecim
horae diei ad mortem domini simplum redacta
in unum senarium numerum
fiunt. Ratio etiam et nativitatis
domini senarium numerum habet.
Quadraginta sex annis aedificatum est
hoc. dicebant Iudei in evangelio
quod intellegitur de corpore domini.
Quadraginta sex anni positi sunt
pro diebus quadraginta sex.
Et a quadraginta sex diebus
dicunt infantem formari in utero.
Et sub inde usque ad diem parturitionis
crescit. Computa ergo ad vices quadra
ginta sex et invenies dies CC septua
ginta sex qui fuerunt menses novem
et dies sex. Computa ergo octavo

kalendas apriles quando passus
est dominus tunc etiam creditur fuisse
conceptus et usque in diem VIII
kalendas ianuarias et invenies dies CC
septuaginta sex qui
constat per senarium numerum.
Quid de illa muliere in evangelio
quam decem et octo annos curvaverat
satanas quam sanavit dominus
quae decem et octo annos curva iacebat
quia et ipsa senarium numerum
habebat. Ter igitur seni decem
et octo fiunt. Illa itaque mulier
intellegitur genus hominum quam
sex aetates saeculi a captivitate
diaboli dominus liberabit. Quia sex
dies in quibus operatus est dominus
ebdomada est et sex milium
annorum figuram portendunt
quae una ebdomada nuncupatur.
Prima aetas ab Adam usque ad Noe
et fiunt anni IICCXLII.
Secunda a Noe usque ad Abraham
et fiunt anni DCCCXLII.
Tertia ab Abraham usque ad Moysen
sunt anni DXI.
Quarta ab exitu filiorum Israhel
ab Aegypto usque ad Iherosolimam et
in terram repromissionis per annos
quadraginta. Et ab Iherosolima terrae
repromissionis usque ad Saul
primum regem Israhel fuere iudices
per annos CCLXI. Saul regna
bit annos XL. Ad David usque
ad initio aedificationis templi anni XLIII.

Quinta etas. a prima aedificatione
templi. usque ad eorum transmigratione
babilone. fuere reges per annos
CCCXIII. Finita autem captiuitas
populi ac desolatio templi annis LXX
et restauratur. a zorobabel annis IIIIor
Post restaurationem templi. usque
ad incarnationem xpi anni DX.
Colligitur omne tempus ab adam
usque ad xpm. anni V CCXCVIII
Et ab adventu dni nri nri ihu xpi
usque in presentem annum. DCCCXCII
Sunt anni. DCCLXXVII
Computet ergo a primo homine adam
usque in presentem annum. DCCCXCIIII
et inveniet annos sub uno.
V. DCCCC octuaginta. sex:
Supersunt ergo anni de sexto miliario
XIIII. Finibitur quoque sexta etas
in eo. DCCCXXXIIII:
Residuum sexti tempus. humane
investigationis incertum est:
Omnem enim de hac re questionem
dns noster ihs xps abscisa dicens:
Non est vestrum scire tempora vel
momenta. que pater posuit
in sua potestate: Et alibi:
De die autem illa et hora. nemo scit
neque angeli celorum. neque filius
nisi pater solus: Et quia diem
dixit et horam aliquando pro
tempore dicuntur. aliquando
vero simpliciter intelleguntur:
Ut sciat investigare sexto
millesimo anno finiendus erit mundus:

Utrum impleatur. an minuatur
soli deo cognitum est: Ceterum
ut suspicemur de septimo non possumus.
quia nec scriptum invenimus:
Sex diebus operatus est ds. quos in
venimus unumquemque usque ad vesperum
esse finitos: De septimo non legimus
nisi requievisse: Et per sex dies
sex milium annorum figuram os
tendere. quibus sexti status gradus
deducitur. indicaret in septimo
resurrectionem omnium sanctorum:
Et quia sexto die. hominem fecit.
et de costa eius quod est latus
facta est femina. Ex quibus duobus
creata. et repleta est terra: Ita in
tellegitur sexta etate sexti. quasi sexta
die primum hominem adam
de nobili terra. sic secundum adam sexta
etate de nobili virgine xpm nasci:
Et quia diximus virgine nobili
talis non fuit in • unitate de semine
adam neque alter talis filius
de semine eius qualis xps:
Et sicut adam dormientem de latere
facta est femina et repleta est terre.
Ita et secundus adam. somno
passionis dormiens. de latere eius
facta est ecclesia: Ut repleretur
celestis paradysi terra. de qua dd
orabat: Credo videre bona dni
in terra viventium: Et sicut sexto
die finito nihil legimus dnm
operatum. nisi cessare ab operibus
et requievisse. Ita credimus

sextam miliario. uerum finitam annon
dicam resurrectionis esse. Quia die
illa hora. ut ait ipse dns. nemo scit
neque angeli celorum nisi pater solus.
et in alio euangelista addidit quod
neque filius sciat. Nos uero hec
non secundum litteram. sed secundum
sensum intellegere debemus. Nec more
sicut sonat heretici quo agnoscitur
et arriani quia et eudoxiani
sectam dicuntur. quod absit.
cum ipsis sentiamus. Illi adserunt
quod xpi diuinitas ignorat futura
que sunt scripta de die et hora
nouissima. Nec concordant xpi
personam in geclorum loquentes dies
iudicii e corde meo. Unde mani
festum est. quod filius sciat.
sed discipulis indicare noluit.
Ut semper dum ore suspecti et in
certi. tempus incerto non haberent.
Nam de hoc legimus. quia sicut
dns nr ihs xps die dnico resurrexit
a mortuis. ita et nos resurrecturos
in nouissimo sexto die dnico speramus.
Sed quia reuoluente hunc diem in
calculo. multi dnici dies
efficiuntur. quo tempore. quo
anno. qua hora. qua die.
qua era. resurrectio sit. nescimus.
Uerum minus de istos. xiiii.
annos solus ds scit. Sed tamen
etiam de promissione dni
legimus mutasse sententiam.
Denique et in genesi legimus

centum uiginti annos. penitentie
age constitutos ante dilluuium.
Quidquid autem tempore. idest
centum annis noluerunt agere
penitentiam. nequaquam expectauit
dns ut et uiginti alii comple
rentur. sed inferre ante quod
postea fuerat comminatus.
Sic et cum per esaiam ezechiam regem
dixerit moriturum quindecim
anni leguntur addidisse.
Et a niniuitarum adhuc tres dies
et niniue subuertetur.
Et tamen ad preces exocie niniue.
dei sententia commutata est.
Non nouitate iudicii. uadis nobis
consilios habuit. qui numquam
per uarietate temporum mutatur.
Et scriptum est. Semel locutus est
deus. duo hec audiui. quia semel
decreuit ante secula. qualiter in secula
disponuntur. Sed eorum conuer
sione mutat sententiam qui
meruerint indulgentiam.
Neque enim dns hominibus sed uitiis
irascitur. que cum in homine
non fuerint. nequaquam punit.
Alioquin. et in hieremie loquitur
ds se malum minari super gentem.
et si bonum fecerit. minus
clementia commutare. Rursum
bonum genti se ussoria promittit.
et si malum fecerit. dicit se mutare
sententiam. Unde eidem in hieremie
dicitur cum orasset pro populo.

Obdurationem cordis ppli iudeorum.
Ne oret pro pplo hoc. quia non est
exaudiendum. et ad samuel. usquequo
luges super saul. et ego abieci eum.
In cinere igitur et sacco postulat
impleri. quod promiserat ds.
Non quo esset incredulus futurorum.
sed ne securitas neglegentiam
et neglegentiam pareret offensam.
Iam ut supra dictum est. intellegere
debet. separatus et timere omnis
catholicus. et hos quattuordecim
annos tamquam unum horum
putare. et die noctuque in cinere
et cilicio tam se quam mundi
ruinam plangere. et de suppotatio
ne annorum supra non quaerere
et dicam terminum scli uel temps supra
non queat investigare. quem
nemo scit nisi solus ds. Unusquisque
ergo de suo cogitet transitu. sicut
sacra scriptura testatur. In omnibus
operibus tuis memorare novissima
tua. et in aeternum non peccabis.
Quando enim quisque de saeculo migrat.
tunc illi consummatio scli est.
Sed quia denario numero usque
ad finem mundi pervenimus. dignum
est. ut ad senarium numerum
recurramus. Qualiter non solum
mundum. sed etiam totum actum
per eum numerum deo perfecte dis
putavimus. Unde et sapientibus
et viris catholicis uel religiosis
ratione numerorum contemnenda

non est. In multis enim sacrarum
scripturarum locis quantum mysterii
habeant elucet. Non enim sine causa
in laudibus dictum est. omnia in mensura
et numero et pondere fecisti.
Senarius numerus partibus suis perfectus est
perfectionem saeculi mundi quandam
numeri sui significatione declarat.
Similiter et quadraginta dies quibus
moyses. et helias. et ipse dominus ieiuna
verunt sine numerorum cognitione
non intelleguntur. Sic et alia in
scripturis sacris numeri continent.
Quorum figuras non nisi noti huius
artis scientiaque solvere possunt.
Datum etiam nobis ex magna parte
sub numerorum consistere disciplinam.
Quando horas per eum dicimus.
Quando mensuum curricula suppo
tamus. quando spatium anni
redeuntibus agnoscimus. quando
milia annorum ab exordio mundi
usque in finem invenimus. Sic quidem
dns in quarto diei opere testatur.
Fiant luminaria in firmamento
celi. ut luceant super terram. ad in
quotationem diei et noctis.
Et ut dividant inter diem et noctem.
et sint in signa. et tempora. et dies
et annos. ut sint in splendore in
firmamento celi. et luceant super
terram. Quibus iam perfectis
manifestum est luminibus ipsis
inesse calore lucentibus diebus.
Unde mihi videntur aegyptii ceterique

generet hoc sequenter decretum quia
quattuor annis impletis . diem integrum
superfluum adicere . Quod etiam
bis sextum solent nominare .
Nam cum et dies istos computare
qui sunt usque recogitare uoluerimus .
unius anni centesimum uicesimum
partem esse cognoscimus . Centesima
autem et uicesima dies inuicem com-
putata istam tertiam partem esse anni
dinoscitur . Tertia igitur ad
diem parte annuali quadriennio .
dies integer completur . Atque
partium partes minutae atque anni
superflui computantur . Quos
hebrei quidem inbolismos uocant .
idest super adiectiones . qui de pascha
usque in aliud pascha dies ccclxx
et iiiior . fiunt unde et pascha
errare solent . quia calculi nesciunt
rationem . Egyptii uero hos excal-
culationes siderum dicunt . atque
stabiliter immo bis sextum
appellant . propter inmemorationem
lucis usque dierum et noctium quae
luminibus . ante cesserunt .
celebrantur . Ideo quod et dies sine
auctore sole precesserunt .
Certum est enim . per sacrarum scriptu-
rarum eruditionem per numerum
deducere omnem ecclesiae ordinem .
Per numerum siquidem ne confunda-
mur instruimur . Tolle seculo
computum . et cuncta ignorantia
caeca conplectitur . Nec differri
potest a ceteris animalibus qui
numeri nesciunt rationem .
Et quia iam per centenarium supra
numerum diximus . denuliere
turba quae omne omnino genus
prefigurabit humanum .
Nunc tertia uel ebdomada status sexti
perditiones dierum . et noctium
discernendo deducimus usque ad xpm .
Et quia diximus sex diebus consum-
mabit deus opera sua et septimo
requiebit . Quia hic mundus
in sex etates constare dicitur .
et in septima erit requies sanctorum
III cum domino . Quia prima etas est .
ab adam . usque ad noe . qui ha-
buit minimam ipsam conditionem
hominis in paradyso . habuit
uesperum dilluuium . hic quasi primus
dies in creatione rationalis
creaturae angeli et hominis quod est
lux . qui dicuntur filii dei . post
expulsionem a paradiso . homo
duos habuit filios . simplicem
et impium . Impius . occisit pium .
et pro eo natus est seth . qui
dicitur est filius dei . et facti sunt
duo populi . Idest agnus . et bestia .
Et quia contra uoluntatem condi-
toris de duos populos agno et bestiae
communes . et liberos et coniuges
miscuerunt . factum est dilluuium .
III. Secunda aetas est a noe . usque ad
abraham . habuit minimam archam
quae prima uocatur specialis secta .

quę circumnatauit tres partes saluabit.
Idest homines. bestias. et aues.
quę secunda dies firmamentum
nuncupata est. et tres filios a noe.
quasi tria animalia. idest. aries.
uitulus et capra. Ab his tribus
omnis terra est diuisa. Habuit
uesperum. confusionem linguarum.
et turris ruinam. nebroth gigantis.

III Tertia etas est ab abraham usque ad dauid.

Habuit mane generationem abrahe.
Quasi tertia die separata. aquas
ab aquis. Idest. patriarche a gentibus
ubi moyses. calce et data. dixit
autem deus ad abraham. Ego sum deus
qui eduxi te de terra caldeorum
ut darem tibi terram istam hereditate.
Et dixit abraham.
Quomodo sciam. quia hereditabo eam.
Et dixit illi deus. Accipe tibi uaccam
trimam. capram trimam. Arietem
trimum. Turturem. et columbam.
Hęc tria animalia. filii sunt noe.
Aries. sem de quo natus est agnus.
Uacca. cham. de qua natus est
uitulus. Capra. iafeth. de qua
natus est hircus. Hęc tria anima
lia diuisit abraham per medium.
fecit sex partes de toto mundo.
per senarium numerum. Tres partes
dexteras. et tres sinistras. Idest [illegible].
et sinagogam. Aues uero non diuisit.
Idest omnis caro sanctificatur cum
spiritu dei coniuncta sunt non diuisit.
sed unitati ad celos uolantes ascendunt.

Nam illa diuisa animalia gentilem
populum significabit. credentem
Christum et incredulorum. Hic dies
habuit uesperum. Impiissimum saul

IIII regem. Quarta etas est. ad dauid usque
ad transmigrationem populi iudeorum
in babilonia. Habuit mane ipsum
dauid. a quo cepit splendor regni.
et prophetia quasi quarto die
luminaria. Habuit uesperum
peccatum regum et sacerdotum
pro quibus gens illa meruit captiuitatem
in babilonia. Et quattuor in babi
lonia commiserunt. homo iuda.
Idest furtum. adulterium. homicidium.
et idolatriam. pro qua hieremias
quadruplici planxit alfabeto.
Et iuxta ieremiam prophetę. per quam
ueniebat aduentum que dicitur Christus.
Iectatus est in deserto. Incidit
in leena quę eripuit eum.
Surrexit ursus. tulit leena preda.
Surrexit pardus. tulit urso predam.
Surrexit bestia terribilis dentes ferreos
habens. cepit septem. et comminuit
decem. tulit pardo predam.
et possidebit eum.

V Quinta etas est. de transmigratione
babilonie. usque ad aduentum domini
nostri Ihesu Christi. Habuit mane hieremiam
uel danielem. quasi quinto die
primum benedictionem pisces in
aquam. et aues in passione. Habuit
uesperum peccatum populi iudeorum.
quando peccati sunt ut eaqum

dnm nrm ihm xpm . non possint
agnoscere . Stat agnus in-
maculatus talia bestiae terribile
qui se parem cupiat habebat . et
decem cornua superbiae eum .
et secuta eius praedam . Idest quem
supra diximus hominem iuda .
Homo cumque cognosceret se adtan-
tis periculis a bugno liberatum in
uidie ducatus occisit agnum .
Haec nimirum bestia partibit hominem
quia emulat electorum corda
tenuit dixit . Sed hanc praedam
a iuda moriens agnus secutus .
Hic est agnus quem ad uesperum iudei
succincti per lumbos uestimenta
baculos in manu . comedere se
credunt et dauid ait . Ad uesperas
demorabitur fletus et ad matutinum
laetitia . Nam cum hastis baculis
cum quibus inmaculati agni
carnes appetunt iuda scarioth
auxiliarium . supportationis ultimum
tempus . ad occupandum saluatorem
noctem cumulatoriatus plebesia con-
uenit . Quibus ait agni uestitu
uox inaudita . quasi ad latronem
cum gladiis et fustibus aduenistis .
Gladii scilicet principes sacerdotum .
et seniores ppli . de quibus agnus
occiditur . Fustibus plebs minuta
quibus blasphemantium popularitas
permutatur . Nam quod sub uespere
imago dei agnus iste decipitur
noctem iudeis in ocio adulterae

legis pplm sitit admissum peccati
per importunitatem caeci blasphemantes
fobendo quod fixerat separatus .
a luce tenebrarum includebat .
ut a noxium criminis caecus . tenebras
sequeretur adsensus . Passio xpi inter
lucem . et tenebras magno sacrificio
libabatur lucis cuius xps nomen ad
sumpserat temporalio lapsus uide-
batur occasu . Tempore tenebras
crucis cene qua agnus fuerat in-
molatus xps tertium in illa die . ubi
se inferis dumtaxat ante mortis
terrore cursu a luce fulgere . Meritat
sub hac dni passione . Ipsi equum
agni inmaculati . atque perfecti uellera
omnes xpiani in eius sectum nectunt
et texunt . Et quasi sub trinitatis
nomine . Idest sacramentis licii . et
etiam unius substantiae lanae . unum
deum in trinitate esse adserunt .
Sed tamen haec lana quid cum melius
esse uideatur diuersis coloribus haeresum
diuersae texture coloribus fuscantur .
Alii uermiculo . alii uiridis . alii croceo
alii coccinno . alii alio uario rubeo
uel nigro colore subtexunt .
Perfecti autem carnalis inbuantur
agni uellera candidata tegere
conantur . Nam quod et agni
uellere candidato diuersi coloris
textura fuscatur . Istae sunt
haereses quae singuli lana uestae plus
quam innocua mutando per colores
et uariando se uarietudine texture

semper inficiunt. Sed uti xpi lunę
cui splendescere profecto debuerunt
inspirantiq; sectum mutuantur.
Vt et quo agni uellere anniculi. perfecto
candore enituisse uestibus sectę
multę ethereę oriuntur. quibus
sunt damnabiles officine.
Et quia nititur se obumbrandum per
flores colores et eius profuna nutu
conferent malicuminibus orbis
pictum lambent muricem lune
post illud uelleris fronde. uerum
in ipso discordię suę cuniculo xpm
dnm quem figmentis simulationibus
fallit confiteri patitur non uidebit.
De talibus in euangelio ait: Multi
dicent mihi in illa die dne dne.
in tuo nomine manducabimus. et bibimus.
et in tuo nomine demonia eicimus.
magnalia fecimus. Tunc respondens
dicit eis: discedite a me operarii
iniquitatis. non noui uos in domo
patris mei. id est ecclesię. Neque enim
prodest cuiquam dicere sed facere.
Hic est agnus qui natus est de illo ariete
sem filio noę. Cum hoc agno leo
et taurus. et pardus. uitulus. et ouis.
et capra morantur simul. Solum
bestia terribilis. cum decem cornua.
et septem capita. cum eo est in con
flictu. Iste agnus est qui in montem
sion id est in speculatione ecclesię
uirtutum orbes decerpet. A quo
bestia cotidie superatur et captiua
abducitur. Item sequitur sextum fit. quę

nunc abundantiam dni agitur. usque dum
mundus finiatur. et ueniat ad iudicium.
Habet namque lumen uerum xpm. qui semper
oritur. in corda credentium. qui dies
perpetuus nuncupatur. Habet uesperę
sinagogam. uel ignorantiam saulatorum
scismaticorum. ypocritarum. hereticorum.
siue in fine perpetuam noctem ipsum
antixpm. Hic est dies primus xps
in operatione. et nouissimus in per
fectione. In hunc enim fecit finem
et recapitulat a principio. Sic enim
dictum est. In principio fecit ds celum
et terram. Terra autem erat inanis
et uacua. Iste est principium in quo
fecit ds celum et terram. In celo intel
ligimus spm. In terra. intelligimus
carnem. Non aliud primum fecit
in principio. nisi hunc hominem
xpm. salomone adtestante.
Dns creauit me in principio uiarum
suarum. In principio creatum
dicit. id est predestinatum. Ab huius
similitudine dictum est. Faciamus
hominem ad imaginem et similitu
dinem nostram. ad cuius imaginem
factus est adam. Similitudo
autem. in se reseruabatur.
Sed quia terra erat inanis et uacua.
id est inuisibilis et incomposita.
quod nec uideri nec palpari poterat.
Ecce iam uisibilis est. ecce iam
palpari potest. Sicut ipse dicit.
Palpate. et uidete quia sps carnem
et ossa non habet sicut me uidetis

habere · et noli esse incredulus sed
fidelis · Ecce iam terram compositam
in quo principio creauit ds celum
et terram · Idest cum ante et spm et
in hoc celo et terra contineatur
omnia uisibilia · et inuisibilia ·
Omnis namque creatura ante quam
tempore suo fieret in ipso dei uerbo
idest filio quod est principium ·
Prius erat ab angelis cognoscenda ·
et sic suo tempore facienda ·
Quia propter ipsa creature cognitio
in semetipsis uespera erat · In deo
autem mane · quia plus uideatur
ipsa creatura in deo quam in semet
ipsa uideatur a creatura · Plus scilicet
uidetur in arte que facta est propter ea
enim ut ait euangelista iohannes ·
Quod factum est in ipso uita erat ·
Omnia igitur que facta sunt
et uitam non habent · in ipso
uita erat · Omnia igitur que facta
sunt et uitam non habebant ·
in ipso uerbo dei uita sunt ·
In se ipsa non sunt uita · Celum ·
terra · lapis · uitam non habent ·
et tamen in deo uita sunt ·
Uiuunt igitur in deo sine initio
atque in mutabiliter omnis crea
tura · Ac per hoc plus uidebatur
ab angelis scis in uerbo dei ubi sunt
uita quam in se ipsa · Et ne
forte aliquem moueat et dicat
aliquis · Omnia filius fecit ·
et pater et sps scs non fecit ·

Absit · hoc a catholica fide et omnia
que facta sunt · siue in celo siue in terra ·
scā trinitas fecit · Idest pater et filius
et sps scs · In personis trinus · sed
in natura unus est ds · Communis
operatio · trinitatis · una potestas
et una maiestas · Intellege quod dicit ·
In principio celum et terram · Terra
autem erat inanis et uacua · et sps
dni ferebatur super aquas · Idest
super omnem creaturam · In deo
patrem dicit in principio filium in spu
sco · spiritum sanctum · Ecce
communem operum trinitatis ·
Nam cum dixit ds fiat lux · angelos
dixit quia non in tenebris erat ds ·
Sed quia se primitus ab angelica
cognosci uoluit · quod preciatur
in culmine erat · Ideo dixit lux ·
Ipse est dies in quo ucationis creature ·
qui non primus sed unus est
nominatur quia primus dierum
omnium xps est · Primus ergo dicitur
dies angelorum · sed in creatione
mundi · quia de omni creatura
ipse primus cognouit factorem
suum · ergo in cognitionem sui
primus dies · In cognitionem
firmamenti · secundus · In cognitio
nem diuisionis aquarum tertius ·
In cognitionem solis · ac lune et
stellarum quartus · In cognitionem
uolatilium et reptilium quintus ·
In cognitione iumentorum et ferarum
uel ipsius · hominis sextus ·

Uidet hominem sexto die factum
tam in anima et carne precitatur
erat xps. et praedestinatus et sub
angelica creatura cognitus.
quando iste adam factus erat
primus. cum pater ad filium perso
naliter dicente faciamus hominem
ad imaginem et similitudinem.
unitatem substantiae demonstra
bit. Nostrum uero personaliter
dixit. et fecit ds. substantialiter
dixit. Uoluit se uidere ds. qualis
esset in formam cum hominem suam
sacra dignitate in linea. Uultus
dni praesentatur in homine. ut aberent
auibus pecoribus non homo.
sed imago potius imperante.
Cognosce quantum distat inter
hominem et pecus cui homo pre
preponitur. et imperare mandatur.
Ita crede secundum adam xpm
qui homo perfectus erat dicatur.
et alter homo aput ipsum pecus
erat dicatur. Sed quia angeli et
homines. filii dei dicti sunt. et
sicut angeli eum primitus inter
omnem creaturam cognouerunt
in diuinitate. ita et homines
angeli dicti sunt qui eum plane
cognouerunt et cognoscunt in
humanitate. ergo ille qui erat
primus dies. ipse erat. et iste nobissi
mus. Primum cognitus a spiritale
creatura in diuinitate. et nunc
non carnale sed a spiritale
creatura. Iterum in nouissimum homine
cognoscitur in humanitate.
Illuc dictum est fiat lux. et cognos
cunt angeli xpm. hic dictum est
ego sum lux mundi. ita cognoscunt
angeli homines xpm. Illuc secundo
die dictum est fiat firmamentum
in medio aquarum. et diuidunt
aquas ab aquis. dictum est hic.
Super hunc petrum quam cognouisti
petre. firmabo ecclesiam meam.
et diuidam synagogam ab ea.
Illuc tertio die dictum est congre
gentur aque in congregationem
unum. et appareat arida.
hic dictum est quam ad lauacrum
uenisset. ecce agnus dei ecce qui
tollit peccatum mundi.
Congregate sunt aque alie supra
celos. alie in abysso alie in maria.
tres partes facte sunt una celestis
et duas terrestres. Ista lauat et pecca
tores. Apparuit terra de qua dicitur
erat. terra nostra dabit fructum suum.
hic terra cordis nobis habetur gemi
nat fructus. Illuc dictum est in
quarto die fiant luminaria.
hic dictum est. ego sum lux mundi.
et qui ambulat in die non offendit.
quia lumen huius mundi lucem uidet.
Illuc dictum est in quinto die
producant aque pisces. et uolatilia.
hic dictum est. nisi qui renatus
fuerit ex aqua et spu sco non poterit
uidere regnum dei. et sicut me

pater misit ad passionem et ego
mitto uos. Illuc dictum est
crescite et multiplicamini et replete
terram. Hic dictum est: Ue pre-
gnantibus et nutrientibus et beate
steriles que non genuerunt. In illa
crescere et generare mundabitur.
In ista continentia sua sit.
Illuc circumcisio carnis. hic labacrum
in ablutione cordis et corporis.
Illuc in filiorum prole benedictio
et gratia dupliciter datur.
Nos tamen sicut coniugia non uetamus.
ita nec predicamus. Scriptum est.
qui habent uxores tamquam non
habentes sint. Nuptie quantum
per se bona sunt tantum cura
rerum que circa illas sunt mala sunt.
Qui non habet uxorem sollicitus est
quomodo placeat deo. et qui habet
uxorem sollicitus est que sunt mundi
quomodo placeat uxori et diuisus est.
Sed tamen apostolus ait. qui se non
potest continere. nubat. melius
est bis. terque. cum benedictione.
quam cum una corpus suum maculet
in fornicatione. Sed hoc de illo
dicimus qui se non promisit in
religionis habitu deo seruire.
Nam si uel leuiter promisit. et aliter
fecerit. habet damnationem
secundum apostolum. quia primam
fidem irritam fecit. Nam quantum
distat inter uirginitatem et
coniugium. tantum distat inter
primitias nuptias et secundas.
Scriptum est enim. Boues prati de-
pauerunt. porci autem nonnulla
suffoderunt. pars tertia que mane-
bat lilia. In prato depasto
a bouibus. coniugia intellexerunt
esse meliores et si nulla florum
retinet dignitatem. tamen non
amittat uiriditatem.
In porcos qui suffoderunt campum.
hi sunt fornicatores qui terram
corporis sui in luto crudelitatis
uitiisque uerterunt. Pars tertia
campi que lilia dicitur. uirginitas
est que florum liliis comparatur.
Et quantum distat inter perfectum
et militem uilem mancipium.
tantum distat inter uirginitatem
et coniugium. Que uirginitas
in predicatione non imperatur
sed suadetur et laus eius et gloria
predicatur. In una tamen. quasi
in uno pallio. ista duorum officia
militant. Sed uirgines animo
et corpore habent dignitatem
similem perfectorum. Uirgines
uero tantum animo habent
dignitatem similem militum.
Imperatoris ordinatione subsistentes
due dignitates. Id est perfectorum
et militum uno regi militant.
uno simul trahuntur currice uehiculo
mularum que uno trahuntur iugo.
Uno simul precedentium tenentur
officio. Sed alia est perfectionis

praefecti . et alii militis mulionis .
Pertinet te o sancte uirgines . quia
talem statum habebitis apud aeternum
regem in celis . qualem habent
praefecti apud imperatorem in terris .
Quum de uirginitate lapsum fuerit
ad coniugium . sic lapsus quomodo
a praefectura praepositurae ad ultimam
militiam mulionis . et licet eos
unum contineat palatium unius
que suscipiat imperatoris annona
una tamen sedeat uterque capitet
tamen tantam notam tanta confu
sionis ablatio opprimet eum .
qui ex praefecto fit mulio ut ne sit
ultra mulio . sed se optet occidi .
Hic talem consolationem dabunt
detractores eius . qualem solent
dare uirginum detractores . dicunt
namque detractores uirginibus .
Quid tristamini quia uxores esse
cepistis . alterum dominum habuistis
dum uirgines essetis . et modo
mulieres alterum . Ipsius fuisti
ancilla uirgo . cuius et mulier .
Ipsius ecclesiam ingrederis . Ipsius
consecraris mysteriis . Ipso signo
ceteris . depone tristitiam
animi . quia non gehennae man
cipaueris incendio . inter adulteros .
fornicatores ponaris . sed inter
coniugii dignitate militiae tuae
statum non amittis . Si hoc ipsum
quod coniux esse ex uirgine uoluisti
inculpabiliter consummaueris .

Sicut utrique ex praefecto mulionem
factum sui consolabuntur .
Quid tristis efficeris . Ipsius militiae
mulio . cui militauisti praefectus .
Age gratias quia non plumbo
tunderis . non aduerteris gladio non
carceri manciparis . Si tamen
hoc ipsum quod effectus es mulio
inculpabiliter ministraueris .
Ecce quantum distat inter uirgini
tatem . et primas nuptias .
Quia Christus in hoc mundo uenit
soluere quod periit . Semel
fuit ad nuptias . semel praecepit
esse nubendum . quia etsi non
peccasset adam adhoc factus erat
et femina . ut filios haberet .
et nuberent etiam in paradyso .
Sed nunc qualiter nubatis explicare
non possumus . quia comparatio
non in terra unde demus non habemus .
Sed quid melius quam de Christo exemplum
sumamus . Christus uirgo . mater
eius uirgo . Ioseph iustus qui secundum
carnem pater eius dicebatur uirgo .
Haec exemplum uirginitatis . haec
exemplum humilitatis et cari
tatis . Ecce exemplum pauperta
tis et nuditatis . Hos debent
imitare . qui uirginitatem animae
et corporis desiderant habere .
Hi sunt ecclesia . hi sunt de quo
dictum est . sequuntur agnum
ubicumque uadit . Et quia
multa membra sunt ecclesiae tamen

corpus. Ideo per numerum centum
quadraginta quattuor milia esse
dicuntur. Multa sunt genera
virginum. et multa coniugatorum.
multa gradum penitentium. Una
vita sanctorum omnium sed secundum
laborem diversa merita premiorum
que in hoc septo diei curriculo non
sunt divisi. sed unum cum patre adam
ingrediuntur paradisum. Non sunt
absconduntur nudati sub arbore
sed in stolis albis in una signantur
cruce. In hoc septa etate seculi
reformatur genus humanum ad i
maginem et similitudinem dei.
Et quia duo homines sunt interior
et exterior. id est anima et corpus
unus est de limo terre factus. alter
est secundum deum creatus. Ut in homine
misterio interioris hominis secundum
imaginem creatoris bonitate
sanctitate. et veritate perfecti esse
possimus. ut apostolus ait. Et si exte
rior homo noster corrumpitur. sed in
terior renovatur. Ecce habes in
teriorem hominem secundum deum creatum.
Habes et exteriorem hominem de limo
terre plasmatum. Habes interiorem
in quo Christus inhabitat. Habes exteriorem
qui corrumpitur. et dissolvitur.
Hic mortalis. Ille inmortalis.
Incorporeus rationabilis. subtilis
sensus. et ideo imago dei.
Habes interiorem hominem congau
dentem legi dei. Habes exteriorem
qui operum carnis exercet. Et quia
alia est imago alia similitudo.
Diximus enim imaginem in paronum
esse in similitudinem vero in factis.
Ut apostolus ait. Imitatores mei estote
sicut et ego Christi. Et alibi ex voce dei.
Estote sancti sicut et ego sanctus sum.
Videtur ergo similitudinem in sanctitate
in bonitate deputari.
Denique cum dixisset deus faciamus
hominem ad imaginem et similitu
dinem nostram. postea ait.
Et fecit deus hominem ad imaginem
dei. Non dixit ad similitudinem.
Imaginem fecerat in animalem adam
de invisibilitate. de inmortalitate
anime. Similitudinem autem
reservabit in Christo. Postquam quia
ad imaginem dei factus fuerat.
iterum ad similitudinem reformaretur
in ipso. Ut apostolus ait. Primus
adam in animam viventem.
Secundus adam in spiritu vivificantem.
Ergo qui in animam viventem factus
fuerat. similitudinem nec dum
acceperat. Qui autem in spiritu vivifi
cante factus est. in hunc similitudo
dei est reformata. Imago enim
in vulta est ut supra diximus
similitudo vero in factis. In hac
ergo similitudine. que est melior
et proxima deo facile apparet
quod est in eo deo simile. id est. divinum.
Pulcrum sincerum. non variatum.
non infirmum. non mutabile.

Splendor autem est interni luminis xpi
quem in eo habitare dicit apostolus.
Sed que est ista talis anima quam
nomino ita que similitudo nisi
uitae celestis spiritalis quam nulla
foedat libido. nec uitium nec
luxuria nec simulata colorum
figmenta corrumpunt. Non
auaritia. hec ergo similitudo
cupiditate secli non influatur.
Non tumens uitio [illegible]. non
seuitia tua iracundia feruescit
nec inhumana crudelitate efferatur.
qui prius quam torqueat ipsa
torquetur. Sed habet hec simili
tudo. pium uultum. misericordes
oculos. linguam [illegible]
[illegible] uoluntatem. hec ergo
optanda nobis est similitudo.
que tantam habet gratiam et
felicitatem. Ut quod est potens.
incredibile. non tam. homo. sed
mutata lege. et condicione in
mortalis ds appelletur. et pro qua
re. dixit ds. sed factus non natus.
Id est beneficio ds. non natura. hic
ergo celo sideribus. que coniungitur
eternitatem potitur uite celestis.
Sed ne dubitetis quod dixi. etiam
homine deus. Ipse enim ds deos
hoc promittit. hoc donabit.
Labora uincere ut meruerit ds dici.
qui ait. Ego dixi dii estis. et filii
excelsi omnes. Quo dicitur simile est.
quale est pro quale tali idem

ueritatis. quia nec recognosci potest
simile. nisi habeat expressa signa
per imaginem personalem. et quia
similem deo diximus. ita per opera
intellegatur. quia et alibi dicitur
nullus ei similis. In scripturis autem
sacris aliquando ds nuncupatiue.
aliquando uero essentialiter dicitur.
Nuncupatiue dicitur ut ista.
Ecce dedi te deum pharaonis. Essentia
liter autem ds dicitur. sicut ad moysen
ipse dicit. Ego sum ds patris tui.
ds abraham ds isaac. et ds iacob.
Qui enim nuncupatiue dicitur ds.
inter omnia est. Qui uero essentialiter
dicitur ds super omnia est. et unus est.
Dii uero. multi sunt. Nulli alii di
cuntur dii. nisi angeli et homines.
Et alii angeli mittuntur ad homines.
Sed tales sunt circa nos angeli dei.
sicut iudices terreni et potestates obtimi.
Qui quando iusta opera nos agere
uident. laudem circa nos exhibent
et subornant. Quando autem nos iniusta
opera facere considerant. non per
mittunt nos sine flagella et poena
transire. Sed terreni iudices solent
muneribus redimi. Illi autem nullo
certe nullis muneribus. redimi possunt
nisi nostris fletibus ille pro sua pietate
eorum a nobis iustam indignationem
auertat. et in laetitiam in nos pro
qualitate facti sententiam suam
iubeat indulgentia leniri.
Quod autem dicimus iratum deum

considerandum est. quod usus nos
docet uerbi causa. Iratum
diximus dn̄m faraoni. sed ipsa
ira per decem plagas exercita.
Et omnes interierunt cum exercitu
eius. Iratum et indulsit dn̄s et
recesserunt. Quum ergo iratum dn̄m
dicimus. non ipsum irascentem hoc
sentire possumus. sed uelut
uentum moriendum sententiam pro
hoc quod uidebat contemni dn̄m
creatorem suum. Aut ardore
solis. aut pluuiarum inundationes.
aut motum terrarum. Aut barbarorum
furores. Haec omnia ut dixi ministe
rio angelorum dei fiunt. Cuius bona
dicat dum a nobis contemnuntur.
deum nobis faciunt sentire iratum.
Deuota ira cum ad honorem dn̄i in suis
sanctibus exercitur. Sicut iusti
iudices facere solent. circa eos quo
arguunt. Si aliquid contra uolun
tatem regum cognouerint perpetrasse
iram suam in exterminium sentiunt.
Et tunc irati non fiunt. cum reus
per supplicationem siue suam siue
amicorum regis potuerit ad eius
indulgentiam peruenire. Ds ergo
patitur iram non habet. Iram
habere possunt. qui patiuntur
quod nolunt. Ds autem nihil
potest pati. quod non uult.
Et sicut dixi omnia simul celestia
et terrestria. et ea quae sunt in
mari et in nubibus sublecta sunt
angelis dei. Sicut prefectus

ex omnibus et tribunis sunt
sublecta officia quae ad nutum
iudicum suorum alios ad letitiam
inuitant ut gaudeant. pro suorum
operum qualitate. Alios uero
trahunt ad supplicia. Alios ad
uerbera. Alios ad custodiam.
Alios ad interitum et ad gladium.
et ad ignes ire praecipiunt.
Ita sunt angeli super nos.
Adtende ad uenientem redemptoris
nr̄i inter angelos et homines
discordia erat. At ubi uenit
pax nr̄a xp̄s super thronum
ida sectum suum quem sanguine
suo comparauit et disponit
iudicia sua per angelos et ep̄os
uel ceteros sc̄os. usque dum uenit
ad iudicium et ponit rationem
cum eis. et cui quantum credidit
dedit requirit. et pro qualitate
laborum aut premia aut damna
retribuit. Iustis donat aeternum
gaudium. Impiis uero aeterne
poene supplicium. Haec paucis per
excessum diximus qualiter sci
in hoc mundo cognoscentur
monstrauimus. Ipsud loquimur
deo nos inlustrante quod per
testimonia firmare possumus.
Quia quia ante mundum factum
fuit. quid etiam post mundum
factum sit nescimus. et alia
autem quae dicimus per auctoritatem
firmare possumus. Scriptum est
enim in exodum. Anno quod

mortuus est rex ozias uidi dnm sedentem
super solium excelsum · et eleuatum
et ea que sub eo erant implebant
templum · Seraphin quoque stabant
super illud · Sex ale uni · et sex ale
alteri · duabus uelabant faciem eius ·
et duabus uelabant pedes eius ·
et duabus uolabant · et clamabant
alter ad alterum et dicebant ·
Scs · scs · scs · dns ds exercituum ·
plena est omnis terra gloria eius ·
Et commota sunt superliminaria
cardinum · et domus impleta est
fumo et dixi · Ue mihi quia tacui ·
quia uir pollutus egorum egorum
et in medio ppti polluta labia
habentis ego habito · et regem dnm
exercituum uidi oculis meis ·
Et uolabat ad me unus de seraphin ·
et in manu eius calculus quem
forcipe tulerat de altare et tetigit
os meum et dixit · ecce tetigi hoc
labia tua · et auferetur iniquitas
tua · et peccatum tuum mundabi
tur · et dixit · Quem mittam
et quis ibit nobis ad pptm istum ·
Et dixi · ecce ego mitte me · et ait ·
Uade dic ppto huic · Aure audietis
et non intellegetis · Haec omnia que uoce
[illegible] locutus est scs propheta · haec
omnia potest [illegible] dicere · uel facere
que cum preterito preterito est compu
tatum · Praemissa historia spiritalis
sequitur intellectus cuius causa
ipsa historia replicata est · Nos uero
in commune dnm deprecemur

ut mihi quoque de altari carbo
mittatur · et omni peccatorum
sorde detersa primum possim deitatem
maiestatem conspicere · et postea que
uiderim enarrare · Et usias uero uiuente
leproso rege · quamdiu ille regnum
tenuit · oculos non leuabat ad celum
nec aperta sunt celestia misteria ·
nec dns apparuit · nec in misterio
fidei [illegible] · ac sensum nomen
auditum est · Postquam autem mortuus
est malus rex · et quantum inter est
sacerdotium dispensare aperto sensu
lumine celestia prodiderunt ·
Sic ppls isrl dum farao uixit et luto
et lateris et palearum opere · non
suspirabat ad dnm · dum regnabat
nano querebat dnm patrum abraham
Isaac et Iacob · Quando uero ille
mortuus est suspirauerunt filii isrl ·
et ascendit clamor eorum ad dnm ·
cum tunc magis gaudere debuerint ·
et tunc suspirare cum uiueret ·
Si ergo intellegas oziam · et faraonem ·
et ceteros eius modi illis uiuentibus ·
nullus nostrum uidebit dnm nec suspirat
et in paenitentiam conuertet · Non regnet
ita apratis peccatum in mortali
uro corpore · quando uoluptatibus
seculi seruimus · et plus pro corpore
que de terra est · quam de animam
que ad imaginem dei facta est
laboramus · hos reges in nos regnantes
habemus · et inde dnm uidere non
possumus · Regnante nostro peccato
et spurcis seruimus ciuitates · In cinere

uertimur et sordibus. Pro frumento
paleas. pro solida petra lutea opera
sectamur. Vidi dominum sedentem supra
thronum excelsum et eleuatum.
Vidit et danihel sedentem dominum.
sed non supra thronum excelsum et
elebatum. Vide duos prophetas.
unus in excelso. et unus in ualle.
Ipse uidet eum in excelso. qui in hoc saeculo
uidet hos reges sibi mortuos et
suspirat in penitentia. Ipse uidet
eum in ualle. qui oziam et faraonem
super se regem habet. Sicut uox
diuina dixit. Veniam et sedebo
et iudicabo populum in ualle iosaphat.
quod interpretatur domini iudicium.
Qui peccator est et mei similis. uidet
dominum sedentem in uallem iosafath.
Non in monte non in colle. sed in ualle.
Idest in ualle iudicii. qui uero iustus
est et iesse similis. uidet illum
sedentem super thronum excelsum. et
elebatum. Ita autem et aliudi insertum
quando eum mente pertracto
regnare thronis dominationibus.
angelis caeterisque uirtutibus.
uideo excelsum thronum eius.
Quando autem considero quomodo
genus dispensat humanum et pro
nostra salute semper descendere
dicatur adesse. Video humilem
et terrae proximum thronum eius.
Serafin quoque stabat super illud.
sex alae uni et sex alae alteri. haec
duodecim alae sunt. quod est secta
In duodenario constituta.
Seraphin quoque ardentes uel in
cendentes dicuntur. de quo igne
saluator ait. Ignem ueni mittere
in terram. et quam uolo ut ardeat.
Duabus uelabant faciem eius. et
duabus uelabant pedes eius. et
duabus uolabant. et ter sanctus alter
ad alterum clamabant. De his
alias. et per ezechielem et per
apocalipsin. supra in tertio libro
planissime explanatum inuenies.
Nunc uero quod cepimus prosequamur.
Quorum quid uerum sit deus uiderit.
Quid uero simile sequatur exponamus.
Et duabus quidem uelabant faciem
non suam sed dei. quis enim eius
potest scire principium. Quid ante
quam istum conderet mundum.
saeculorum fuerit in aeternitate.
Quando thronos dominationes.
potestates. angelos totumque
ministerium caeleste condiderit.
Et duabus uelabant pedes non suos
sed dei. Pedes. extrema pars
corporis est. extrema quippe eius
quis potest scire. quid post con
summationem saeculi sit futurum.
quid sit post quam genus hominum
fuerit iudicatumque sequatur
uita utrum alia futura sit terra.
et post commutationem alia saeculorum
elementa. uel alius mundus.
sol que condendus sit. Priora ad
nunc quae mihi. et nouissima

que futura sunt. et dicunt quia du
rant usque et usque. Significant namque ne
posse. quid ante mundum fuerit.
et quid post mundum futurum
sit inuenire. et duabus uolabant
et clamabant alter ad alterum
et dicebant et cetera. Duo qui clama
bant. lex et euangelium.
Per hos ergo media tantum cogno
scimus que scripturarum nobis
lectione panduntur. Quando
mundus factus est. Quando
plasmatus homo. Quando diluuium.
Quando lex data est. Ut ex uno
homine uniuersa terrarum spatia
completa sint. et in extremo tempore
dei filius pro nostra salute sumpserit
carnem. Cetera uero que diximus
supra duo seraphin. in facie pedibusque
texerunt et clamabant alter ad
alterum. quid quid enim in uetere
legimus testamento. hoc idem
in euangelio repperimus. et quod
in euangelio fuerit lectum.
hoc ueteri testamenti auctori
tate deducitur. Nihil in eis
dissonum nihil diuersum est. et
dicebant. Scs. scs. scs dns ds
sabaoth. In ambobus testamen
tis trinitas predicatur.
Quod autem sabaoth. et saluator
noster esse dicatur. accipe exem
plum in uicesimo tertio psalmo.
Uirtutes que dno ministrabant
ad portas eius fortitudines
proclamabant ut panderent dno
tantum reuertenti. Tollite portas
principes uestras. et introibit rex glorie.
Rursum ille fortitudines. quia
in dubium cum xpm conspiciunt
nouo misterio. saepe facte in
terrogant. quid est iste rex glorie.
Accipiunt que responsum. Dns
uirtutum ipse est rex glorie.
Plena est uniuersa terra gloria eius.
Non adhuc seraphin dicitur de
aduentu dni saluatoris.
Quomodo in omnem terram predicatio
illius porrigatur. et apostolorum
sonus mundi limites penetrarit.
Et eleuatum est super liminare
a uoce qua clamabant. Legimus
in uetere testamento. quod semper
dns mosi et aaron ad hostium
tabernaculi sit loquutus.
Quum ante euangelium et necdum
in sca scorum induxerat. Sicut
ecclesia postea introducta est dicens.
Introduxit me rex in cubiculum suum.
Quando ergo dns noster descendit ad
terras. super liminare illud
eleuatum est. in gressu sublatum est
dicitur. Id est quasi obstaculum in
troire cupientibus sublatum est.
et uniuersus hic mundus impletus
est fumo. Id est gloria domini.
et deus ignis est consummens.
hic cum in sina monte descendisset
ad mosen aduentum eius
uidebantur lampades discurrentes

Et plenus omnis mons fumo.
Unde in psalmo dicitur.
Qui tangis montes et fumigabunt.
Et igne ergo quem ante tam subitum
iam capere non possumus. leuior
quidam in uniuersum mundum
et ut ita dicam rarior fumi natura
dispergitur. quam nos capientes
dicamus. Ex parte cognoscimus et
ex parte prophetamus. Et nunc
uidemus in speculo et in enigmate.
Ergo quaerimus ubi sit hoc incendium
salutare. nulli dubium. Quin in
sacris uoluminibus. ex quorum lec
tione uniuersa omnium uitia
purgantur. Et haec est illa quod ait
domus dei per scripturis impleta
est fumo. et dixi. Ve mihi quia
tacui. Vides quia etsi tantum
in sermone peccauerat. et inde
labia habebat inmunda.
Et quantum ego arbitror. qui Oziam
regem in templum [illegible] non
corripuerit quia post quam obierat
Zacharias sacerdos uolens per se
offerre donaria sacerdotali
ordine non tam pie quam audac
ter inuasit. Et reclamantibus
leuitis et sacerdotibus. nonne
tacet Ozias rex. et non sacerdos.
audire noluit. Statimque lepra
in fronte percussus est. hic intelli
gitur cum alii clamassent.
etsi tacuit et inde post eius
mortem polluta labia conspexit


dicens. Ve mihi quia tacui.
Et si solus ualuit tantum in sermo
ne peccauerat. Ideo sola labia
habebat inmunda. Ego uero qui
et oculis uideo ad concupiscendum
et si animo scandalizor et pede
et omnium membrorum parte
delinquo inmunda habeo inmunda.
Et quia simul spiritu baptizatus
tamen cum pollui. secundi baptis
matis purgatione. idest ignis
indigeo. Non sunt ut quidam
putant in scripturis uerba sim
plicia. Plurimum his abscon
ditum est. Aliud littera. aliud
misticus sermo significat.
Ecce dominus in euangelio cingitur
linteo pelvem ad lauandos pedes
discipulorum preparat. serui
fungitur ministerio. et hoc ut
doceat humilitatem ut nobis
inuicem ministremus. Non abnuo.
non recuso. quid est quod Petro
recusanti dicit. nisi lauero
pedes tuos non habebis partem
mecum. Et ille respondit.
Non solum pedes sed et manus et
caput. Ascensurus dominus ad caelum
quia apostoli ut homines terre
insistebant. adhuc habebant
peccatorum sordibus pollutos
pedes. Uult eos uidelicet penitus
liberare ut eis possit prophetis sermo
congruere. quam speciosi pedes euan
gelizantium pacem et [illegible]

uulnera secte uerba dicentur :
Labi pate meos . quomodo Inquinabo
Illos : Uae quam siquis post
remissionem . post hac his ut derit
pulsus Impia cum contagione
uitauit Incertamonium laboris :
Quod eo usque pro omnium salute
contenderint : Fuerat Iudeis uae
Iudei gentilibus . uae gentiles :
Ut et quam priora uetera utique aliqua
corpore polluerint : Igitur uae id
prepositum recitamus . sicut
aprati purgationem Indigebant
pedum . Ita etsi ut purgationem
labii dignus efficiatur . Propheta uero
non solum agens penitentiam .
sed nec sciens quidem ~~etsi~~ quia
etsi labia habebat Inmunda .
purgationis remedium non meretur :
Propheta uero qui se In labiis deliquisse
cognouit . angelum cum carbone
ad suum purgandum labium
sensit : Nos uero quia primum
sententiam sequimur euangelicum
sacramentum asserimus . missum
apposite quod habens In se uerum q(ue)
mundatur carnis carnearis sacra
menta Igneum sermonem dei
dupplici preceptorum acie com
prehendit et tacitas labiis
quicquid fuerit Ignorantie
purgabit : Hoc siquidem nos
labia In asperitamus Inmunda .
purgationis sue repulit ueritate :
Hac forcipe Iacob In se illa conspicit :
Hic erat gladius bis acutus :
Hec duo minuta que mulier uidua
misit In donum dei : Hic sauer .
duos denarios habens . qui In ore
piscis . repperitur pro domino et petro sed
dicitur ac duplici unione retinetur
uirtute : Carbo comprehensus
mittitur ad prophetam . quem In centesimo
nonodecimo psalmo cum propheta
dominus roganti dicens : Domine libera
animam meam a labiis Iniquis et
a lingua dolosa : Dictum est sagitte
acute potentis cum carbonibus
desolatoriis : Scimus prophetae esse
concessum : Uere quippe desolator
carbo : Qui linguam purum
faciat a peccato : Sermo diuinus
est de quo dicitur : Habet carbones
Ignis sedebis super eos . hii erunt
tibi In adiutorium : Ecce qualiter
habeat lauit purgatam qui mortuo
rege ozia ut sanctione suspirant
In penitentia : Ipse est secta . Ipse est
centum quadraginta quattuor
milia : Et quia calculando per
numerum deo precedente compleui
bimus omnem mundum . nunc
recurrimus ad Ipsum numerum .
quem sanctus apostolus audisse se testatur
dicens : Audiui numerum
signatorum centum quattuor
milia signata ex omni tribu filiorum
israhel : Iam supra diximus centum
quadraginta quattuor milia .
omnem esse sectum . sed quantum sint

numerati dicuntur. Et qualiter
sint ad imaginem et similitudinem
dei requirantur quam non quam
libet sanctorum. Imitando sed ipsam
veritatem contemplantibus in
tuendo opertunam iustitiam.
vel ipsa intellegat et sequatur.
ad cuius imaginem et similitudinem
factus est veritate. et qualiter
cognoscere debeat iam supra diximus.
Certum de numero signatorum
in fine mundi cum iudea ad fidem
venerit. per duodecim milia centum
quadraginta quattuor milia
virginum de sex tribus credantur.
Et si virginum tantum fuerint.
putas non virginum quantum
erit. Verum. quia pro numero perfecto
diximus. et perfectum numeri
perfectionem esse explanabimus.
Nunc denario dupplicato.
duodecim fiunt. Haec est secta
in duodenario numero constituta.
id est. apostoli et duodecies duodecim.
centum quadraginta quattuor
milia sunt. et centum quadra
ginta quattuor milia duodenario
numero proficit. Bis duodeni.
viginti quattuor fiunt.
Hi sunt viginti quattuor seniores.
Duodecies. duodecim. fiunt
centum viginti. hic centum
viginti. animae sunt super quas
spiritus sanctus descendit igneis
linguis in pentecoste. Haec est
prima secta quae fundata

primum est. Primum per Christum
Petrum. Super quam fundamentum
aliud nemo potest ponere. praeter
id. quod positum est. quod est
Christus Iesus. Haec est fundamentum
in quo totius sectae membrorum
exemplum. quicquid in hoc
exemplo non est in fundamento.
nec templum non est. hos mensu
rat cum harundine. hos non
excludet foris. quia ipsa est
templum ceteris Israhelitis. Ad hos
centum viginti. adde viginti
quattuor seniores. fiunt centum
~~viginti~~ quadraginta quattuor.
Et ita perficitur centum quadraginta
quattuor milia. per singulos
duodecim pone. Pone duodecim
milia. id est pro uno. duodecim
milia. et pro altero sic. quo usque
compleas duodecim. et invenies
per summam centum viginti milia.
Adde et viginti quattuor seniores.
fiunt centum quadraginta
quattuor milia. Et haec est
omnis omnino secta quae in toto
numero membrorum credatur
esse fundata. quod est Christus super
firmissima petra. Nam sanctorum
numerus innumerabiles esse
perhibetur. Propheta videlicet
David. Mihi autem nimis honori
ficati sunt amici tui deus. valde
confortati sunt principatus eorum.
Dinumerabo eos et super arenam mul
tiplicabuntur. Christo cui nihil latet

numerati sunt qui ad imaginem
et similitudinem requirunt.
Nobis tamen innumerabiles sunt
quia super arenam multiplicati
sunt sicut dictum. Post hec vidi
et ecce turba multa quam dinu-
merare nullus poterat ex omni
gente et tribus et populis et linguis.
Non dixit post hec vidi alium populum
aut aliam turbam, sed vidi
populum ipsum eundem quem viderat in
misterio CXLIIII milia. Hunc
videt modo innumerabilem, et
quem viderat ex omni tribu filiorum Israhel,
ipse est turba multa ex omni
tribu et populo et gente et lingua.
Quid est tantum quadraginta
quattuor milia conposita dicens,
innumerabilem, et quid sit ex omni
tribu filiorum Israhel conposita dicens:
Ex omni gente et tribu et populo et lingua.
Omnis enim natio gentes tribus populis
et lingua qui ad finem venit,
in hac radice inseritur et fit ipse
qui venit duodecim tribus Israhel.
Dominus enim in evangelio manifestat
totum cetum, sive concluderis, sive
conparatis XII. tribus Israhel esse dicens:
Vos qui secuti estis me, sedebitis
super tronos iudicantes XII. tribus
Israhel. Quem manifestum sit omnem
cetum iudicaturi quem est ex omni gente,
non ex sola circumcisione.
Apostolus denique in Ierusalem centesimum
Israhel dixit implere. Donec plenitu-
do gentium intraret, et sic omnis
Israhel salvus fieret. Tantum ostenderet
centum XLIIII milia ipsa esse sine
numero, et XII. tribus Israhel ipsa esse
omnes gentes. Aut vitae CXLIIII milia
et populum innumerabilem solum dixit
salvatum. et ubi sextum lucrimis
innumeratum. Non ut quidam
putant, isti sunt infantes quos
Herodes occidit. Quod ineptum esse
non est laboris ostendere. Illi enim
tantum ex tribu Iuda fuerunt.
Isti autem ex omni tribu et gente et lingua.
Stantes inquid in conspectu throni
et in conspectu agni amicti stolas
albas, et palme in manibus eorum
et clamabant voce magna dicentes:
Salus deo nostro sedenti in throno et
agno. Et omnes angeli stabant in
circuitu throni et seniorum et quattuor
animalium. Et quid est ipsa
turba dicens. Et omnes angeli sta-
bant. Nihil est enim quod preter conflictu
describat. Quod autem vista palme
in manibus eorum nec inmerito.
Iustorum vita palme conparatur.
Quia scilicet palme inferius tactu
aspera est, et quasi undique corticibus
obvoluta. Superius vero et visu
et fructibus pulcra. Inferius corticum
suarum involutionibus angustatur.
Sed superius amplitudine pulcre
viriditatis expanditur. Sic
quippe est electorum vita
despecta inferius, superius pulcra.
Iuxta terram ita ista in imo
quasi multis corticibus obvolvitur



dum innumeris tribulationibus
angustatur. In summa vero illa
extremitate quasi pulcre viriditatis
foliis amplitudine retributionis
expanditur. Habet quidem aliud
palma quod omnium arborum
generibus differt. Omnis namque
arbor in suo robore iuxta terram
vasta subsistit. Sed crescendo
superius angustatur. et quantum
paulisper sublimior. tantum
in altum subtilior redditur.

Palma vero minoris amplitudinis
iuxta terram inchoat. et iuxta
ramos ac fructus ampliori robore
excrescit. et que ab imis exilis
proficit. latior ad summa succrescit.

Quibus itaque alia arbusta. nisi
terrenis mentibus et terrena lucra
desiderantibus inveniuntur esse
similia. In hac vita lata. In illa
angusta. quia sine dubio omnes
huius seculi amatores in terrenis rebus
fortes sunt. In celestibus debiles sunt.

Nam pro temporali gloria usque ad mortem
desudare appetunt. et pro spe per
petua. ne parum quidem in labore
subsistunt. Pro terrenis lucris
quaslibet iniurias tolerant.

Et pro celesti mercede ut tenuissimi
verbi ferre contumelias recusant.

Terreno iudicio. toto etiam die
adsistere fortes sunt. In oratione
vero coram domino ut unius hore
momentum lassantur. Sepe nuditatem

delectationem sumunt. pro adquirendis
divitiis atque honoribus tolerant.
Externarum rerum se substantialiter
erigunt. atque adipiscendum lucrum
extendunt. Superna autem laboriose
quaerere tanto magis dissimulant.
quanto ea terris artius putant.
Hi itaque quasi arborum more de
orsum lati sunt. sursum vero
angustum. quia fortes in inferiora
subsistunt. sed ad superiora deficiunt.
At contra qualitate palmarum
designatur proficiens vita iustorum.
qui nequaquam sunt in terris studiis
fortes. neque in caelestibus debiles.
Sed longius atque distantius studiores
sed et exteriora quam recto fuisse manime
runt. Nam quibusdam per praedica
torem nostrum dicitur. Humanum dico
propter infirmitatem carnis vestrae.
Sicut exhibuistis membra vestra servire
immunditiae. et iniquitati ad ini
quitatem. ita nunc exhibete membra
vestra servire iustitiae in sanctificatione.
Eorum sine dubio infirmitati con
descenditur. ut si ei aperte diceretur.
Si nequaquam amplius potestis.
saltem tales estote in fructu
bonorum operum. quales fuistis
ante in actione vitiorum.
Ne debiliores vos habeat sancta libertas.
haeres quos in carne validos
habuit usus carnis voluptatis.
Sunt vero nonnulli qui cum caelestia
appetunt. atque huius mundi noxia

facta derelinquunt. ab iniqua
cogitatione sua cordie inconstantiae
pusillanimitate deficiunt. Quibus
hos nisi arbustis rebus similes
dixerim. quae nequaquam tales superius
surgunt quales inferius oriuntur.
Hic quippe in conversatione viventes
non tales quales coeperunt perveniunt.
Et qui de more aliorum in inchoatione
beati sunt. sed minus crescunt.
Quia paulisper per argumentum tempo
rum pugnantur. decrementum initium.
Molliter quippe inter desideria superna
languescunt. et qui robusti ut
fortiter proposuerunt. debilia atque
infirma consummant. dum quietis
augmento proficiunt. quasi
flexibiles crescunt. Palma vero
sicut dictum est. bastior in summitate
est. quam esse coeperit qualitatis
ex radice. Quia saepe electorum con
versio plus finiendo peragit quam
praeponit incoando. et si trepidus
primum incohat. fervetiaque exertitia
consummat. Videlicet semper in quotidiano
se exercitat. et propter eam infatigabilis
innocentiae perdurat. Hunc scilicet
iustorum constantiam propheta
intuens ait. Qui confidunt in domino
mutabunt fortitudinem adsument
pinnas ut aquilae. Current et non
laborabunt ambulabunt et non
deficient. Mutant quippe forti
tudinem quia fortes student esse
in spiritali opere. qui ante fuerunt

fortes incurrunt. Ad summunt autem
pinnas ut aquile quia contemplan
do uolant. Currunt et non labora
bunt. quia uelocibus magna
celeritate predicant. Ambula
bunt et non deficient quia intellec
tus sui uelocitatem retinent et
auditoribus condescendunt.
Incunctantes uero bona que accipiunt
quanto aliis liberius accommodant
tanto ipsi incommutabiliter innouati
perdurant. Et qui ante a iudice
iniquitatis conterunt fortes in culmi
nis perfectione conualescunt.
sicut dicit. Et ceciderunt in cons
pectu throni et in conspectu agni
in facies suas et adorauerunt dominum dicen
tes amen. Benedictio et claritas et
sapientia. et gratiarum actio et honor
et uirtus. et fortitudo deo nostro in secula
seculorum amen. Ut ostenderet turbam
innumerabilem quam uidit stantem
in conspectu throni ipsos esse angelos
qui ceciderunt in faciem et adorauerunt.
Neque ipsam turbam neque
animalia neque seniores hoc loco dixit
adorare. sed solos angelos.
Ipsi angeli. ipsi sunt turba. ipsi
seniores et animalia. ipsi prociderunt
et adorauerunt dominum. Et respondit unus
ex senioribus dicens mihi. Isti qui
amicti sunt stolas albas. qui sunt.
et unde uenerunt. Et dixi illi.
tu scis domine. Unus ex senioribus ecclesia est.
Unum unus per totum. idest. ecclesia ecclesia.

Unus alteri adnuntiat. que sit
remuneratio laboris sanctorum dicens.
Hi sunt qui uenerunt ex magna
tribulatione et lauerunt stolas
suas. et candidas eas fecerunt
in sanguine agni. Non ut aliqui
putant martyres soli sunt sed
omnis ecclesia. Non enim in sanguine
suo lauisse dixit stolas. sed in
sanguine agni. idest. gratia dei
per christum sicut scriptum est.
Et sanguis filii eius mundat nos.
Propterea sunt in conspectu throni
dei. et seruiunt illi die ac nocte
in templo eius. Idest in lege dei medi
tantur die ac nocte in templo est idest
in ecclesia. Et qui sedet in throno
habitabit super eos. Et ipsi enim
throni sunt. super quos habitat
deus. Ac nunc in ecclesia non
esurient amplius neque sitient.
Sic dominus dicit. Ego sum panis uite.
qui uenit ad me non esuriet et qui
credit in me non sitiet umquam.
Et alterum. qui biberit ex aqua quam
ego dabo ei non sitiet in eternum.
sed erit in illo fons aque salientis
in uitam eternam. Neque cadet
super eos sol. neque omnis estus eorum.
Sic per esaiam dicit deus de ecclesia.
Erit in umbra ab estu in secreto et
in absconditio a turbine et imbre.
Et alterum. Per diem sol non uret te
neque luna per noctem. Sol christus est.
Qui in christo offendet. sol urit illum

eum perdiderit. Luna ecclesia est. Qui in pectu offenderit, luna uret eum per noctem. Virtutem sacramentorum dicit in suis uigere nec aliqua solis et lune aduersitate decepcione teteri. Quoniam agnus qui sedet in medio throno pascet eos. Agnus Christus est. Agnum dixerunt accepisse uidentes in throno. Nunc agnum in medio throni, id est Christus est in medio ecclesiae. Ipsa est thronus eius cum qua triumphat in throno. Et deducet eos ad uite fontes aquarum. Sicut ipsa ecclesia dicit: Dominus regit me et nihil mihi deerit, et in loco uiride ibi me conlocauit. Iam per totum in omnibus uiis pascentur, et in omnibus semitis pascua illorum. Non esurient neque sitient et non percutiet eos estus et sol, qui miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit illos. Et ponam omnes montes meos in uia, et omnem semitam in pascua illis. Et delebit deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Omnia haec spiritaliter uentura sunt; Quum dimissis peccatis resurgimus, et ueterem hominem prioris expoliamus, Christum induimus et gaudio spiritus implemur. Huius modi namque uitam sic dominus promittit esse: Ecce ego facio hierusalem in exultationem, et plebem meam in iocunditatem, et non audietur in illa uox ploratus neque uox clamoris, et non erit illic iam inmaturus et senior qui non impleuit tempus suum. Quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. Edificabunt domos et ipsi habitabunt, et plantabunt uineas et ipsi bibent uinum earum. Ista omnia spiritalia sunt in pectu, quia non mundi cultoribus, cuius labores frequenter contaminantur in cunctis. Quoniam puer centum annorum morietur, omnis enim qui ignorantiae cecitate ambulat et quid ei futurum eueniat non considerat, licet ad centum annos moriatur puer est. Et peccator centum annorum maledictus erit. Omnis enim qui quod rectum est intellegit et operari pigritat, maledictus erit. Omnis enim sensus et etas in aetatem Christi habundauerit sicut apostolus dicit: In uirum perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Qui moritur autem peccator, licet habeat canitiem et sapiens uideatur, maledictus erit. Nequis putauerit quod omnis multum uiuens benedictus sit.

Secundum primum promissionem: ut bene tibi sit et sis longi temporis super terram.

Conclusit utique narrationem septimo sigillo, quod praeterierit ut recapitularet; quia supra in sexto sigillo fecerat finem, et recapitulauit. Nunc uero in quo erat septimum sigillum.

EXPLICIT SEXTI SIGILLI EXPLANATIO.

INCIPIT EXPLANATIO SIGILLI SEPTIMI :

Et quum aperuisset sigillum septimum factum est silentium in celo :

SILENTIUM

Et puram silentii uidit quia etiam nondum uidit adhuc plus plenius uisurus erat. Quod in hoc septimo sigillo non uidit. tantum quantum adhuc facturus erat uidere. et ut ei aperiatur multa ostenduntur. Interruptum est silentium. Quod si esset lucis locutio. non esset finis uerbi. hic uidendum erat narrandi finem facere. nunc uero recapitulat. et expositione etiam aliter dicturus.

EXPLICIT LIBER QUARTUS :

INCIPIT LIBER QUINTUS :

Et uidi septem angelos qui stabant in conspectu dei qui acceperunt septem tubas. et alius angelus uenit et stetit super aram. habens turibulum aureum. et date sunt illi odoramenta multa de orationibus sanctorum omnium super aram auream. que est in conspectu dei. Et ascendit fumus odoramentorum de orationibus sanctorum. et de manu angeli in conspectu dei. et accepit angelus turibulum et impleuit illud de igne are. et misit eum in terram. et facte sunt uoces et tonitrua et fulgura et terre motus.

EXPLICIT STORIA


turibulū aureum
altare
ubi aperuit angelus turabulum
et misit eū in terra et facta sunt

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE IN LIBRO V SEPTEM ANGELORUM

Et in hoc libro recapitulat ab origine dicens: Et uidi septem angelos qui stant in conspectu dei. Septem angelos septem ecclesias dicit, qui supra scripte sunt. Sed adhuc alias uisiones que uisurus erat per hos septem angelos qui acceperunt septem tubas. Idest per sextam predicationem, sicut scriptum est: quasi tuba exalta uocem tuam. Et alius angelus uenit et stetit super aram. Hoc quoque narrationes genus quem dicit spiritaliter intellegendum est. Frequenter enim spiritalis quum preponit, in paruo sermone conprehendit et abreuiat narrata, et finit eo quod ad obscurandum licet posuerit ad propositum redit. Primum enim preposuit septem angelos accepisse tubas. Nunc uero dicit alius angelus uenit et stetit super aram. Iste angelus Christus est, qui stat super ecclesiam suam spiritu septiformi plenu. Ut intellegatur post septem angelos uenisse. Iohannes uero uno tempore hoc uidit et angelo uenientem illi septem tubas acceperunt. Idest per omnem mundum Christum adnuntiaberunt. Quidam etiam ante aduentum Christi predicabant ecclesie sed tantum in Iudea. Super aram enim lustrata est per Moysen nemine ascendere nisi Christus uenisset. Habens turibulum aureum. Turibulum enim incarnatione dicimus, quod est corpus Christi. Ipse enim dominus factus est turibulum, et quo deus odorem suauitatis accepit et propitiatus factus est mundo. Reliquid semel exemplum ut sequamur uestigia eius. Et etiam bonus odor Christi sumus. Et data sunt illi odoramenta multa de orationibus sanctorum omnium super aram auream que est in conspectu dei. Ex orationibus sanctorum obtulit odoramenta. Ipse enim loquitur ecclesie sue preces quibus deus propitiatus est sicut dicit. Et ascendit fumus odoramentorum de orationibus sanctorum et de manu angeli in conspectu dei. Et accepit angelus turibulum et impleuit illum ex igni are. Tum turibulum corpus Christi diximus. Aram uero ecclesiam. Accepit dominus corpus, idest ecclesiam, quia in corpore Christi fideles imitando Christum coniungitur in membrum et perficiendo patris uoluntatem

implebit illum de igne are :
Id est exhortatur cum dicit :
Sicut me misit pater ad passionem
et ego mitto vos ad passionem
que consistit in sacrificiis et pro
pagatione dei : In his enim
accepit ecclesia omnem potestatem
in celo et in terra dum dei sacrifi
cium perficit offerens dno et
misit eum in terra : quam ecclesia
vidit in mundo ire : Sicut per
Zacchariam dicit . Ponam tribunos
Iuda sicut titionem ignis in lignis :
et sicut facem ignis in stipula
et comedent ad dexteram et sinistram
omnes populos in circuitu :
Quia qui ecclesiam non obaudit .
sine dubio iram dni incurrit :
Et facte sunt voces et tonitrua .
et fulgura et terre motus :
Voces et tonitrua . et fulgura
ecclesie sunt predicamenta :
Terre motus autem persecutiones
sunt gentilitatis que patitur
ubi predicat : Hec dixit fuisse
in tempore et in omnibus dicit esse
potestatis usque in finem : De in
ceps vero septem que repromisit
et septem angelos que os prepo
suerit . singillatim per partes
exponiturus : Et septem angeli
que habebant septem tubas
preparaverunt se ut canerent :
Id est septem ecclesie . preparaverunt
se ad predicandum : *Et primus*
angelus tuba cecinit et factus est
grando . et ignis mixtus in sanguine :
Fuit est ira dei que habent in se
mulatorum mentem : *Et missa est*
in terra : et tertia pars terre conbusta
est . et tertia pars arborum conbuste
et omne fenum viride conbustum est :



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE (H)ISTORIAE.

Terra . arbores . fenum .
hec omne unum est .

Tres partes dixit . quia tres
ordines sunt . Id est prelati . et
falsi fratres . qui christiani dicuntur .
Tertia est de infideles . Contra
hos duas partes . gladium malum
pugnat prelati . et hee due partes
contra prelati pugnant . Sic deus
per zacchariam minatur . percutere
pastores et udentes sibi traditas
orbe et tuere oves . et tertiis partibus
unum liberare . duas vero interire .
Id est gentiles et christianos malos .
qui solum nomine christiani sunt .
opere vero gentiles sunt . Et hee
partes due sunt . et duobus modis
videtur recedere homo . Aut fide
aut opere . Nam sicut qui fidem
non habet videtur alienus est .
Ita qui opere recedit . ab omni
potestate deo alienus dicitur etiam
si in perfecta fidem tenere videatur .
Has tres partes esse in omnem terram
unum electis liberandum que sunt
oves quod est prelati . Gladium dixit
consurgere super pastores et super
virum civem eius dicit dominus omnipotens .

dispiciam manum meum super

pastores . et erit in omni terra
dicit dominus . Due partes in eam
disperdentur et deficient . et tertia
pars relinquetur in ea . Reliqua
tertia omnia . et deducam tertiam
partem per ignem et urunt eos sicut
uritur argentum . et probabo illos
quem admodum probatur aurum .
Ipse invocabit nomen meum .
et ego exaudiam eum et dicam
populus meus es et ipse dicit dominus meus deus .
Ante enim quam separatio sit
in diem iudicii . omnes qui videntur
populus dei putantur . Aut ab his
qui se solos putant populus sancte
per orbem in quo cum discretio
facta fuerit id est percussio patebit
tertia dei . et ipsi dicit deus quos
pro suo nomine pati videt populus
meus estis . et ille dicit deus meus es tu .
Fenum autem viride . tantum dixit
saginatum et luxuriosum omnis
caro fenum . Hec tres partes in terra
discernuntur . sed solum una est
dei . que sive in hoc mundo sive
in iudicio salvatur . Sicut per
Iob dicitur . Sed non salvat
impios et iudicium pauperibus
tribuit . Scriptura sacra plerumque
pauperes humiles vocare consue
vit . Unde in evangelio cum
adiectione spiritus nominantur dum
dicitur . Beati pauperes spiritu .
quoniam ipsorum est regnum celorum .
Quia autem divitie visibiles

potentes · ostendunt aperte semet
ipsos · pauperes sunt · quia elati
in suis conscientiis non sunt .
Eos vero impios vocat qui vita
a fidei pietate disiuncti sunt .
vita quod in hoc fideliter credunt
pravis sibi moribus contradicunt .
Quia ergo omnipotens deus multitudinem super
borum damnat non potentiae celsi
tudinem . sicut dictum est .
Deus potentes non abicit . cum et
ipse sit potens . Sed non salvat
impios et iudicium pauperibus tribuet .
Id est elatos deserit . humiles vero
per iudicium liberos reddet .
Vel certe iudicium pauperibus . quia
hii qui in hoc saeculo nequiter oppri
muntur . ipsi tunc in die iudicii
super oppressores suos iudices venient .
Duo quippe sunt in iudicio electorum
scilicet atque reproborum . Sed bini
ordines eisdem singulis partibus
continentur . Alii namque iudican
tur et pereunt . Alii non iudicantur
et pereunt . Alii iudicantur
et regnant . Alii non iudicantur
et regnant . Iudicantur et pere
unt . quibus dominica inclamatio
ne dicitur . Esurivi . et non dedistis
mihi manducare . Sitivi . et non
dedistis mihi bibere . hospes eram .
et non collegistis me . Nudus . et
non operuistis me . Infirmus et
in carcere . et non visitastis me .
Quibus praemittitur . discedite a me
maledicti in ignem aeternum . qui
praeparatus est diabolo et angelis eius .
Alii vero in extremo iudicio non iudi
cantur et pereunt . de quibus propheta
ait . Non resurgunt impii in iudicio .
Et de quibus dominus dicit . Qui autem
non credit iam iudicatus est .
Et de quibus paulus ait . qui sine
lege peccaverunt . sine lege peribunt .
Resurgunt ergo omnes infideles . sed
ad tormentum non ad iudicium .
Non enim eorum tunc causa discutitur
qui ad conspectum districti iudicis
iam cum damnatione suae infide
litatis accedunt . Professionem
vero fidei retinentes . sed professionis
opera non habentes . redarguuntur
ut pereant . qui vero nec fidei
sacramenta tenuerunt increpa
tionem iudicis in extrema examina
tione non audiunt quia prae
iudicati infidelitatis suae tenebris
eius quem despexerant invectione
sed argui non merentur . Illi saltem
verba iudicis audiunt qui eius fidem
saltem verbo tenuerunt . Isti
damnatione sua aeterni iudicis
verba percipiunt quia eius reverentiam
nec verbo tenus servare maluerunt .
Illi legaliter pereunt . qui sub lege
positi peccaverunt . Isti in per
ditione sua de lege nihil dicuntur .
Quia nihil lege habere conati sunt .
Princeps namque terrenam rem puplicam
gerens . aliter punit civem interius

delinquentem · adque aliter hostem
contrarius rebellantem ·' In illo iure
suo consulit · eumque sub uerbis
digne inuectionis adicit ·' Contra
hostem uero bellum mouet interi
mentu perditionis certat dignaque
eius malitiae tormenta retribuit ·
Damnato uero eius · quid lex habeat
non requirit ·' Neque enim lege
necesse erat perimi · qui legem numquam
potuit teneri ·' Iam ergo in extremo
iudicio · et legalis illum inuectio
percutiet · qui habet quod professio
ne tenuit · actione declinabit ·'
Et iste sine iudicii inuectione peri
mitur · qui lege fidei non tenetur ·'
Ex electorum uero parte alii iudican
tur et regnant · qui uitae maculas
lacrimis tergunt ·' qui mala
praecedentiaque factis sequentibus
redimentes quicquid inlicitum
aliquando fecerunt ab oculis
iudicis elemosinarum superductione
cooperiunt ·' Quibus iudex ueniens
in dextera consistentibus dicit ·'
Esuriui · et dedistis mihi manducare ·'
Sitiui · et dedistis mihi potum ·'
Hospes eram · et collegistis me ·'
Nudus · et operuistis me ·'
Infirmus · et uisitastis me ·'
In carcere eram · et uenistis ad me ·'
Quibus promittit dicens ·'
Venite benedicti patris mei · possidete
paratum uobis regnum a constitu
tione mundi ·' Alii autem non
iudicantur et regnant ·' qui etiam
praecepta legis · perfectionis uirtute
transcendunt · quia nequaquam
hoc solum · quod cunctis diuina lex
praecipit implere contenti sunt
sed praestantiore desiderio plus
exhibere appetunt · quam praecepta
generalibus audire potuerunt ·
Quibus dominica uoce dicitur ·' Vos qui
reliquistis omnia et secuti
estis me · cum sederit filius hominis
in sede maiestatis suae · sedebitis
et uos super duodecim thronos · iudi
cantes duodecim tribus israhel ·'
Et de quibus propheta ait · dominus ad iu
dicium ueniet cum senioribus populi sui ·'
Et de quibus salomon · quum de ecclesia
secta sponso loqueretur in laude
dicens ·' Nobilis in portis uir eius
quando sederit cum senatoribus
terrae ·' Hi itaque extremo iudicii
non iudicantur et regnant ·'
Quia cum auctore suo etiam iudices
ueniunt · relinquentes quippe omnia
plus promptae deuotione · hoc
secuti sunt quam iubere generali
ter audierunt ·' Specialiter namque
iussione paucis perfectioribus
et non generaliter omnibus dicitur
hoc quod adulescens diues audiuit ·'
Vade uende quae habes · et da
pauperibus · et habebis thesaurum
in caelo ·' et ueni sequere me ·'
Si enim sub hoc praecepto cunctos
iussio generaliter adstringeret ·

culpa profecto est et aliquid nos
de hoc mundo possidere. Sed aliud
est quod per scripturam sacram
generaliter omnibus precipitur.
aliud quod specialiter perfectioribus
imperatur. Hi ergo recte sub genera
li iudicio non tenentur. quia precep
ta generalia vivendo vicerunt.
Sicut enim non iudicantur et
pereunt. quia sudante perfidia
legem Dei contemnunt. Ita non
iudicantur et regnant. quia
sudante pietate etiam ultra gene
ralia divine legis precepta pro
ficiunt. Hinc est quod Paulus
etiam specialia precepta transcen
dens plus opere exhibuit quam
in institutione permissionis accepit.
Cum enim accepisset ut evangelium
audientibus conferret et tamen
evangelii sumptibus sustentari
recusabit. Quis ergo hic iudicetur
ut regnet qui minus quod servaret
accepit sed multum quod ageret
invenit. Dicitur igitur recte.
Iudicium pauperibus tribuit.
quia quanto nunc huic mundo
magna humilitate despecti
sunt tanto nunc in iudicio
acceptis sedibus maiori
culmine potestatis excrescunt.

EXPLICIT PRIMA TUBA

INCIPIT STORIE SECUNDO ANGELO

Et secundus angelus
tuba cecinit. et velut
mons magnus igni ardens
missus est in mare.
Et factum est tertia pars creature
in mare habentium
animas. et tertiam
partem navium
corruperunt.

EXPLICIT STORIA II TUBA



INCIPIT EXPLANATIO

EIUSDEM TUBE.
ET secundus angelus tuba
cecinit. et uelut mons
magnus igne ardens
missus est in mare. Mons ardens.
diabolus missus in populos.
Et facta est tertia pars maris
sanguis. Mare. seculum istum dicit
quod est pars tertia terre uel arborum
quam supra exposuimus. ipsa est
tertia maris. Tertiam dixit
quia in toto mundo tres partes
exposuimus. quod autem dixit
facta est tertia pars maris
sanguis. ipsa est facta sub nomine
christianitatis. Sic in egypto
aque primum uertuntur in sanguine.

Mare et hyppocritum iste mundus est. Licet incipiat corporaliter gesta sunt spiritaliter autem nunc geruntur in nobis. Aque verse in sanguine. id est doctrina filosophorum in secto carnaliter intellectu. Multi discipuli profunda sed carnaliter sentiunt. Unde et mare. id est populos eos imitando in sanguinem vertuntur quos crux Christi. id est penitentia subiecta expellit. Et mortua est tertia pars creature in mari habentia animas. Quod est creatura. hoc est et mare. Unum sunt. dividit in duas partes. Sicut terram. et arbores habentia animas dixit. Ut ostenderet vivos et mortuos dixisse. Et tertia pars navium corrupte sunt.

Iam supra diximus quia filosophorum. et hyppocritarum dogma terre corrumpit. tertiam succedentem sibi. Corrumpunt terram. id est terrenos qui ad celestia non adsurgunt. Quod est mare hoc creatura in mari. hoc sunt et naves.

EXPLICIT EXPLANATIO SECUNDO ANGELO

INCIPIT STORIA ANGELUS TERTIUS

Et tertius angelus tuba cecinit. et cecidit de celo stella magna ardens velut facula. et cecidit super tertiam partem fluminum et super fontes aquarum. et nomen huius stelle dicitur absintium. et facta est tertia pars aquarum absintium.

Explicit storie.



INCIPIT EXPLANATIO EIUSDEM STORIE

Et tertius angelus tuba cecinit et cecidit de celo stella magna ardens velut facula. De ecclesia dicit cecidisse homines. Magnum stellam dixit: quia maiores persone sunt qui in ecclesia videntur stare sed in membris unius xpi sunt.

Celum ecclesiam dicit: quum ab ecclesia separantur et contra ecclesiam surgunt de celo cecidisse dicuntur. Stella dicitur quia licet non mundo conlineat ignitos fulgore videatur. In evangelio vero ait dicit: Ego sum lux mundi. Sicut enim hic dominus redemptor mundi una persona est cum congregatione bonorum ipse namque caput est corporis. et nos huius capitis corpus lati ucuncas

hostis una persona est cum cuncta
collectione reproborum. Quia
ipse est ad iniquitatem quasi caput
preminet: Illi autem regularis est
ratio ut a capite vocem habet
membrorum ut quod dicitur pro
membris referre ad caput. Sicut
de Christo et de suo corpore: Sic et eum
de diabolo et membra eius intellege:
Illi autem dum aperte destruunt
velut subiectum capiti corpus
inherent. de quibus per Paulum
dicitur. Confitentur se nosse deum
factis autem negant: Hi nimirum
et a prava sunt que faciunt
et a recta opera non recto corde
sectantur: Non enim de ius operibus
retributiones perpetuas, sed tantum
temporis favores querunt: et tamen
quia quasi sanctos laudari se audi
unt esse se ut sanctos arbitrantur:
Et quantum se multorum existimatio
ne inreprehensibiles putant tantum
dictam districtis iudicis securius
expectant: Et cecidit super tertiam
partem fluminum. et super fontes
aquarum. Utique tertie partis
quam sibi sociat in predicationis
amaritudine sicut dicit:
Et nomen huius stelle dicitur ab
sinthium: Et tertia pars hominum
facta est similis stelle. que super
illum cecidit: et facta est tertia
pars aquarum absinthium. et
multi hominum mortui sunt
ab aquis quoniam amare facte sunt aque:
Aque populi sunt. Aque amare
efficiuntur cum predicationis
prava doctrina auriunt:
Sic dominus in cruce aceto et felle
potatus. quod est prava doctrina
hereticorum unde bibere noluit:
Homines ergo mortui sunt.
a mortifera doctrina percussi:

EXPLICIT TERTIA TUBA

INCIPIT QUARTE TUBE STORIE

Et quartus angelus tuba
cecinit. et percussa est
tertia pars solis: et tertia pars
stellarum: et tertia pars lune.
ut obscuraretur tertia pars eorum
et diei tertia pars et noctis:
Et vidi et audivi unam aquilam
volantem in medio celi dicentem
vocem magnum. Ve. ve. ve.
habitantibus terram:
De reliquis vocibus tube
trium angelorum
qui tuba
canitu
ri sunt:

EXPLICIT STORIE



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et quartus angelus tuba
cecinit. et percussa est
tertia pars solis. et tertia
pars lune. et tertia pars
stellarum ut obscuraretur tertia
pars eorum et diei tertia pars et noctis.

Similiter. sol. luna et stelle secta
est cuius tertia pars percussa est.
Tertia autem nunc est in divisione.
non in quantitate. Iam supra diximus
in toto mundo tres esse partes.
De generalitate unaqueque est foris
secte. et intus duas. Unam
bonum et alterum sub christianitatis
nomine malum et ob hoc dicuntur
tertie. Hec due partes intus dic

nuncupatur et nox. et dictum est
et iam diei et etiam noctis. cui dicitur.
Nocti adsimilabi matutinum uestrum.
Quia sicut dies scientia est. ita et
nox ignorantia. Ignorantia enim
mater errorum est. Adhoc ergo per
cussa est. ut aperiret et iam diei. et
etiam noctis. quae erat et iam Christi.
et quae diaboli. Non dixit enim per
cussa est et obscurata est. sed obs
curetur et puniretur. Et quid est
percussio nisi uoluptas propria.
Quia non ut percussa est punita.
Sed adhoc percussa est. Id est suis
uoluptatibus eruditur. Omnis enim
qui propriis uoluptatibus ducitur
quamquam recte agere uideatur
sine dubio ignorantiae tenebris
nuncupatur. Electum enim propriam
uoluntatem non facit. qui praecepti
magistri praecelleret cognouit.
Qui ait. Non ueni uoluntatem
meam facere sed uoluntatem eius
qui misit me patris. Sol. luna.
stellae. et tam patris eorum obscurata
est. quia qui Christum electum et sanctos pre
cedentes patres non imitatur. per
cussus est et genus commodis quasi in die
obscuritatis manifestatur. Sol
quippe in fulgore est. et opus bonum
in manifestatione. Scriptum
namque est. Luceat lux uestra coram
hominibus. ut uideant opera uestra
bona. et glorificent patrem uestrum
qui in caelis est. Et iterum. Sint

lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes.
Quod enim hoc loco sol. id est. in euangelio
lucernis ardentibus designatur.
Bonum quippe opus quam in medio per
fidorum lucet. lucerna est et innocens.
Quam uero in secta resplendet fulget
in die. Bonum opus si adhuc tale est
quod soli mali mirantur. et iam
lucerna innocens est. Si uero iam pro
fecit ut admirari a bonis ut perfectioribus
possit. nimirum sol est in die.
Bonum opus cum per actuum uitam
corporis lucet. quasi lucernae more
lumen. et statu resplendet. Quam
uero per solum uirtutem mentis in
contemplatione adtollitur. quasi
more solis de caelo ueniens lux ita uidetur.
Sunt uero nonnulli. qui cum bona
aliqua faciunt iniquitatum suarum
sauciam obliuiscuntur. et cordis
oculum in consideratione bonorum operum
quae exhibent figunt. Atque eo se iam
sanctos aestimant. quod inter bona
quae agunt. malorum suorum in quibus
et fortasse adhuc implicati sunt
memoriam declinant. qui scilicet
si districtionem iudicii uigilanter
adtenderent. plus de malis suis meti
rent quam de perfectis bonis gauderent.
Plus inspicerent quod debitis
quod adhuc eis agendum sunt detractores
attenderent. Quam quod operantur quasi
debiti partem soluunt. Neque enim
absolutus est debitor. qui multa
reddit. sed qui omnia. Sunt enim

non nulli qui in elatione corruunt
quod per subtilem intellegentiam
uel que non faciunt bona cognoscunt.
Hi nimirum super multis diuitiis
letantur cum quelibet summa intelle
gentia repperiunt. atque in elatione
ipsis inuentis corrumpuntur.
Sunt uero non nulli quos intellegentia
quidem non debet. sed exhibita
operatio extollit. qui dum actiones
suas respiciunt apud mentem suam
sibi ceteros dedignando postponunt.
Hi uidelicet et in multis diuitiis
non gaudent. solem tamen fulgentem
uident. Et sunt non nulli quos
nec operatio propria extollit. sed
cum laudari ab hominibus pro hac
eadem bona operatione ceperint.
ipsis hominum fauoribus decepti
magnos se quosdam in sua cogitati
one conspiciunt. ut quasi cordis
custodia dissoluuntur. Hi profecto
et si fulgentem solem uidere noluerint.
lunam tamen claritate indeficientem
respiciunt. Quia inter huius uite
tenebris. dum in opinionis sue clari
tate animum defigunt. humiliationis
gratiam quasi connocturno lumine
imitantur. Et in tantum lunam se
non uident quia tamen ipsos nescire
incipiunt dum mentis oculos in tran
sitorium fauorem defigunt. Quartum
enim signo dicit percussum ut reueletur.
Quintum uero dicturus modum ipsius
reuelationis in parte terre. ut et inde

cognosceretur qualis in toto orbe
futura sit reuelatio. Et uidi et
audiui unam aquilam uolantem
in medio celi dicentem uocem magnam.
Ue. ue. ue habitantibus terram.
De reliquis uocibus tube trium angelorum
qui tuba canituri sunt. De reliquis
aquilam dicit electum. Uolantem
in medio celo. Id est. in medio sui
discurrentem explicat nobissimi
temporis magna uoce predicantem.
EXPLICIT QUARTA TUBA.

INCIPIT QUINTA STORIE TUBE.

Et quintus angelus tuba
cecinit. et uidi stellam
de celo cecidisse in terram. et
datum est ei clauis putei abyssi. et
ascendit fumus de puteo quasi fumus
magne fornacis et obscuratus est sol
et aer de fumo putei. et de fumo putei
exierunt locuste in terram. et datum est
eis potestas sicut habent potestatem
scorpii terre. et dictum est eis ne lederent
fenum terre. neque omne uiride. neque omnem
arborem. nisi homines qui non habent
signum dei in frontibus suis. et datum est
ne occiderent eos sed ut cruciarentur
mensibus quinque. et cruciatus eorum
sicut cruciatus scorpii. cum percutit
hominem. et querent homines mortem
et non inuenient eam. et concupi
scent mori. et mors fugiet ab eis.
EXPLICIT STORIE.



INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et quintus angelus tuba cecinit. Et vidi de celo stellam cecidisse in terram.

Una stella corpus est multorum cadentium per peccatum. Sicut per Iob dicitur: Obscurentur stelle caligine eius. Stelle quippe huius noctis caligine tenebrantur.

quando etiam qui magnis iam
uirtutibus splendet. adhuc
de obscuritate culpe aliquid temp-
tantes sustinent. Sunt namque
nonnulli qui ante humanos oculos
uelut magnis operibus lucent. sed
quia nec ipsa opera a mundo corde
non prodeunt. captati in oculis
cogitationibus noctis huius tenebris
obscurantur. Quia sepe ea que
mundo corde non faciunt et quum
opera mittunt que bona intentione
non faciunt. et per hoc magis
caecantur opere per quo inluminari
potuerunt. quia ergo nox praeuale-
ta permittitur. quando etiam
bona opera cordis intentio minime
munditur dicitur tertie.

Obscurantur stelle caligine eius. Id est.
contra eos qui ante humanos
oculos quasi bonis operibus splendent
multique antequi hostis obscura
praeuideat. et hoc quod ante
humana iudicia subierunt
lumen laudis deponunt. Caligine
quippe noctis obscurantur. cum
eorum uita aperto errore confundi-
tur. Ita nimirum auter eaquum
sorus in tentatione apparent. qualiter
apud sanctos ipsos intus diuino parere
iudicio non formidant. Et data
est ei clauis putei abyssi. Stella.
abyssus. puteus. hii quos supra
diximus. unum sunt. Abyssum dicimus
esse secretam altitudinem cordis

humani. Ut quid intus lateat
minime cognoscitur. nisi per
ianuam lingue manifestetur.
Sic dicit cum abluminetur ne com-
primeretur. ostendit. ne contineat
inquid superne puteus os suum.
Ergo stella cadit de celo in terram.
Et accepit clauem putei abyssi.
Id est potestatem cordis sui. ut ape-
riat os suum. in quo diabolus
delitescat compescitur. et faciat
uoluntatem suam. et diaboli.
Et aperuit puteum abyssi.
Id est. manifestabit os suum sine
ulla uerecundia. uel timore
peccandi. Et ascendit fumus de
puteo quasi fumus magne fornacis.
Id est. de pectore ascendit. quia iam
aperte contra sectum in superbia
surgit. ut a predicatione eius con-
tinuo et obscure loci uadicantur
non esse sicut dicit. Et obscuratus
est sol. et aer de fumo putei.
Peccata enim multa que per orbem
committuntur obscurant predi-
cationem ecclesie per quo sol oritur
in corde credentium et faciunt
quibusdam caecitatem. Sicut
fumus inquid magne fornacis.
Fumus enim ignem precedit. et quid
ignis nisi homo peccati. filius
perditionis antichristus. et quid
fumus. nisi suos esse ministros.
qui ante quam ignis appareat
fumus tenebrarum eius oculos superbor

certa. Iste enim fumus ignem
precedit fornacis. Idest novissime
probationis et illa te generalitatem
venturam adparentem esse; ubi ad hos
ascendendum fuerit revelationis
modum, et ipso fumo aliquid lum
fortis exiet dicens: *Et de fumo putei
exierunt locustae in terram et datum est
eis potestas, sicut habent potestatem
scorpii terrae.* Locustae pro mobilitate
levitatis accipiende sunt, cumque
vage exsultent anime lascivi
voluptates. Scorpio enim palpan
do incedit, sed cauda ferit.
Nec mordet aspectu, sed a posterioribus.
Scorpiones enim sunt homines blan
di et malitiosi, qui bonis quidem
in faciem non resistunt, sed mox
ut recesserint, detrahent alios et
ut aemuli inflammant.
Quaeque possunt noxia inmittunt.
Manifeste in facie occulte non cessant.
Scorpiones ergo sunt qui blandi et
sine nocibilitate in faciem quasi
videntur, sed post dorsum portant
unde venenum fundant. Qui enim
in occulto feriunt quasi mortem
absconse mittunt. Unde et eum
per psalmistam dicitur: Circum
dederunt me sicut apes favum,
et exarserunt in me sicut ignis in
spinis. Apes enim in ore mel habent,
in aculeo autem vulnus. Et omnes
qui lingua blandiuntur, sed
absconse et malitia feriunt, apes
sunt: Quia loquendo dulcedinem
mellis ponunt, sed occulte feriendo
vulnus inferunt. Isti vero facientes
exardescunt sicut ignis in spinis.
Quia per flammas detractionum non
iustorum vita comburitur, sed si qua
inter peccatorum vel minora fuerit
vitae spinae consummuntur. *Et dictum est
eis ne laederent fenum terrae neque omne viride.*
Hortandi locustis homines esse et data
est eis ne occiderent eos. Unum est
quidem hominibus vocabulum non haben
tibus signum dei in fronte, sed duplex
persona. Duae partes ut diximus sunt
in secta: Una pars diaboli quae more
locustarum saltibus evolat, quae se
in vanis et saevis praesumptionibus
extollit. Altera pars est Christi, quae est
secta in humiliatione erudita ad
cognitionem iustitiae dei, et commina
tione paenitentiae. Sicut scriptum est:
Bonum mihi est quod humiliasti me
domine, ut discam iustificationes tuas.
Sic in omnibus scripturis generale inve
nitur esse vocabulum et sententiae
qualitatem speciem designare.
Sicut dominus ait: Non veni vocare iustos
sed peccatores. Et apostolus peccatores
in sanctis eloquitur, nec convenit
custodiatur. Item scriptum est:
Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes.
Vos autem ut homines moriemini.
Nonne sub uno dii esse velut omnes.
Sed aperte ut omnes quidem dicuntur
dii. Sed non omnes dixit moriuntur.

Sic et in hoc loco qui non habent
signum dei in frontibus suis. generali
ter omnibus dictum est. et datum est
eis ne occiderent eos. hoc specialiter
dictum est. id est. recordantes sunt pers
que adpertinentes sunt sedis. et non inter
ficiantur similes neque ledantur spiritus.
Sed tantum incurrere dolore lapsus
occupationis et cruciatus. datum
est eis ne occiderent. sed cruciarent
mensibus quinque. menses annos
dixit et aliquando pro eloquendi
modo quinque sensus corporis
accipimus que omnes in his periculis cru
ciantur. cum inde culpe circum
spiciuntur. et cruciatus eorum sicut
cruciatus scorpii. cum percutit
hominem. id est in uitiis uenena
propinare. et querent homines
mortem. et non inuenient eum.
Re uera mori concupiscunt. ut uiuant
deo sicut morimur secto. ut uiuamus
deo. hunc querent mortem. sed dif
ferendo incursionum non inuenient
eum. et concupiscent mori.
et mors fugiet ab eis. hora dicit
laetitium tempus huius calumniatur.
Quod est enim querent hoc et concu
piscent. querent querendo. et
minime inueniendo.

EXPLICIT EXPLANATIO PUTEI ABISSI.

INCIPIT AD UC DE EADEM LOCUSTAS.

Et similitudinem
locustarum similes
equorum paratorum
ad bellum. et super
capita eorum corone similes auro.
et facies earum sicut facies hominum
et habebant capillos sicut
capillos mulierum. et dentes earum
sicut leonum erant et habebant
pectora sicut loricas ferreas. et uox
pinnarum illarum. sicut uox
curruum equorum multorum currentium
aqum in bellum. et habebant
caudas similes scorpiis. et aculeos
in caudis earum. potestas earum
ledendi homines. mensibus quinque.
Et habebant super se regem angelum
abyssi. nomen habet ebraice
abaddon. grece apolion.
Unum. perdens. Ve. unum abiit.
ecce ueniunt duo. ue. postea.

EXPLICIT STORIE.


hec Locuste ubi
angelus perdic
tionis superetas
imperat
ubi Locuste
Ledunt hom
nes

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE

Et similitudinem locustarum
similes equorum paratis
ad bellum. Id est similes
novissimorum persecutorum
In novissimo bello quod descripturus est
In sexta tuba. equos dicit pugnare
Ipsis equis dixit similes has locustas.
Certum quod simile in equis paratis
ad bellum. Quis umquam tales equos
In bello paratos esse dixerit nisi
spiritalia sunt hec que in sexta
geruntur. et a nisi a catholicis
ad Imperitis non videntur.
In his locustis ostendit quales ad
huc futuri sunt equi. qui pugna
bunt solutis quattuor angelis
In quattuor angulis terre sicut
In sexto angelo Invenimus.
Super capita In quid earum corone
similes auro. quid in has coronas
aureas. Intellegere debemus. nisi
simulatio est xpianitatis. Legimus
seniores viginti quattuor qui sunt
ecclesia coronas habere aureas. hic autem
dicit similes auro. Similes
dicit. quia non aureas. Imitatio
non ecclesie ostendunt. sed ecclesia non
sunt. Et facies earum sicut
facies hominum. In facie. cognitio
Intellegitur. Facies hominum
simulant. quia quasi uno ore
nobiscum xpm laudant. Nam
homines dicuntur ratione capaces.
Tales enim homines non sunt.
In hos si sequitur equi sunt.
Id est. ad discurrendum malum
parati. sive locuste sunt. Id est.
In celebratione huius sci. et tunc
ecclesie latentes elevant. Si queris
homines sunt. quia ore profitentur
se nosse dm facti autem negant.
Si pensas mulieres sunt. qui a fluxum.
et effeminatum fortitudinem
ostendunt. Si consideras leones
sunt. quia ad devorandum Inno
centes fortes sunt. Si post tergum
sequitur. scorpiones sunt. quia
In facie quasi homines blandiuntur.
Post tergum vero perversos pseudo
prophetas ecclesie vulnus Infigunt.
Et hoc certe non faciunt. quia
diabolum caput habent a quo
reguntur. Quia sicut xps caput
est bonorum. Ita diabolus caput
est Iniquorum. et habebant capillos
sicut capillos mulierum. In capillis
mulierum non solum fluxos. et
effeminatos. sed et quum utrumque
sexum volunt ostendere. et dentes
earum sicut leonum erant. Id est.
ad devorandum fortes. et habebant
corpora sicut loricas ferreas.
Id est. peccato velut ferro.
et muniti. et ad desperationem qui

diabolus dicitur dictum est .
Super pectus et uentrem tuum gradieris .
In pectore superbia . in uentre luxuria .
uel uoracitatis ingluuia . Et uox
pinnarum illarum sicut uox
curruum equorum multorum curren
tium in bellum . Id est . strepitus
discursionum illarum sicut curren
tium in bellum . quod est discurren
tium ad malum . Et habebant
caudas similes scorpiis . et aculeos
in caudis eorum . Potestas eorum
ledendi homines mensibus quinque .
Caudas . prepositos malos dicit .
Id est . episcopos . Sic enim ds per esaiam
definiri dignatus est dicens .
Senior et qui admirantur personas .
hoc est caput . et propheta docens .
iniquitatem hic est cauda . Sed illic in
senatores dixit . quos describit .
Id est in eo secta . sed eum in ipsa
parte que foris est . Potestas enim
locustarum . in pseudo prophetis est
presentis apud nos id est foris a nobis .
et in eo sectum per malos . qui regali
amicitia sanctitatem simulant
in eo sectum et a malis xpianis
fratri sine uerecundia securitatem
eis procurant .
Et habebant super se regem angelum
abyssi . Id est . diabolum . uel
regem huius seculi . Abyssus enim
populus est in quo diabolus in o
culto cordis eorum ligatus tenetur .
Et angelus sancti perspicue principatur .

Nomen habet . ebraice abaddon .
grece apollion . Latine perdens .
Ue unum abiit . Ecce ueniunt
adhuc duo ue . post ea .

EXPLICIUNT LOCUSTAS

INCIPIT SEXTA TUBA STORIAE .

Et sextus angelus tuba
cecinit . Et audiui unam
ex quattuor cornibus
altaris aurei que est
in conspectu dei dicentem sexto
angelo qui habet tubam . Solue
quattuor angelos ligatos in
flumine magno eufrate .
Et soluti sunt quattuor angeli .
in quo ora erat paratus parati
in horam et diem . et mensem .
et annum . ut occiderent tertiam
partem hominum . et numerus
equestris exercitus bis miriades .
miriadum . audiui numerum eorum .

EXPLICIT STORIE



EXPLANATIO SUBRA SUPRA SCRIPTE STORIAE

Et sextus angelus tuba cecinit. De hinc incipia

predicationis tempore antichristi.

Et audivi unum ex quattuor cornibus altaris aurei quod est in conspectu dei. dicentem sexto angelo. qui habet tubam solve quattuor angelos ligatos in flumine magno eufraten. Eufrates enim flubius est babilonis. Babilon autem confusio interpretatur. ergo babilon. iste mundus dicitur. et flubius babilonis pplm iste mundus est. in quo diabolus ligatus tenetur. Quod autem dixit solve quattuor angelos ligatos ante flumen magnum eufraten. ut si diceret predica in quattuor angulos terre. Supra enim dixerat quattuor ventos. nunc dicit quattuor angelos. hic quoque ostendit ventos. et angelos unum esse. Dixerat enim ventos a tertio angelus. nunc vero dicit angelos solvi ab angelo. hoc totum una eccla est. Sed angelus unius cornu eccle que est ara dei aurea in conspectu dei in quattuor ventos terre quos imperio dei iam solvi oportere. ex africa manifestabitur omne ecclm. Iste angelus quid passus sit et quid hominem pati oporteat edocuerit. Cum quo sit genus novissime persecutionis.

Nec aliud ab orbe sperandum. quam quod ipse xps in exemplum passus est deo prosperante manifestabitur et docebitur eccla. Inminentis ut iam presentis antichristi regis superba iussa contemnere. et ab eius temporibus discedere. Qui habet inquid tubam. Id est. qui nunc predicat solve quattuor angelos ligatos in flumine magno eufraten quos dixerat in quattuor angulis terre. ut ostenderet eufraten in omni terra esse. Flumen magnum eufraten. pplm dixit pplm dixit persecutorem. In quo situatus ex propria voluntate ligatus est ne faciat modo eccle. quod magnopere desiderat. qui antixpi tempore iam solvitur diabolus per omnem mundum malum facere permittetur. Sicut per Hieremiam ds de isto eufraten dicit. Dies ille dno deo nro. dies ultionis. ut ulciscatur inimicos suos. et devorabit gladius. et implebitur sanguine eorum. Quoniam sacrificium dno sabaoth in terra aquilonis in flumine eufraten. Sacrificium dicit. sed occisionis et iugulationis sicut de iordan fribs dicit per esaiam.

Gladius dni impletus est sanguine. incrassabitur ab adipe hircorum et arietum. quia sacrificium dni in bosor. et iugulatio magna in idumea. Bosor et idumea. terra civitates sunt. De aquilone autem iam diximus. Et soluti sunt quattuor angeli. hic iam in quo utique persecutio est. Parati in horam et diem. et mensem. et annum ut occiderent tertiam

partem hominum. Hec sunt quattuor tempora idest. ętantium et mentes scę. Partem autem dixit quia et quarta pars tacta est tertia pars solis. et lune. et stellarum. ad manifestandum que tota tertia diei. et tertia noctis. idest dicit ecclesiam. et noctem sinagogam que. cum malis in tenebris ambulant. Sed tres partes dicuntur. una xpi et duas anti xpi.

Que in terra ad bellum preparantur. propter ea. dixit de locustis. similes esse equis paratis ad bellum.

Nam cum dicat angelos solutos. equos se dixit vidisse idest. homines et sessores eorum demones.

Et numerus inquid exercituum bis miriades. miriadum audivi numerum eorum. Miriades. miriadum. numerus grecum est. quod latine dicitur milia milium. Sed non dixit quod miriadum. ut occiderent tertiam partem hominum. hec est tertia de qua separantur electi. ut manifestentur tres partes in omni terra.

Una foris ecclesie. idest gentilitas. et duas intra ecclesiam. sanctos homines. et reprobos malos. et de duabus mixtis. que sunt diei. et que noctis occidunt autem qui sibi consentiunt.

EXPLICIT EXPLANATIO QUATTUOR ANGELORUM

INCIPIT STORIAE EQUORUM

Et vidi equos in visione et sedentes super eos habebant loricas igneas et iacintineas. et sulphoreas. et capita equorum erant sicut leonum et ex ore eorum exiit ignis. et fumus et sulfur. Ab his tribus plagis. occisa est tertia pars hominum de igni fumo. et sulfore. quod exiit de ore eorum. Potestas enim equorum in ore et in caudis eorum. Caude enim eorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent.

Et reliqui hominum. qui non sunt occisi in his plagis. non egerunt penitentiam. et prioribus manuum suarum ne adorarent demonia et idola. argentea. et aurea. et herea et lapidea. et lignea. que neque videre possunt neque audire neque ambulare. et non penituerunt. ab homicidiis suis neque de beneficiis suis neque de beneficiis suis neque de fornicatione sua. neque de furtis suis.

EXPLICIT STORIAE


ubi equos habent capita leonum et ignis
de ore eorum
et sedentes super eos habebant loricas igneas
et sulfureas
ubi occisa est tertia pars hominum

INCIPIT EXPLANATIO SUPRA SCRIPTI STORIAE

Et sic vidi equos in visione et sedentes super eos. Equi homines sunt et sessores spiritus daemoniorum. Habebant loricas igneas et iacintinas et sulforeas. Id est armati igne fumo et sulfore preparati ad incendium future gehenne. Et capita equorum erant sicut leonum. Supra dixerat locustas similes equorum paratorum ad bellum et facies hominum et caudas scorpionum. Nunc vero dicit equos se vidisse et sedentes super eos et capita velut leonum et caudas serpentium paratos ad incendium.

Hec autem unum est et unum sunt dissimilitate discribta. Non enim armatos umquam tale vidimus ut cognoscas homines esse innumera mala facientes. Et ex ore eorum exiet ignis et fumus et sulfur. Hostendit quia pro fumo iacinctum dixerat.

Nec perspicue ita exeunt ex ore eorum sed verba ipsorum sunt hominum.

Pro hoc dixit ignis fumus et sulfur.

Sicut illis alio loco promittitur.

Qui adorant bestiam puniuntur et ignis fumus et sulfur de tormentis eorum in secula seculorum ascendet.

Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum ex igni fumo et sulfore quod exiit ex ore eorum.

Vocibus ergo capitum id est principum eorum his plagis iugantium interierunt. Potestas equorum in ore et in caudis eorum. Id est in sermone et opere et officio. Caudas enim prepositos id est episcopos diximus qui sunt pseudo prophete.

Caude enim eorum similes serpentibus habentes capita.

In capita principes mundi esse diximus. Et in his nocent.

Sine his enim prepositi mali in ecclesia nocere non possunt. Dicit et antiquum gentilium.

Nemo putet illo tempore sanctos ad suis legitimis transisse et omne hominum genus non diversis superstitionibus sed in ecclesia dicitur sub christianitatis nomine contra ecclesiam diabolo deservire.

Et ceteri hominum qui non sunt occisi in his plagis. Sed quid profuit non esse occisos in his plagis cum dicit: Et non egerunt penitentiam ex operibus manuum suarum ne adorarent daemonia et idola aurea et argentea et aerea et ferrea et lignea atque lapidea qui neque videre possunt neque audire neque ambulare. Et non penituerunt ab homicidiis suis neque ex beneficiis suis neque ex fornicatione sua neque ex furtis suis.

Hec tantum in terra facta est . et sub
nomine christianitatis . spiritalis
idolatria est . Sic enim in danielo
legimus in uasis aureis domini bibisse
et hos . de hos supra dictos iudaeis
se . quanta saularitatu in uasis
uasis biberet deos ligneos et lapi
deos laudabant . Quam diu uasa
fuerunt in idola babilonis . et non
bibebant . in eis non erat in uasis dominus .

Videbantur enim templi dei . secundum
quidam paruum opinionem tantum
diuino cultu consecrasse . Post
quam autem humanis usibus domini uasa
contaminata . tantum peccatum
post sacrilegium incurrunt .

Laudant autem deos suos . insultantes
deo iudeorum quod illis uictoriam
tribuentibus bibebant in uasis eius .

Quid est hoc nisi in terra factum .

Babilonia est mundus iste . uasa
domini est sacramentum ecclesie .

Id est . baptisma sacrificio . lex
euangelium . simbolum . et oratio
dominica . amen . et alleluia .

Iuxta tropologiam hoc dicendum
est quoniam omnes heretici . et doctrina
contraria . ueritati que adsumunt .
uerba prophetarum . et testimonia
diuine scripture abutuntur ad
sensum suum . et dant bibere his
quos decipiunt et quibus
fornicatus est . Tollunt uasa
templi dei . et inebriantur in eis
et non domini cultus uasa sunt .
sed deos laudant aureos . argenteos .
ereos . ferreos . ligneos . et lapideos .

Aurei mihi uidentur dii qui seculari
ratione compositi sunt .

Argentei sunt qui habent eloquii
uenustatem . et rethorica arte
constructi sunt . Qui autem inferunt
fabulas poetarum et uetustatis
uanitatis eruditionibus habentes
in textu multum uel eloquentiam .
uel saecularitatis differentiam . hi ita
uocantur . erei . et ferrei . Qui autem
pertinaces in textu proponunt lignei
appellantur uel lapidei . quos omnes
in diuus patres deuoto nominum
diuidit scribens . Maledictus
omnis qui facit sculptile et con
flatile opus manuum artificis
et ponit illud in absconditum .

Abscondunt enim omnes heretici
et operiunt mendaciorum suorum
dogma . et fugitantia in obscuro
sectores corde . Neque enim in illa .
persecutione contenta generaliter
supra dictus . contentas . sed in sua
incredulitate moriuntur . Descriptio
nouissimo certamine . et generatum
mortem . continuo precessit missa . solito
more septimum angelum . In quo est
nouissimum . certamen . et domini manu
feratus aduentus . et recapitulat .
ut tempore antiquum modo fuisse pacis
usque ad finem . et tantum dicit
finem ordinis . que precesserat . et
uelut duos fines uideatur fecisse .

manifestemus tamque cum recapitulationem adfinem usque perducta deuenit finem ordine conciso. In hac autem recapitulatione preter solitum facta ambas narrationes. non uno fine claudendo. Describit enim predicationem futuram. patens qualiter sit aperta uel fortis quam etiam martirii perspicua. Iterat dicit. Finit.

INCIPIT STORIA ANGELI FORTIS.

Et audiui alium angelum fortem descendentem de celo nube amictum. et iris super caput eius. et facies eius sicut sol. et pedes eius sicut columne ignis. et habebat in manu sua librum apertum et posuit pedem suum dexterum super mare. sinistrum autem super terram. et clamabit uoce magna sicut leo fremit. Et cum clamasset. locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et que locuta sunt septem tonitrua. eram scripturus. Et audiui uocem de celo dicentem. Signa que locuta sunt. septem tonitrua. et ne ea scribas. Et angelum quem uidi stantem super mare et super terram sustulit manum suam dexteram in celum et iurabit per uiuentem in sempiternum et in secula seculorum dei. qui creauit celum et que in eo. et terram et que in ea. et mare et que in eo. quoniam tempus iam non erit. sed in diebus uocis septimi angeli. cum ceperit tuba canere. et consummatum erit misterium dei. ut euangelizabit per seruos suos prophetas. Et uocem audiui de celo iterum. loquentem mecum et dicentem. Uade accipe librum apertum qui est in manu angeli stantis supra mare. et supra terram. Et abii ad angelum dicens. ut daret mihi librum. et dixit mihi. Accipe et commede illum. et amaricabit uentrem tuum faciet. et in ore tuo erit dulce sicut mel. Et accepi librum de manu angeli et commedi illum et fuit in ore meo sicut mel dulce. et cum commedissem eum repletus est uenter meus amaritudine. et dixit mihi. Oportet te iterum predicare in populis. et linguis. et gentibus. et regibus multis. Et datus est mihi arundo similis uirge. et stabat angelus dicens mihi. Surge et metire templum dei. et altare et adorantes in eo. Et atrium quod est foris templum excludes foras. et ne eum mensus fueris. quoniam datum est in quid gentibus ciuitatem sanctam et calcaturunt mensibus XL duobus.

EXPLICIT STORIA


UBI IOANES
AB ANGELO
ARŪDINĒ
ACCEPIT
UBI
ANGELUS
NUBE AMIC
TUS PO
SUIT PE
DĒ SUU
DEXTRU SU
P MARE SIN
STRU AUT
SUP TERRĀ
ALTARE

INCIPIT EXPLANATIO

ES SUBRA SCRIPTE STORIE.

Et uidi inquid alium angelum fortem descendentem de celo nube amictum. Dominus est amictus ecclesia. Semper uero de ecclesia nascens. diuersis etiam modis describitur indutus ecclesia. Nunc sicut in initio huius libri legimus nunc stolla candida sicut per danielum. Nunc nube legimus enim

Nunc etiam primum dicit faciem lucere. et pedes ut columne ignis. Ut ostenderet quantum clarius sit post persecutionem. Et habebat in manu sua librum apertum. Manentem faciem eius sicut sol. quem apertum iam librum. quia factum est ut agnosceret. Per librum enim inuolutus est scriptura sacre eloquium qui profunditate sententiarum inuoluitur ut non facile sensum omnium penetretur. qui in eo inuoluitur et expanditur quia eorum







sed nubes uolant sicut persatum. Qui sunt isti qui ut nubes uolant. Induitur itaque nube spiritali et sancto corpore. Et iris super caput eius. Iris promissio perseuerantie est. Ecclesia enim describitur in domino. Et facies eius sicut sol. et pedes eius sicut columne ignis. Magna hic imago. et admirabilis queritur. In imago libri dixit. prius pedes ignitos. et postea faciem lucere ut ostenderet in hoc mundo ignitos in passione. et fulgere in eterna regione.

predicatoribus sacri eloquii obscuritas aperitur. Unde scriptum est extendens celum sicut pellem. qui exigit in aquis superiora eius. Quid enim celi nomine nisi sacra scriptura signatur. De qua nobis et sol sapientie. et quanti quis pueribus stelle exemplorum. uel uirtutum lucent. quod sicut pellis extenditur. quia per scriptores suos cursus lingua formatur quam ante oculos nostros per uerba doctorum exponendo explicatur.

quid uero aquarum multarum tonitrue
nisi sancti angeli de quibus scriptum est :
Aque que super celos sunt. laudent
nomen domini :. Huius ergo celi superiori
dominus in aquis extat. qui alta sacri
eloquii. id est. et que de natura
diuinitatis. uel celestis gaudiis
narrat nobis adhuc nescientibus
solis angelis interius sunt cognita :.
Celum ergo hoc exterius nobis expan
ditur extantem in aquis superio
ra illius contegunt. quia et
quedam sacri eloquii iam nobis
aperitionem spiritus patefacit. et quedam
que solis angelis possunt esse
manifesta. nobis adhuc servantur
occulta :. Et posuit pedem suum
dexterum super mare sinistrum super
terram :. Id est ad predicandum :.
Dexterum ergo in mari posuit. id est
fortia membra in maioribus periculis.
sinistra uero in competentibus :.
Et clamabit uoce magna sicut leo
fremuit :. Id est. fortiter. predicabit :.
Et cum clamasset. locuta sunt
septem tonitrua uoces suas :.
Septem tonitrua. septem ecclesie sunt
quod est una :. Quid enim amplius
loqueretur ecclesia. quam uoces suas :.
Angelo locuto audita sunt septem
tonitrua. que sunt septem tube :.
Et que locuta sunt septem tonitrua
eram scripturus :. Et audiui uocem
de celo dicentem :. signa que locuta
sunt septem tonitrua. et ne eas
scripseris :. Et enim uerba que audiuit
dicitur illi. ne sicut audiuit
scriberet :. Sed aliter per allegoriam
id est. per similitudinem. ne sine sigillo
scripta omnibus intelligerentur :.
Itaque dixit signa et ne ea scripseris :.
Quomodo dixit. signa si non erat
quod signaret :. Sufficiebat enim
dicere. noli scribere :. Sed iussit
ne sicut uolebat. sine sigillo scriberet
propter brutos et insensatos :.
Alio denique loco propter iustos ne signaueris
dixit :. uerba prophetie huius :.
Quia tempus in proximo est :. Hic.
ostendit duos :. Id est. bonos et
malos :. quibus signari iussit :.
et quibus non :. Qui perseuerauerit.
in quid nocere nocet. et qui in sordi
bus est sordidescat adhuc :. Hoc est
propter allegoria. id est. in similitudine
loquor illis. ut iustus perseueret
in pietate usque in finem. ut habeat
unde coronetur. et iniquus perseueret
in malitia. usque in finem. ut habeat
unde damnetur :. Et qui iustus est
iustificetur adhuc :. Similiter. et sanctus
sanctior fiat adhuc. Hoc est. uere
felices oculi quorum uident. et aures
quorum audiunt :. Hic aures et oculos
cordis dicit non corporis :. Et
daniel hunc fecit futuro pacis
inter fratres diuisione :. Claude
inquid sermonem et signa librum
consummationis ad tempus :.
Sed quibus obsignatur sicut latet dicit :.

Delinquunt inlusi. ne recogitant
omnes iniqui et peccatores. et in
tellectores intellegunt. et intellegentes
fulgebunt quasi splendor firmamen
ti. et adducent plurimi quasi stelle
in perpetuum et ultra. Solent
nonnulli querere utrum doctus sanctus
et simplex sanctus eandem mercedem
habeant. et unum in celestibus
mansionem. Unde nunc iuxta
theodotionem dicitur. Quod docti
similitudinem celi obtinebunt.
et iusti absque doctrina stellarum
glorie comparantur. Tantum que sit
inter eruditam sanctitatem et sanctam
rusticitatem quantum celum
distat stelle. Quod vero dixit
claude sermonem et signa librum.
precepit ut involvat sermones
et signet librum et legant plurimi
et querant scientiarum varietatem. et propter
obscuritatem magnitudinem
diversa suspicentur. Librum autem
istum poterit solvere qui scripturarum
sacramenta cognovit et intellegit
et verba tenebrosa propter misteriorum
magnitudinem et in eis prevaluit
parabolas et occidentem litteram
transferat ad spiritum vivificantem.

Et angelum quem videram stantem
super mare et super terram. sustulit
manum suam dexteram in celum et
iuravit per viventem in secula seculorum
qui creavit celum et que in eo. et terram
et que in ea. et mare et que in eo.

quoniam tempus iam non erit. sed in diebus
vocis septimi angeli cum ceperit
tuba canere. Septima tuba.
finis est persecutionis. et adventus
domini. propterea dixit ut post hec in novis
sima tuba fieri resurrectionem.

Tempore ergo future pacis ad firmabit
ecclesiam et illum non esse tempus ecclesie.
nisi purgationis quam purgabit
novissima persecutio antichristi
usque ad septimam tubam.

Et consummatum est misterium dei
sicut evangelizabit per servos prophetas.
Et vocem audivi de celo iterum loquentem
mecum. et dicentem. Vade accipe
librum apertum qui est in manu
angeli stantis supra mare. et supra
terram. Vox de celo imperium dei est
qui ecclesie cor tangit. et iubebit
percipere que ecclesia futura pace
aperto libro predicabit. Et abii
ad angelum dicens. Ut daret mihi
librum. Admonet ecclesia quem
dixerat perdoceri. Et dixit mihi
accipe et comede illum. Id est. in
sere tuis visceribus. et describe in
latitudine cordis tui. Hunc librum
accipimus quando sacra opera facere
desideramus. Aperimus os nostrum
et librum commedimus. quando sacra
loquimur mandata et exercemus
que a deo accepimus quia et tribuitur.
et augetur in nostris sensibus usque

Ipsi cum predicare ceperimus.
Inde propheta alius dicit. Os meum

aperuit et edidit spiritum. Non enim spiritum
ederent. nisi os aperirent. quia
nisi ad praedicandum proximos se
impenderent spiritalis doctrinae in eo
gratiam non creuissent. Et amaritu
dinem uentri tuo faciet. sed in ore tuo
erit dulce sicut mel. Quia ipse
de omnipotente domino scientia suauiter
loqui cum eum didicerint in cordibus
suis uisceribus uehementer amare.
Illius quippe ore scriptura sacra
dulcis est cuius mox uiscera comitan
ter illius repleantur. quia eius
suauis est ad loquendum cui interius
impressa ad uiuendum fuerit.
Nam sermo dulcedinem non habet
quem uitae reproba intus conscien
tiam mordet. Unde necesse est
ut qui uerbum dei loquitur. prius
consideret qualiter uiuat. et ex uita
colligat quae et qualiter dicat.
Ad praedicandum namque plus
conscientia sancti amoris aedificat.
quam ostensio sermonis. qui
amando caelestia. intus semetipsum
praedicator legit quomodo per
suadeat ut despici debeant terrena.
Qui enim uitam suam intus punit
et exemplo suo foris admonendo
alios aedificat. quasi in corde
linguae calamum intinguit.
in eo quod manu uerbi proximis
exterius scribit. Hic liber amaritu
dinem uentri tuo faciet. cum prae
dicare et operari ceperis quod intelle
xeris.

Et accepi librum de manu angeli
et comedi illum. et erat in ore
meo sicut mel dulce. et cum comme
dissem eum. repletus est uenter meus
amaritudine. Et dixit mihi.
oportet te iterum praedicare.
Aperte ostendit angelum corpus esse
dum de uno dicit inquid mihi
oportet te iterum praedicare.
Numquid secta aliquando cessabit
a praedicatione. ut iterum oportet
te praedicare audiret. sed quia tempus
describit quod post africanas
persecutiones futurum erat ut
ostenderet eius modi esse nouissimam
praedicationem et reparationem
certaminis proinde dixit iterum.
Et quia postea non in africa
tantum eodem genere sed in omne
mundo praedicabit sectum propter
ea adlegit. In populis et linguis. et
gentibus. et regibus multis.
Una est secta in toto orbe quae praedi
cat in africa ipsa ubique similiter
praedicauit. Propterea uelut
africanae dixit oportet te iterum
praedicare. Et datus est mihi arundo
similis uirgae. et stabat angelus
dicens mihi. Surge et metire templum
dei et altare et adorantes in eo.
Surge quod dicit. excitatio est sectae
ut in contemplatione permaneat.
Non enim haec Iohannes sedebundus
audiebat. ostensurus autem filii dei
manducatum domini nostri puerum

genitum · hominem factum · et more deitatis in celis in corpore apparere receptum effudisse spm scm · donum et pignus inmortalitatis · hunc per prophetas predicatum · hunc per legem conscribtum · hunc esse manum dei et uerbum patris et conditorem orbis · Haec est arundo mensura fidei · et nemo adorat aram scam nisi qui hanc fidem confitetur · qui non omnes qui uidentur in eo adorant ·

Sicut dicit · et atrium quod est foris templum exclude foras et ne eum mensus fueris · Atrium enim quod est ad liminum templi et uidetur ad templum pertinere · templum tamen non est quoniam ad sca scorum non pertinet ipsi sunt qui secte sce uidentur et foris sunt · Aula · uetus dicitur uacua inter parietes tota ·

Hos aulas non necessarios eici iussit de ecclesia · quoniam datum est in quid gentibus calcari · ciuitatem scam et calcabunt mensibus quadraginta duobus · Qui excluduntur et quibus dabuntur uerique calcabunt ecclesiam id est homines huius mundi mali ·

EXPLICIT EXPLANATIO ANGELI FORTIS ·

INCIPIT STORIE SIUE LEGIS ET EUANGELII ·

Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt dies mille ducentos nonaginta amicti ciliciis · Hi sunt due oliue et due candelabra qui in conspectu dni terre stant · Et siquis eos uult ledere · ignis exiet de ore eorum et deuorabit inimicos eorum · Et siquis uoluerit ledere sic eum oportet occidi · Hi habent potestatem claudere celum ne imbrem pluat in diebus prophetie eorum · Et habent potestatem in aquas uertere eas in sanguinem et percutere terram in omni plaga quotienscumque uoluerint testimonium sunt · et uincet eos et occidet eos · et corpus eorum in platea ciuitatis magne proicietur ·

EXPLICIT STORIE ·



EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIE

Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt dies mille ducentos nonaginta.

Hii dies mille ducenti nonaginta anni sunt tres et menses sex. Hoc est praedicatio Eliae et regnum antichristi ulterum autem quod sunt sub uno semper anni. Ceterum uero spatiis incerta. duo testes. duo sunt testamenta. Id est.

lege et euangelium : Ad domini autem
passione usque aduentum xpi . annos
tres ponimus . et menses sex : hi sunt
quadraginta duo menses . id est tres
anni . et dimidius . uel trecenti
quinquaginta . unus autem mensis
centum menses per dierum numerus :
Quadragies bis centum quattuor
milia ducenti . menses sunt . qui
sunt centum uiginti sex milia dies :
Anni trecenti quinquaginta et in uno
die centum dies : Nam centies mille
ducenti nonaginta . centum uiginti
sex milia dies sunt qui sunt similiter
trecenti quinquaginta anni :
Hoc omne tempus est a passione domini
usque aduentum xpi : et nunc spiritaliter
in tempo elię . et qui cum eo uenerit .
duo testes . id est lex et euangelium
ubeis occiduntur a quibus non obtemperatur :
Hoc sunt duo testes . id est . ecclesia
duobus testamentis prophetantes :
Qui sunt autem testes domini . nisi xpianos
quos grece dicuntur martyres .
hoc latine . testes . quia in passione
testimonium xpo reddent :
Non dixit faciam mihi testes quasi
modo non sint : Sed dabo duobus
testibus meis : hic per testibus
dixit legi et euangelio . nouissima
etiam persecutione ante xpi aduentum
idem dies habet : et qui nunc
spiritaliter factum legit . tam tunc
aperte demonstrabit : et elium et
qui cum eo uenturus est perspicuo

occidebit . qui nunc duos testes
spiritaliter occidit . Amicti inquid
ciliciis . quod est in exomologesin
id est . in confessione paenitentię cons
tit . quia quibus praedicant
qui eos audire uolunt confestim
ad paenitentiam conuertuntur :
Hi sunt duę oliuę . et duę candelabra
qui in conspectu domini terrę stant :
Hi sunt inquid . qui stant . quod nunc
est in praedicatione : Duę candelabra
facta est : Sed quia per legem et
euangelium stat . proinde dixit duo :
Sicut quattuor angelos et quattuor
uentos unum dixit factum .
quam sint septem factę . quod est
una lex . et septem candelabris
in unum uel amplius pro locis nomen
est . haec tamen una facta est :
Nam zaccarias propheta unum
candelabrum uidit septi formem
et duas oliuas . id est duo testamenta
infundere oleo candelabro :
Haec est facta cum oleo suo indeficienter quod tam facit in lumine
orbis ardere : Sic ergo dicit zaccarias :
Excitabit me quam admodum excitatur homo ex somno suo . et ait
mihi : Quid tu uides : et dixi :
Uidi et ecce candelabrum aureum
totum lampadum super eum et
septem lucerne super eum : et septem
infusoria lucernis . quae sunt super eum :
Et duę oliuę super eum una a dextris
lampadibus . et una a sinistris :

Et interrogant quid sint testes.

respondit angelus dicens: Septem hi oculi domini sunt qui inspiciunt super omnem terram. Oculos septiformis gratie spiritus legimus qui sunt inspicientes totum corporis hominis terrę. Et de olivis quod sunt duo testamenta interrogant. sic ait:

Hi duo filii pinguedinis adsunt domino totius terrę. Et si quis eos vult ledere ignis exiet de ore eorum et devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit ledere sic eum oportet occidi. Ignis verbum predicationis est. Si quis enim ecclesiam ledit aut ledet, precibus oris ejus divino igne consummetur. Hi habent potestatem claudere celum ne imbrem pluat in diebus prophetie eorum. Celum ecclesia est. pluvia vero verbum predicationis. Habet potestatem claudere celum. id est. ligandi atque ecclesiam perrequirat. fiat ut benedictio ecclesie super eum non descendat. Et habent potestatem aquas vertere in sanguinem et percutere terram in omni plaga quotiens cumque voluerint. Aque populi sunt. Aquas vertere in sanguinem. id est. dogmata filosophorum catholice intellegentes ubi eos ecclesia conspexerit correptionibus urgeat.

Hec omnia que dei ecclesia cuncta facit. ecclesie virtutibus adscribit data omni potestate in celo et in terra filio hominis quem induitus est dominus cujus caput est deus. Et hanc potestatem quam habet dedit sue ecclesie. ut spiritaliter claudat celum. ne imbrem pluat ne in homine maligno intret super terram. Sicut de pure vinee sue dicit.

Nubibus mandabo ne pluant super eum.

Et non solum aquas suspendunt sed etiam que descenderant inutiles faciunt.

Faciet ergo Christus et Christus ecclesia quod vult.

Cum operatur omnia in omnibus unus atque idem deus.

Hec est testimonium quod perhibet ecclesia usque ad revelationem bestie ut aperte tota idem diebus quibus tertio occiduntur testes bestie.

Vincit spiritaliter occidit duo testamenta latenter catholicos cum solutus fuerit diabolus vel nunc ut Christo regnet occidit duos testes. id est. Eliam et qui cum eo venturus est. Emulati putant cum Elia esse Eliseum aut Moysen. sed utrique mortui sunt. Iheremie mors non invenitur. per quem omnia veteres nostri auditi sunt esse illum Iheremiam. Nam et ipsum verbum quod factum est ad eum testificatur dicens ei: Priusquam te formarem in utero novi te. et antequam exires de vulva sanctificavi te. et prophetam in gentibus posui te.

Iheremias in gentibus propheta non fuit. sed solum in Israhel. Ideo verbum dei veritatis necesse habet quod promisit exhibere ut in gentibus sit propheta. Hi sunt duo candelabra et due olive in conspectu domini terre stantes.

Ita et sunt in paradyso. Ideo admonuit ut si in illo legens non intellegeret hic intellegat. Hos vero oportet inspici ubi in uno Christo. Sed quia hec et supra diximus nunc verba eadem curiatius ut et accepimus spiritaliter disseruimus. EXPLICIT EXPLANATIO.

INCIPIT STORIA DE TODIO TESTAMENTO

Et vincet eos. et occidet eos
et corpus eorum in plateis civi
tatis magne proiciuntur
que vocatur spiritaliter sodoma
et egyptus ubi et dominus eorum crucifixus est.
Et videbunt de populis. et tribus et linguis. et
gentibus corpus eorum diebus tribus et dimidium.

et corpora eorum non permittent
poni in monumentis et habitantes
terram gaudebunt super eos
et epulabuntur. et munera invicem
mittent quoniam hii duo prophete
cruciaverunt habitantes terram.
EXPLICIT STORIE.



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIE.

Et uincet eos et occidet eos. Uincet enim xps eos quos se dixerit uicti credunt. Occidet autem scos qui confessi dnm fuerint. Spualiter uero nunc in secta uincet. qui euangelio et legi non credunt.

Occidet autem eos qui xpo credunt et in penitentia tribunt. sicut dns in euangelio ait. Tradent uos in pressura et occident uos. Omnis enim qui secte non consentit duo testamenta occidit. et corpus eorum in platea ciuitatis magne proicietur.

Duorum dixit unum corpus aliquando corpora ualetis. et euangelii numeri seruare. et secte unum corpus ostendere. Corpus non solum de occisis. sed eadem uiuis dixit. quod autem dixit proicietur. id est. spernetur sicut scriptum est. Tu uero odisti disciplinam. et proiecisti sermones meos post te. In plateis ciuitatis magne proicientur. id est. in medio secte que uocatur spualiter sodoma et egyptus. ubi et eorum dns crucifixus est. Uterque in secta. quia ihrlm securiturum non potest dno dicente.

Et ihrlm conculcatur usque dum compleantur tempora gentium.

Et uident ex populis et tribubus et linguis et gentibus corpus eorum diebus tribus et dimidia.

Id est. tribus annis et sex mensibus. quod sunt anni trecenti quinquaginta quos supra diximus a passione dni usque aduentum xpm. hec ut diximus spualiter est in secta. Miscet enim tempus nunc presens. nunc futurum.

Uident enim dixit. quia non uidebunt. Sic dns in euangelio. Ueniet inquid hora. ut omnis qui interficit uos arbitretur se obsequium facere deo. et nunc est quod dicit ueniet.

Denique cum dicit ueniet sic hoc dixit. faciunt. quia non cognouerunt patrem neque me. Non dixit facient quia non cognoscent. Nam quum enim separat presens tempus unouissimo quod reuelabitur aduentus xpi.

Nunc uero spualiter nequaquam. hec facit in secta. et corpora eorum non permittunt poni in monumentis.

Uotum eorum dixit qui ad penitentiam confugiunt desiderant ut a corpore sepeliantur. et qui de parte diaboli sunt eos deuotos seruire dno non permittunt. Persequitur enim uir uxorem. et uxor uirum. parentes filios. et filius parentes. dns seruum et seruus dnm. et plus quam pelus pseudo prophete. omnes et serui dei non ualent eorum ferre inpugnationem. ut dns ait. Ue uobis qui clauditis regnum celorum. nec uos intratis. nec alios permittitis introire cum eam semper intenta in illis inpugnantibus. Isto modo non permittunt

corpora eorum poni in monumentis.

Faciunt autem et superstites de uiuorum occisorumque corporibus, quia nec uiuos permittunt fructu celebrando in memoriam colligi, nec occisos in memoria retineri. Nec eorum corpora in memoriam testium dei sepeliri. Et habitantes terram gaudent super eos et epulantur et munera inuicem mittent. Hoc semper factum est, et nunc munera inuicem mittent, et in postmodum gaudebunt et epulabuntur. Quotiens enim iusti affliguntur, exultant iniusti et epulantur, munera inuicem mittunt. Id est unus ubulato gaudendo coniungunt sicut scriptum est: In me psallebant qui bibebant uinum. Quoniam hi duo prophete cruciauerunt habitantes terram.

Duo prophete duo sunt testamenta. Cruciare dicuntur terram, quia mundum relinquere precipiunt et iusti persequuntur. Qui deo seruire cupiunt, et propterea plus qui propter testamenta dei humanum genus arguitur, et quum uisus ipse grauis est iniustis. Sicut ipsi dicunt: grauis est nobis etiam ad uidendum.

Et non solum grauis, sed et tabescere facit. Ut scriptum est: Peccator uidebit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet. Gaudebunt ergo ubique uel uti iam nihil habuerint quod impugnantes ferunt. Dicturi autem occisisque testibus et eorum hereditate potiti.

EXPLICIT DE UTROQUE TESTAMENTO

INCIPIT DE EOSDEM TESTIS STORIA

Et post tres dies et dimidium spiritus uite a deo intrauit in illos et steterunt super pedes suos, et timor magnus cecidit super uidentes eos. Et audiui uocem magnam de celo: Ascendite huc. Et ascenderunt in celum in nube et uiderunt eos inimici eorum.

Et in illa ora factus est terre motus magnus et decima pars ciuitatis cecidit et occisa sunt in terre motu nomina uirorum septem milia, et ceteri timuerunt et dederunt claritatem deo celi.

Ve secundum abiit, quod sequitur tertium.

Ve. ecce. Ve tertium ueniet cito.

EXPLICIT STORIAE


TRONUS
UBI UIDENT EOS INIMICI EORUM
CUM SUIS CIUITATIBUS.

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE

Et post tres dies et dimidium
spiritus uite a deo introibit in illos.
Illum supra dictum est de
diebus. Hucusque angelus Ihesum
narrauit. Et inducit Iohannem quod
Ihesum audiuit. Et steterunt super
pedes suos. Et timor magnus cecidit super
uidentes eos. Et audiui uocem magnam
de celo: ascende huc. Et ascenderunt
in celum in nube. Hoc de resurrectione
intellegendum est, quod apostolus dixit:
Rapiemur in nubibus obuiam Christo.
Ante aduentum autem domini nulli hoc
posse contingere. Scriptum enim
in aliquem Christus. Deinde qui sunt Christi
perfecti sancti dei rapiuntur in aduen-
tum eius in nubibus. Unde concluditur
omnis suspicio eorundem qui putant
hos duos testes duos uiros esse, hoc est
Heliam et qui cum eo uenturus est,
et ante aduentum Christi celum in nu-
bibus ascendere. Hoc enim non posse
fieri ante nisi in aduentum domini
in resurrectione omne omnino ecclesia
et eos ascendere obuiam Christo. Interea
qui perfecte uixerunt per duo testa-
menta. Quod si de hos duos uiros
dicerentur, quomodo poterunt
habitantes terram de duorum

morte gaudere, si in una ciuitate
morerentur? aut quomodo munera
per omnem terram inuicem mitterentur
si tres dies sunt? Qui ante quam
gauderent de morte, conturbabuntur
de resurrectione. Quantum etiam ad
aliquos in tanta terre latitudine
non ante mortis nuntius quam
resurrectionis ueniet. Aut quales
epule et uoluptas poterit esse, si
inpleuerit epulantium cadauera
humana epulis morbos et diuino
fetore miscuerint. Quod manifestatum
est, qui sint testes et qui dies, nisi
quos supra diximus a passione domini
usque ad secundum eius aduentum.
Quod uero timor magnus cecidit
super uidentes eos, de hominibus
ubi dixit in aduentum domini, quia
et iustos quos uiderent in uenientia
Christi pertimescant in resurrectione
dormientium, quam in ictu oculi ueloci
ante fuerit resurrectione mortuorum.
Et si iusti tunc pertimescant, quid
de peccatoribus erit. Et uidebunt
eos inimici eorum. Hic separabit
iustos a peccatoribus, quos in commune
dixerat timuisse. Et in illa hora
factus est terre motus magnus.
Id est, persecutio et recapitulatio est
enim, sicut iam diximus in aduentum
domini: In illa hora qui in tecto erit
non descendat tollere quicquam
de domo. Hora est enim omne tempus.
Et decimam partem ciuitatis cecidit

et occisi sunt in terremotu nomina
uirorum septem milia. Denarius enim
numerus et septenarius perfectus est.
Quod si et non esset perfectus. aperte
totum intellegendum erit. Dicit
enim omnem ciuitatem cum omnibus
edificatoribus suis cecidisse in perte
ctatione. Duo enim sunt edificia
in ecta. Unum supra petram quod
est Christus. alterum super arenam
quod est fiducia mundi huius
hoc dicit corruisse. Et ceteri timore
sunt et dederunt claritatem deo celi.
Isti sunt supra petram quod sunt
sancti qui intuentur domini peccatoribus
terre motum morientibus ipsi iusti
per timentes confessione anima
rum suarum nec letant dominum clarifi
cant. Sicut scriptum est de iusto.
Lababit manus suas in sanguine
peccatorum. Uidens enim iustus
peccatoris interitum plus accendi
tur in obseruatione preceptorum.
Quod iustior uel purior fiat.
sicut scriptum est. Uidens
impium puniri cautior fit.
Finita recapitulatione quam
preter misso. septimo angelo
in territ septimi ordinem dicens.
Ue secundum habiit. Dixerit enim
confectio locustarum prelio.
Ue unum abisse. et ue alterum
uenire quod scripto in equis
non dixit ue secundum abiit.
ne tantum equum discriberet
quem recapitulandum erit.
Nunc finitur ipsa recapitulatione.
Ue. inquid secundum abiit. non
recapitulationis sed equorum quibus
descriptis. ue non redidderit.
Quod sequitur tertium ue. et septimus
angelus in quo finis erit. hic uidetur
duos fines fecisse in sequentes unum
recapitulationis. et alterum ordinis.
dixit enim finem in resurrectione
tertium quos preter ordinem subicie
rit. et induxit alterum ue.
quem pugne equorum debuit dicens.
Ue. secundum abiit. et ecce. ue.
tertium ueniet cito. Iste tertius ue.
sepultio est iustorum. et peccatoris
in resurrectione.

EXPLICIUNT SEX TUBAS :

INCIPIT SEPTIMA TUBA :

QUOD EST RESURRECTIO OMNIS CARO.

Et septimus angelus tuba
cecinit. et facte sunt uoces
magne in celo dicentes.
Factum est regnum dei nostri et Christi
eius et regnabit in secula seculorum.

FINIT.



Et viginti quattuor seniores qui in conspectu dei sedent in thronis suis, ceciderunt in facies suas et adoraverunt dicentes: Gratias tibi agimus domine deus omnipotens, qui es et qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam et regnasti. Et gentes irate sunt et venit ira tua et tempus quod demortui iudicentur.

Iratum dixit et finem. Regnasti et gentes irate sunt. Primus adventus est venit ira tua quo demortui iudicentur.

Secundus adventus est et dare mercedem servis tuis prophetis et timentibus nomen tuum pusillis et magnis et corrumpere corrumpentes terram.

Ecce inquid ve tertium venit in voce septimi angeli. Et cum cecinisset, non alios nisi solum tertium dixit laudantes dominum et gratias agentem. Unde intellegimus bonorum remunerationem non esse sine ve malorum. Sicut ipsa tertia dixit: Venit ira tua et tempus quo demortui iudicentur.

Et dare servis tuis mercedem et corrumpere corrumpentes terram. Hoc est ve novissimum, quod est separatio iustorum et peccatorum. Hic facit finem et recapitulat nativitatem domini nostri Ihesu Christi eadem ut alia clarius dicaturus. EXPLICIT LIBER QUINTUS.

INCIPIT LIBER SEXTUS DECEM CAPITULARUM

Scire autem oportet omnia hunc periocum decem capitulis esse distinctum.

Que capitula non ut eas sequuntur quasi per tempora sequuntur ordinata sunt. Sed unumquodque capitulum totius est temporis.

Sunt capitula hec .

Et apertum est templum dei in celo .
et uisa est arca testamenti in
templo eius et facta sunt fulgura
et tonitrua . et uoces . et terremotus .
et grando magna . et audi inquid
bestiam ascendentem de abisso .

EXPLICIT .



EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIE

Et apertum est templum dei in celo. Usque nutu domini manifestatum est templum dei in celo. id est in ecclesia. Unde ostenditur ecclesia in celo non in mundo facta esse. Templum apertum manifestatio est domini nostri. Templum enim dei filius est. Sicut ipse ait: Solvite templum hoc et in tribus diebus suscitabo illud. et dicentibus iudeis: quadraginta sex annis edificatum est templum hoc. Ille autem de templo corporis sui dicebat. Et visa est arca testamenti in templo eius. Evangelii predicatio est et indulgentia delictorum. et omnia dona cum Christi adventu dicit apparuisse. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua et terremotus. et grando magna. Hec omnia virtutes sunt coruscationis et predicationis et bellorum ecclesie. Hec dixit facta et in discriptione predicationis septem angelorum abundantia domini cum tetigisset super terram. set generaliter universitate christi usque in finem mundi. Deinde discriptio post et postea quemadmodum facta sunt in toto septem specialiter et in uno christo completum est specialiter. Ut templum dei in celo apertum est. et pugne secuntur sicut dixit. Et vidi inquid ascendentem bestiam de abysso. Post multas plagas septem iterum ascendisse bestiam de abysso. Id est unum christum de populo. De abysso enim ascensurum multis testimoniis conprobandum. Ait enim Ezechiel: Ecce assur cipressus in monte libano. Assur deprimatur cipressus. Excelsus ramis id est propter multas in monte libano. Regnum regnorum. id est romanorum. Formosus in germinibus. id est fortis in generationibus. Aqua inquid nutrierunt illum. id est multa milia hominum que subiecta erant illi. et abyssus exaltavit illum. id est [illegible] eum. Iam et ceteri pene hisdem verbis loquuntur. fuisse autem eum iam in regno romanorum et futura in secretis. Et apostolus contestatur. Ait enim ad tessalonicenses: Qui nunc tenet teneat donec de medio fiat. et tunc apparebit iniquus ille cuius adventum secundum operationem satane

signis et portentis mendacibus.
Et scientia illum uenturum qui
nunc etiam princeps adlectia.
Arcanum inquid mulie-
lum moliatur. Idest. mulierem
quam facturus est arcane
moliatur. Sed non sua uirtute
nec pueris sui diaboli suscitatur
sed dei iussu. Quare ergo paulus
idem dicit. Idcirco non perceperunt
amorem dei. Inmittet
eis deus spiritum erroris ut omnes
persuadeantur mendacio
qui non sunt per suam ueritate.
Et cursus ita. Sustinentibus
illis lucem. tenebre orte sunt.
Elium uero et qui cum eo uentu-
rus est ubeodem in ecclesia
manifestat apocalipsin.
Et non tertia die. sicut xps.
sed quarta die resurgere
nequis equalis domino
inueniatur.

EXPLICIT TIM-
PLUM ET BESTIA
INCIPIT MULIER
ET DRACO STORIE

Et signum magnum
uisum est in celo. mulier
amicta sole. et luna
sub pedibus eius.
Et in capite eius corona stellarum
duodecim. Et in utero habet.
clamat parturiens cruciabunda
parere. Et uisum est aliut signum
in celo. Ecce draco roseus magnus
habens capita septem. et cornua
decem. Et super capita eorum
septem diademata. Et cauda eius
trahet tertiam partem stellarum
celi. et misit eas in terram.
Et draco stetit. in conspectu
mulieris futurę parere. ut quum
peperit natum eius commederet.
Et genuit mulier filium masculum
qui pasturus est omnes gentes
in uirga ferrea. Et raptus est
filius ad deum. et ad tronum eius.
Et mulier fugit in heremum
ubi habet locum paratum
a deo ut ubi eam pascant dies
mille ducentos nonaginta.
Et factum est bellum in celo.
Michahel et angeli eius. et non
ualuerunt. neque locus eorum
inuentus est amplius in celo.
Et expulsus est draco magnus
anguis antiquus qui dicitur
diabolus. et satanas seducens
totum orbem. Expulsus est in terram.
et angeli eius cum eo expulsi
sunt. Et audiui uocem magnum

Incelo dicentem .' Modo facta est
salus et uirtus et regnum dei
nostri . quoniam proiectus est
accusator fratrum nostrorum .
qui accusabat eos Inconspectu dei.
die ac nocte .' Et ipsi uicerunt
eum Insanguine agni . et propter
uerbum testimonii eorum et
non dilexerunt animas suas
usque admortem . Ita adhuc
estote Incelo .' Ve . tibi . terra
et mare . quia descendit aduos
diabolus habens Iram magnam .
sciens quoniam breue tempus
habet .' Et cum uidisset draco
qui proiectus est Interra .
persecutus est mulierem que
peperit masculum . et date
sunt mulieri due ale aquile
illius magne ut uolaret
Inheremum Inlocum suum ubi
nutriatur illic tempus et
tempora . et dimidium tempus
afacie serpentis .' Et misit
serpens exore suo post mulierem
aquam . uelut flumen ut eam
aflumine auferret .'
Et adiubit terra mulierem
et aperuit terra os suum .
et obsorbuit flumen quod
misit draco exore suo et Iratus
est draco Inmulierem et abiit
facere bellum cum reliquis
seminis eius qui seruiunt
mandata dei et habent
testimonium Ihesu christi .
et stetit super arenam
maris .

EXPLICIT STORIAE MULIERIS ET DRACONIS .


UBI
DRACO TRAXIT
TERTIA PARTE
STELLARUM

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIE

Et signum magnum visum est in celo. Celum ecclesia est. Signum magnum, deum et hominem fieri. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. Frequenter dictum est genus in mulieris dividi species, que omnia unum sunt. Nam quod est celum, hoc templum in celo, hoc mulier amicta sole, hoc luna sub pedibus eius. Omnia enim bipertita sunt. Ecclesiam dicit partem suam sub pedibus habere. Tamquam si diceret mulier amicta sole et mulier sub pedibus eius. Ita ut pars que sub pedibus est ad ecclesiam videatur pertinere. Sed ecclesia non est, quia congregatio maligna est, que de superiores stellas cum dracone diabolo et suo pseudo propheta ad hanc ecclesiam perversit, semper sibi socios requirit cum quos precipitetur in gehenna. Semper enim hec mulier et ante adventum domini parturiebat in doloribus suis, que est antiqua ecclesia patrum et prophetarum et sanctorum et cupratorum, que gemitibus et tormentis desiderii sui habuit usquequo fructum compleberet suum secundum carnem olim promissum sibi videret Christum, et ex ipsa gente corpus sumpsisse. Sole autem amicta, id est in bono opere manifestata, per quam spem resurrectionis in ipso lumine claritatis expectat et agtum repromissionis. Luna vero in nocte lucere solet et tota est, que in tenebris latius sancti a multis videri non potest, quia casus sanctorum corporum celebrat mortis, quod deficere numquam potest, nam quemadmodum minuatur vel augeatur.

Nec in totum extinguetur, semper dominatum, ut quidam putant, sed habet in tenebris lucem, sicut lunam inter ipsas tenebras quas sub pedibus mulieris esse diximus. Corona autem stellarum sancti sunt. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Id est in Christo duodecim tribus sunt. In duodenario numero ecclesia consistat, que prima ante adventum domini quasi ante solis ortum in nocte sancti relucebat. Et quia signum visum est in celo, celum ecclesia est. Signum magnum Christus est. Stellarum quoque relucentium milia, hoc est patriarcharum et prophetarum et martyrum et sacerdotum et confessorum et virginum suarum luminibus radiantes. Et visum est aliud signum in celo: ecce draco rufus magnus. Id est diabolus. Aliud signum dixit de contrarietate. Supra dixit

signum magnum hic et aliud
signum. Nam profecto una est
secta. et ministerio facinoris et eo
nomine et caritas et quod secta
facit signa et prodigia quomodo
secte natum devoraret. In celo
enim visus est draco. Idest. In secta
congregatio maligna cum dia
bolo qui secte filium. Idest. In parti
anaqua forsan virum Invidia
ducatus devorare conatur.
Sicut denique herodes In statim horas
In hora mee viso signo contristatus
simulat se xpm adoraturum.
Que xpm scm gubernatione sub
traturum. ante virib; querebat
occidere. herodes diabolus est.
Signum In hora mee xps et In secta
qui nos ortus fecit ad lucem.
Habentem In quid capita septem
et cornua decem. et super capita
eorum septem diademata. Capita
reges sunt. et cornua regna sicut
In isto libro exponetur est.
Sed quod sunt decem Idem cornua.
Idem enim numerus. In septem ergo
capitibus omnes reges. et In decem
cornib; omnia regna dicit. Decem
enim regna esse non possunt. quia
In toto mundo. quattuor regna
sunt. Idest. Caput aureum. et pectus
et bracia de argento. et venter
et femora ex aere. tibie vero ferree.
Et In hoc regno quarto ferreo Idest.
romanorum In quo rex genitus.

quia omnia quattuor sunt.
et In quattuor decem diluuntur.
Et ego dicam quod omnes scribae
secte tractaturi erudierunt In con
summatione mundi. quando
regnum depellendum est romanorum.
decem futuros reges qui orbem
romanum Inter se dividant. et
undecimum tertium eorum esse
parvulum regem. Idest antixpm
qui de parvula gente Iudeorum.
Idest. de tribu dan qui Inter ceteros
fratres suos hereditatem In terra
repromissionis non est sortitus
sed ad aquilone est castra metatus.
Recte Illum est Imitatus qui
dixerat. ponam sedem meam
ab aquilone. proInde dicitur
parvulus. eo quod non debebatur
ei honor regius. Ipse est antixps
qui tres reges. de decem regib;
superaturus est. Idest. egiptiorum
regem. et africe et ethiopie
quibus Interfectis eorum alii reges
septem. antixpo colla submittent.
Et cauda eius trahit tertiam partem
stellarum celi. et misit eas In terram.
Hec duob; modis Intellegendum est
sive de angelis qui de celo prolecti
sunt sive de hominibus qui de
secta foris proiciuntur. Cauda
draconis prophete Iniqui et predi
catores mendaces sunt. qui stellas celi
ad terram sibi detrahunt In terram.
Inscripturis sacris stellarum nomine

aliquando scorum lucerna q̄ in his
uite tenebris lucet. Aliquando uero
ypocritarum simulatio demonstra
tur. qui bona q̄ faciunt ad per
pendas laudes ab hominibus
ostendunt. Sic enim stelle ubi erat
stelle non errat nequaquam
paulus discipulis dicebat. In medio
nationis praue et peruerse inter quos
lucetis sicut luminaria in mundo.

Rursum sinistra eos qui recte agere
uidentur. Idem de opere suo
retributionem laudis humane non
quaerant. nequaquam stellas iohan
nes errare accelerantibus uidere dicens.

Mitit draco caudam. et traxit tertiam
partem stellarum. Draconis enim
cauda stellarum pars traxit.

quia extrema persecutione antichristi
quidam qui uidentur lucere rapien
tur. Stellas namque in terram mittere
est. eos qui uidentur studio uite
celestis inherere. extremo errore
iniquitate aperte erroris inuoluere.

Caudam ergo ut diximus. predicato
res iniqui sunt. qui has stellas
imitantur. Ipsi sunt sub pedibus
mulieris. Tertiam autem stellarum
celi dixit nequis putaret. quod
illam tertiam que foris est. id est
paganos sed alterum duarum
q̄ in celos sunt. id est xpianis in tertia
sectum. Duo signa ibi in uno loco.
mulierem que est secta. et in una
secta duas esse partes. una dei.

et una diaboli. et diabolum cum
regibus suis et regno. Non est enim
aliquis rex. uita aliam regnum.
cuius sunt filii sui. quam mundi
et xpm se dicunt credi. et diabolo
deseruire. et saeculi amicitiam seruari
esse. et ipsis consortibus. xpo
restituto. et uelut lege damnato
ore confitentur. et operibus dicunt.
nos non habemus regem nisi caesarem.

Et draco stetit in conspectu mulieris
future parere. ut cum peperit
natum eius comederet. Quotiens
xps futuris promittit ac praedicat
natiuitatem. et id futurum in genitu quod
factum est praemonet. semper enim
cruciatibus pariat secta xpm per
membra. Unde et semper filii homi
nis aduentum promisit eo quod scis
adueniat in claritate similium
passionum. sicut et ipse dns
passus est. Semper enim et draco
in celo persequitur. Id est per ipsum
nequitiam querit deuorare nascentem.

Qui puer masculus. id est fortis in
penitentiae contemplatione ad tronum
dei rapiatur. Omnis laici filius
hominis patitur quo patitur
et a quibus passus. post et rex diem
testimoniis in herode rege omne
in testimoniorum corpus ostensum.

Sic enim dictum est in euangelio
mortui sunt qui quaerebant animam
pueri. Reuertere inquid ad ioseph
in terram tuam. quid est herodes.

nisi diabolus qui in iniquis regnat.
Quid est enim pueri. nisi celestis
Israhel. Nemo potest ad eternum pueri
prium uenire. nisi diabolo mortuo
id est. excluso. Sic in herode osten
sum est xpm iugiter nasci usque ab eo
semper requiri. Quum enim eum
dum natum cognosceret. non dixit
ubi xps natus est. sed ubi nasceretur.
Compulsus est uerum dicere. sicut
caifas. qui a se locutus non est. sed
quum esset pontifex prophetauit.
cum diceret. Expedit unum hominem
mori pro populo. Et genuit mulier filium
masculum. Id est. fortem ad pugnan
dum. qui nonquam libet scorum
imitando. sed ipsum ueritatem con
templabiliter intuendo operantem
iustitiamque ualeat intellegat et
sequatur. Id est. xpm ad cuius imaginem
et similitudinem factus est ueritate.
Qui pasturus est omnes gentes in uirga
ferrea. Itaque et corpus eius ascendens
id est. ecclesia potestatem habet regere
in uirga ferrea. quia spiritalis quisque
efficitur. et deo similis factus secundum
apostolum iudicat omnia ipse autem
a nemine iudicatur. Sicut idem
dns dicit. qui uicit et seruat usque
in finem opera mea. dabo ei pote
statem super gentes. et pascet eos in
uirga ferrea. et sicut uasa figuli
confringentur. Sicut et ego accepi
a patre meo. Et raptus est filius eius ad
deum et ad thronum eius. Omnis qui

tota mente ardore ad dm conuertit
quasi moriturus per penitentiam
resurgit. et quum resurrexerit ab
actibus uitae. eleuatur in contemplatione
et intuetur ueritatem oculos cordis
ut radio solis aquila non reflectatur
acceleret. Tunc filius masculus
ad thronum dei dicitur raptus.
Et mulier fugit in heremum ubi habet
locum paratum a deo ubi eam pascat
dies mille ducentos nonaginta.
Mulierem ecclesiam dixit. Heremum
desertum esse non dubitamus.
Et quid desertum nisi derelictum.
ubi nullus habitator habet accessum.
In heremo enim serpentes et bestiae
solent habitare. non homines.
In hoc ergo heremo fugere dicitur
mulier. id est. homines. iniquos ubi
uita non repperitur quod est xps.
In heremum itaque dicit. inter scorpios
et uiperas et omnem uirtutem
sustinet. quam calcandam a deo
accepit ecclesia. Similitudinem
namque atque ecclesie in heremo. inter
huius modi serpentes pascit.
et gubernatus est israhel. Serpente
cruce perempto. omnia enim figure
nostre fuerunt. Dauid denique iuxta.
figuramque in heremo praecesserat
proprietates. que in toto mundo
geritur. Sic enim ait. Dicunt
qui redempti sunt a dno quos
redemit de manu inimicorum.
De regionibus congregauit eos. a solis

horam usque ad occasum. ab aquilone
et mari. et errabunt in deserto in
siccitate uiuum. et describit totum
ecclesiam in heremo. id est. sitit. quod
sunt uidentes deum. Ieremias uero
dicit. Desertum esse homines iniquos.
maledicitur ita homo qui spem habet
in homine. et firmat carnem brachii
sui et a domino discedet cor eius.
Erit sicut tamaricis in deserto.
et non uidebit cum uenerit bonum.
et habitabit in siccis in terra
deserta et in terra salsa que non
habitabitur. Uides quia iniqui
terra deserta est. In qua deus non
habitare dicitur. In hac terra
mulier. id est. ecclesia habitat. et ibi
pascitur celesti doctrina. donec
finiuntur dies mille. CCLX.
Id est a primo aduentu domini usque
ad secundum eius aduentum donec ab
iniquis liberetur. Et factum est
bellum in celo. Id est. in ecclesia ubi
draco supra dictus semper pugnat
cum sanctis. Michahel et angeli eius
pugnare cum dracone. Michahelem
Christum dicit. et angelos eius sanctos
homines. Nemo potest preter dominum
qui habet angelos. nisi dominus Christus
sicut Daniel ait. Tunc ad id tempus
adueniet Michahel arcangelus.
ille maior. qui filiis populi prestat.
et eo tempore erit pressura populi cui
qualis numquam fuit. ex quo
gentes esse ceperunt. usque ad illut hore

Et draco pugnabit. et angeli eius.
Absit enim ut credamus diabolum
cum angelis suis in celo ausum esse
pugnare. qui nec unum hominem
Iob. a domino postulabit ualeret.
Potestatem numquam pugnandi cum
semine mulieris. id est. cum sanctis.
non cum filio dei. aut angelis eius
accepit. Pugnant in celo cum Christo
sed in ecclesia homine induto.
Et non ualuerunt neque locus eorum
inuentus est amplius in celo.
In omnibus sanctis dixit qui crediderint
Christo. semel expulsum diabolum
amplius non recipiunt. Expulsus est
draco magnus anguis antiquus.
qui dicitur diabolus. et satanas
seducens orbem ... expulsus est
in terram. et angeli eius cum eo
expulsi sunt. Draco princeps
diabolus est. et angeli eius homines
sunt mali. et spiritus inmundi.
Omnes cum suo principe. expulsi sunt
in terra. Terra carnales homines
dicit. qui terrena diligunt. cui
dictum est. terra es. et in terram ibis.
Abyssus lacus excluduntur qui in terra
expulsi sunt. Conculcandi pedibus
sanctorum. sicut scriptum est. Super
aspidem. et basiliscum ambulabis.
et conculcabis leonem et draconem.
Non quod sancti pedibus eos conculcent.
cum malum pro malo non reddant.
sed quum illi amant terrena. sancti ad
celestia anhelant. et nihil terrenum

dederunt . et tribulationem et
paupertatem equanimiter tolerant
super ipsos mente non corpore
ambulare dicuntur . quia xpi
exemplum sequentibus reliquit talem
potestatem dedit suis calcare
serpentes et scorpiones . et omnem
uirtutem satane . Et audiui uocem
magnum in celo dicentem . modo
factum est salus et uirtus et regnum
dei nostri et potestas xpi eius .
Uox magna in celo uictoria est xpi
et salus quam dedit ecclesie sue
cum in carne apparuit . Omnia
regna mundi seruiunt ei . Id est . sci .
et idola destructa . qui nihil uidebantur
esse ante eius aduentum a patriarchis
et prophetis sperabatur . sed non
uidebatur . Post quam uenit .
discipulis dixit . Multi iusti
et prophete cupierunt uidere . que
uos uidetis . Id est . me in carne .
Beati oculi qui uident que uos
uidetis . Felices aures que audiunt
que uos auditis . Tunc illi dixerunt .
Modo factum est salus dei nostri . quia
proiectus est accusator fratrum
nostrorum . qui accusat illos ante
conspectum dei nostri die ac nocte
et ipsi uicerunt eum in sanguine agni
et per uerbum testimonii eorum
non dilexerunt animas suas usque
ad mortem . Sicut quidam putant
angelorum uox est ista de superiore
dicentes celo . nequaquam dicerent

accusator fratrum nostrorum . sed
accusator noster . Nec accusat . sed
accusabit . Quod si iustos in terris
positos angeli appellauerunt . fratres suos
non est gaudendum missum esse
in terra diabolum . et homines in terra
habitare . Si ita est intellegendum
gaudium est habitare cum demones .
sed ut supra diximus apostolorum
credimus uocem esse . quam diabolum
cognouerunt ligatum antea . et dei
filium incarnatum in sanctis suis
regnare cum dicerent . modo factum
est salus et regnum dei nostri . quia
confusus est accusator fratrum
nostrorum . qui accusat eos die ac
nocte quod nunc in seculo uidetur
esse . Scriptura enim sancta sepe
diem pro prosperis . noctem uero pro
aduersis ponere consueuit . In die
ergo et nocte accusare non cessat
quia modo nos prosperis modo in
aduersis accusat . In die accusat .
cum in prosperis malo nobis uerbo
aut facto . aut cogitatu insinuet .
In nocte accusat . cum in aduersis
nos non habere patientiam demonis
omnium gentium quod quod conterunt dixerunt super lustrum et super montem sion. Si semper regnum gentium velut insomnis fuit multo magis post quam lapide decisso de monte sine manibus abscisso percussum in pedibus ferreis et in pulvere versum sublatum que pedibus filii hominis . et transservitute traditum est. Hii unum sententiam habent. Certe quia hos decem reges spiritaliter hoc loco discernimus. et decem reges. omnes omnino super nos et emulos esse diximus. et hii omnes unam sententiam habent. habent dixit non habebunt. Si hoc loco deprecatio dicentis ut de quattuor dicendum erat habuerunt ut habebunt. Sed quia cotidie in ecclesia geritur proinde dixit unum sententiam habent. et quemadmodum sunt unius consilii exposuit dicens. et virtutem et potestatem suam bestie dant. Idest . diabolo cultus ministrati sunt. et cultus vitatur et regnum in eis principatur. et quia deprecatio dictum est propter et dixit dant. quia non dabunt. hoc regnum diaboli inde dicitur quia agno semper adversatur quia simplicibus et recto corde quod ille non habet aliis invidetur. Sed cotidie ab agno superatur quia ab eius pugnantibus confunditur.

EXPLICIT SPLANATIO MULIER SUPER BESTIA

INCIPIT DE AGNO ET BESTIA SUPERATA

Hii decem reges cum agno pugnant et agnus vincet eos quoniam dominus dominorum est et rex regum . et qui cum eo vocati et electi et fideles. et dicit mihi. hec quod vides ubi mulier sedet populi et turbe sunt. et gentes et lingue. et decem cornua que vidisti. hii odio habent meretricem et desertam eum et nudam. et carnem eius commedent. et ipsam comburent igni. deus enim dedit in cordia eorum facere sententiam eius et dare regnum suum bestie usque dum finiatur dictum dei. et mulier quam vidis et civitas magna que habet regnum super reges terre.

EXPLICIT STORIA



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE ISTORIAE

Hii decem reges cum agno pugnabunt

et quia supra in decem regibus omnes omnino malos conprehendimus. hii cum agno pugnabunt quod est christus et ecclesia unum corpus. Pugnabunt usque in finem donec regnum omnem percipiant. semper ecclesie adversantur. Et agnus vincet eos quoniam dominus dominorum est et rex regum et qui cum eo vocati et electi et fideles. Vocati ad fidem multi sunt. sed electi non sunt qui sectum faciunt pauci repperiuntur. Propter ea dixit vocati et electi. quia non omnes vocati electi sunt. Sicut dominus dicit. Multi vocati. pauci vero electi. Et dicit mihi: Hec bestiam quam vides ubi mulier sedet. populi et turbe sunt. et gentes et lingue. Et decem cornua que vidisti. hii odio habebunt meretricem. Id est. semetipsos invicem odient. dum unus alium ad iracundiam provocat. Se invicem odient dum nullus nulli bonus est. Et alio modo unusquisque se odit. sicut dictum est: qui amat animam suam perdet illam. Et qui amat iniquitatem odit animam suam. Sicut dicit: Et desertam eam faciet et nudam. Deserta anima dicitur cum a deo per opera mala deseritur. Et cum deseruntur homines a deo. ipsi per iram dei desertam faciunt mundum dum delicati sunt et in luxu vivunt. Et carnes eius comedent et ipsam comburent igni. Quod est unusquisque se invicem devorant. et quacumque aliquarum se luxerunt. Et cum omni opere bono evacuati fuerint gehenne ignibus comburendi traduntur. Et ad litteram civitatem dicens: Deus enim dedit in corda eorum facere voluntatem eius. Id est. permittit facere et que mundo luxu meruit inrogari decrevit. Et facere voluntatem unum. Id est. perditionem reddere unicuique secundum opera sua que meritis suis unusquisque operatur quod diaboli voluntate proficit quem regem sibi esse demonstrat. Sicut dicit: Et dare regnum suum bestie usque dum finiuntur dicta dei. Id est diabolo parere donec impleantur scripture. In quarto regno ferreo quod est romanorum eorum consummate. sicut in danielo legimus. Quartum erit regnum super quod licet omnibus regnis prevalebit. et universum eorum devorabit. et conteret eum et delebit. Et mulier quam vidisti est civitas magna que habet regnum super reges terre. Quod est mulier hoc civitas. hoc reges terre. omnia hec unum corpus est. Sic et quum de ecclesia dictum est. Veni ostendam tibi mulierem agni. hec mulier ecclesia est. Et ostendit mihi civitatem descendentem de celo. quam cum describeret dixit.

et reges terre fornicant cum eum in ea .
Mulier agni . et civitas et reges terre .
una gens est et unum corpus est .
Ecce duas civitates unam dei .
et unum diaboli . et illa mulier
dicitur . et illa mulier . et in utrumque
reges terre ministrant et agnus gente
sue dat potestatem qui est xps et
virtutem suam gentium et dat .
et draco qui est diabolus virtutem
suam et potestatem suam gente sue
id est . congregationi maligne dat
et est bestia agno semper contraria .
Agnus habet septem oculos . et septem
cornua et ille occisus dicitur
quasi occisus quia solum in carne
non in anima . et divinitate est
mortuus . et dicitur in septem cornua
id est . septem gentes quasi occisus
et resurgit . hec capita occisum
in morte esse primatum . cum que
per pseudo sacerdotes et ypocritas
sub simulatione sanctitatis agnum
preferunt deforis quasi occisum et
intus occultant rapacem lupum .
Sed commotionis occasione contra
gentem insulatur agnina pellis
quibus per quam agnum simulabatur
hec que diximus perspicue patet
due civitates esse et duo regna et duo
reges . xps et diabolus . et ambo
super utrasque civitates regnant .

Omnis enim quis quis in regno
diaboli est iugo voluptatis
sue premitur dum unus quisque
libidine dominandi corruptus
gradu suo in inferiore et summi
dum gratulatur sicut in evan
gelio dominus dicit .
Sciatis quoniam qui putantur
principari gentium dominantur
eorum . et maiores eorum
dominium exercent in eos .
Non dicit est in vobis . Sed qui
maior vestrum voluerit esse .
sit vester minister . Sicut filius
hominis non venit ministrari
sed ministrare . Hec due civitates
una mundo . et una desiderat
servire xpo . Una in hoc mundo
regnum cupit tenere . et una
ab hoc mundo fugire .
Una tristatur . altera letatur .
Una flagellat . altera
flagellatur . Una occidit .
altera occiditur . Una ut
iustificetur adhuc . altera
ut impie agat adhuc .
Hec utrique laborant
in unum . Una ut habeat
unde coronetur . altera ut
habeat unde damnetur .
Hic faciat finem et recipiat
lux . tempore future pacis

clarissime predicationis cum
potestate hominem inluminat
tur. Item adiecit dicens.
que post ea uidit :

EXPLICIT LIBER NONUS

INCIPIT LIBER DECIMUS DE DIABOLI CIVITATE :

Post ea uidi alium angelum
descendentem de celo.
habentem potestatem mag
num et terra inluminata est
a claritate eius. et clamabit
in fortitudine dicens :
cecidit. cecidit. babilon illa magna.
et facta est habitaculum demo
niorum et custodia omnis auis
inmunde et spiritus inquinate :
quoniam de uino fornicationis eius
biberunt omnes gentes. et reges
terre cum ea fornicati sunt. et
mercatores terre. et de uirtute q̃te
eius diuites facti sunt :
et audiui inquid aliam uocem
dicentem : exite inquid de ea pptr mĩs
ne communicetis peccatis eius.
et plagis eius ne ledamini : q̃m
ascenderunt peccata eius usq̃ ad
celum : et recordatus est deus ini
quitates eius. reddite illi sicut
et ipsa reddidit uobis et duplate
dupla. secundum opera eius :
In poculo quo miscuit. miscete
illi duplum : quantum se clari
ficabit et delicabit. tantum
date ei cruciatum et luctum :
Quoniam in corde suo dicit :
sedeo regina. et uidua non sum :
et luctum non uidebo :
Propter ea. in uno die ueniunt
plage eius. mors. et luctus.
et fames. et ignis. et concremabitur :
quia fortis dominus deus qui
iudicabit eum. et flebunt et
plangent super eum reges terre
qui cum ea fornicati sunt. quum
uiderint fumum incendii eius
a longe stantes propter metum
pene eius dicentes : ue. ue.
ciuitas illa magna babilon
ciuitas fortis. quoniam una
hora uenit damnatio tua.
et mercatores terre. flent. et
lugent super eum. quoniam
merces eorum nemo emit iam :
Merces auri et argenti et lapidis
pretiosi. et margaritas. et bissi.
et purpure et serici et coccinni

et omne lignum cedrinum. et uas
eburneum et omne uas ex lignum
pretiosissimo et aeris. et ferri.
et marmoris. et cinnamum.
et ammomum. et odoramenta.
et unguentum. et thus. et uinum.
et oleum. et similā. et frumentū.
et iumentum. et pecora. et equorū.
et redarum. et unum. et anima
rum hominum. et poma con
cupiscentiae animae tuae abierunt
a te et omnia pinguia et splendide
perierunt a te. et amplius eam
non inuenient. Mercatores horum
qui ducti sunt ab ea a longe
stabunt. et flentes. et lugentes.
et dicentes. Ve. ue. ciuitas
magna Induta bissinum et
purpura et coccinnum et ornata
auro et lapide pretioso. et marga
ritis. quoniam una hora
desertae sunt tantae diuitiae.
et omnis gubernator qui in
nubibus nauigat et nautae.
et quod quod male operantur
a longe steterunt et clamauerunt
flentes et lugentes.

Ve. ue. ciuitas illa magna
In qua ditati sunt omnes
qui habitant nubes in mari
ex curitate eius quoniam una
hora deserta est. Exultate celum
super ea et sancti apostoli et prophetae.
quoniam iudicabit deus iudicium
de illa.


UBI BABILON. ID EST
ISTE MUNDUS ARDET

EXPLANATIO SUPRA

SCRIPTE STORIE

Post haec uidi alium angelum
descendentem de celo haben-
tem potestatem magnam
et terra inluminata est a claritate eius.
et clamabit in fortitudine dicens.
cecidit cecidit babilon illa magna
et facta est habitaculum demoniorum
et custodia omnis auis inmunde et
spiritus inquinate. Angelum quem
dicit descendentem de celo. Dominum
nostrum Ihesum Christum dicit cum e[c]clesia adsumpto
et corpori secte coniunctum.
Ciuitatem babilon ipsa est quam supra
diximus mulierem ebriatam. et
reges terre. id est. ciuitas diaboli
que facta est habitaculum demo-
niorum. et omnis auis inmunde.
Numquid si omnis mundus non
esset haec ciuitas diaboli. po-
terat perspicue in una ciuitate.
omnes demones et omnes aues
in unius ciuitatis ruinam con-
gregari. Sed haec ciuitas
totus mundus est. Nulla est
alia ciuitas que omnem animam
inmundam capiat. nisi ciuitas
diaboli. in qua omnis inmunditia
per orbem commoratur sicut
dicit. Quoniam de uino fornicationis eius
biberunt omnes gentes. et reges terre
cum ea fornicati sunt. Id est.
unus alterum in malo imitando





quia non erat alius cum quo mali
peccaret. Et mercatores terre
de uirtute delicię eius diuites facti sunt.
Hoc loco diuites non rebus sed
peccatis dixit. Nam nimietate
luxurię pauperes potius quam
diuites facit, quia et opera impiorum
rerum diuitię sunt. Et audiui in
quid aliam uocem de cęlo dicentem.
Exite de ea populus meus ne communicetis
peccatis eius, et plagis eius ne lędamini. Planius hic ostendit babilonem
in duas diuisum esse partes. Id est
populus dei et populus diaboli. Contemnit
et in terrenum, et quia mittitur dei
et quam perspicue descendit populus sanctus
qui semper contra spiritalis et animo
descendit et contra custodiendo
obseruationem preceptorum dei
sicut per exusum dictum erat.
Exite de medio eius et separabimini
qui fertis uasa domini et inmundum
nolite tangere. Uasa domini ferunt
qui animas suas ab omni inquinamento
mentis iniquitatis custodiunt.
Et tamen nihil maledictum factum
uel cogitatum pertinet in mundum
dum tangere non dicuntur.
Et tamen a babilonia exire creduntur.
In domo autem magna non sunt
tantum uasa aurea et argentea,
sed et lignea et fictilia; et quędam
sunt in honore, quędam in contumelia. Si ergo quis mundauerit
se ab his malis, erit uas in honorem

sacrificatum, uitale domino ad omne
opus bonum paratum. Quod autem
dixit ne communicetis peccatis
eius et plagis eius ne lędamini.
Id est non faciatis quod illi faciunt,
quia scriptum est: Iustus quacumque
morte preoccupatus fuerit, anima
eius in refrigerio erit. Quomodo ergo
particeps peccati esse poterit karitas
quę cum impius ciuitatis cuius
habitatoria nisi ciuitatis diaboli
aperta discessione celebratur. Non
autem bestię portaturus insidia.
Tunc enim notam bestię unusquisque
portat et cum malis communicat
cum unum cum eis malitię exercet
opus. Ita ergo frequenter dictum
est babilonem pro locis et totam
partem, et partem totum accipimus
quia aliquando pars pro toto
intellegitur, et totum pro parte.
Sicut tres dies quibus dominus in inferno
fuit, cum non sint tres dies plani
sed hos aperte planos intellegimus.
Ita et nunc babilonem illam
partem dicit de qua populus exit.
Nunc ipsam partem totum mundum
quia in eius coetu duos populos diximus.
Unum dei partem et unum diaboli,
quę babilon uocatur. Et quia
ab coetu separatur cum gentibus
per omnem mundum communicare
dicitur. Et si aliqua dicta sunt
non tamen arbitror uidentur
et quum inspiciam posse conuenire

ita aperte uisum sit quia haec
spiritaliter dicitur. Oportet enim in
prouisu uenire diem domini qualiter
his quorum conuersatio ecclesia sancta
gaudentibus improuisus esse non
poterit nisi signum decem regum.
et exitum babilonis ciuitatis et
aduentus eius aperte futurum praeuiderint.
Qui autem inspectam conuenire non
possunt ipsa in hac periocha com
memorabimus quia haec spiritaliter diximus
quia decem reges. et exitum babilonis
hodie intellegendi sunt idest. deperditi
tempore. Sed illi qui in hoc mundo
spem habent signum decem regum
et aduentum eius futurum esse
denegant. Cum et deperditi
exitum suum non considerant babi
lonia de quorum conuersatio dicit.
Exite de ea populus meus ne commisceamini
peccatis eius et plagis eius ne laeda
mini. Quoniam ascenderunt peccata eius
usque ad caelum. et recordatus est deus
iniquitatem eius. Reddite illi sicut et
ipsa reddidit. et duplicate duplum
secundum opera eius. In poculo quo
miscuit miscete illi duplum. quantum
se glorificauit. et in deliciis fuit.
tantum date ei cruciatum et luctum.
Populo suo dicit deus reddite ei sicut
et ipsa reddidit. Cum enim multi
aperte contra ecclesiam surgunt
dupliciter moriuntur. Unum quod
hic pro bono mala reddunt. alterum
quod in iudicio ab ecclesia separabuntur

et dupliciter pro factis tribulabuntur
et conterebuntur. De ecclesia enim
exeunt in mundum plage uisibiles
et inuisibiles. Quoniam in corde suo dicit
sedeo regina. et uidua non sum.
et luctum non uidebo. propterea
in uno die uenient plage eius et
mors. et luctus. et fames et igni
concremabitur. Si uno die moritur
et concremabitur. quis erit ibi
qui lugebit mortuum. aut fames
quanta esse poterit unius diei.
Sed diem dixit breue tempus. quod et
spiritaliter. et carnaliter affliguntur.
Regina sedet sedere quia in deliciis
multum se estimat uiuere.
Ecclesia uero in hoc mundo uidua
dicitur quia quasi uir suus xps
absens esse perhibetur. quia ad
iudicium eam uindicabitur.
Quia fortis dominus deus qui iudicabit eam
et flebunt et plangent super eam
reges terrae qui cum ea fornicati sunt.
Qui sunt illi reges qui eam plangent
ceterum. nisi ipsi qui iactantur.
quod enim est ciuitas. hoc reges.
Quia cum caro moritur. anima
in infernum mancipatur.
Tunc ciuitas exusta dicitur. quia
illum plangunt. non luxuriae
quae secum peccant. sed ipsius
uitatis defectione. Quum uiderint
fumum incendii eius. Idest. docu
mentum praedicationis. Quia quum uir
carne uiuunt in anima mortui esse

extolluntur. et non adhuc ignis
futurus. sed fumus ipsius ignis
in opere ostenditur. Fumus enim
ignem praeit. quid enim aliud
est crassitudo istius mundi et ad
[illegible]. nisi fumus instantis
gehennae. A longe stantes propter
metum poenae eius longe stantes.
non corpore sed animo dum
unusquisque sibi metuit quod alteri
per calumnias cum potentatus
parari videt. Dicentes vae vae civitas
magna babilon civitas fortis.
quoniam una hora venit damnatio
tua. Spiritus dicit nomen civita-
tis. utrum illi mundum plangunt
parvo admodum tempore poenae
interceptum omnemque industriam
laetae factum cessare. Et merca-
tores terrae flent et lugent super eam.
Ipsi sunt mercatores. qui et civi-
tas lugent super eam. Id est se ipsos
plangunt. Quoniam merces eorum nemo
emit iam. Merces auri. et argenti.
et ferri. et cinnamomi et omnis unguen-
ti. et frumentum. et iumentorum.
et pecorum. habitant vae. et amplius
ea non invenient. Perierunt in quid
vae. nec amplius ea invenient.
Dupplici genere dixit quod deficient
istius mundo morientes. siquidem
et discessionem futurum dicit.
vel quod in fine sui istis vetantur
tantum etsi superfluant. et terra enim
civitate non dicentia habitant vae.

sed habitant ab illa. Nemo enim
loquitur. nisi cum vivo. Unde
manifestum est vivere esse in hoc
mundo dicere habitant vae non
et terre civitatem. Mercatores horum
qui ditati sunt. ab ea longe stabunt
flentes. et lugentes. et dicentes. Vae vae.
civitas magna. Ipsi sunt merca-
tores. ipsi civitas magna. Cum
enim mala faciunt. mercatum
facere dicuntur. quia quantum
plus peccant. tantum plus delic-
torum divitias congregant.
Quia haec civitas. quomodo in futuro
erit arsura iam nunc se in hoc
mundo ad incendium praeparat.
et haec modo spiritaliter in anima
ardere dicitur. qualiter in post-
modum corporaliter ab ipso cumulo
peccati cruciatur. Induta byssinum
et purpura. et coccinum et ornata
auro et lapide pretioso et margaritis.
Haec homines induuntur non civitas.
Ipsi se laetique plangunt dum moriuntur.
et ista bona expoliuntur.
Quoniam una hora desertae sunt tantae
divitiae. et omnis gubernator et
omnis qui in nubibus navigant. et
nautae et quod quod mare operantur
a longe steterunt. et clamaverunt
videntes fumum incendii eius.
Numquid omnis gubernator et nautae
et quod et quod mare operantur
in una hora praesentes esse poterunt
ut viderent incendium civitatis.

Istos omnes quos nominabit . scilicet
uiuatores dixit oculatores . et
operarios istius mundi cum in
malo labore uertuntur . Malum
inde sperunt quo ipsos dicit timere
sibi uidentes spei sue ruinam .
Quod autem dicit in nauibus nauigantes
non perspicue nautes dicit . sed
specialiter nautes dicit quecumque
adquirendi genera insecto .
Dicentes que similis ciuitate illi magne .
Idest . non posse mundo integrum
stare . Et miserunt pulberem
in capite suo . Capita sua princi
pes illorum sunt per quos se diuites
constant . quibus pereuntibus isti
sunt principum mortem lugentes .
Et clamauerunt flentes . et lugentes .
Ve ue ciuitas illa magna in qua
ditati sunt omnes qui habent naues
in mari preciositate eius . quoniam una hora
deserta est . Exultat celum super ea
et sancti apostoli . et prophete . quoniam iudica
bit deus iudicium de illa . Sepe diximus
mare istum mundum dici naues
in mari preciositate eius omnes
uiuatores mundi sunt que hec
ciuitas una hora deserta est .
Qua quando est consummationem istius
mundi habebit . Hora enim
finem dicimus quem omne tempus
istius seculi esse non dubitamus .
sicut scriptum est . Nouissima
hora est . Numquid super unum
ciuitatem exultat celum et sancti apostoli
et prophete . Quia sola ciuitas
in omni mundo persequitur .
quia persecuta est seruos dei .
et ipsa continenter uniuersis
uindicatur . Sed hec ciuitas
omnis omnino mundus est .
Et qui in peregrinatione maligni
positi sunt . Ipsa est hec
ciuitas que et diaboli dicitur .

EXPLICIT

INCIPIT DE ADIM CIVITATEM DIABOLI .

Et tulit unus angelus
fortis lapidem quasi
molarem magnum
et misit in mare . et dixit .
Hoc impetu mittetur babilon
illa magna ciuitas et ultra
iam non erit . Et uox citharedorum
et musicorum et tibicinum
et tuba non audietur in te
amplius . Et uox sponsi . et sponse
non audietur in te . quoniam merca
tores tui erant principes terre .
Quoniam in beneficiis tuis errauerunt
omnes gentes . Et in illa sanguis
prophetarum et sanctorum inuentus est
et omnium occisorum super terram .

EXPLICIT STORIAE



INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIAE

Et tulit unus angelus fortis
lapidem quasi molarem magnum
et misit in mare. et dixit
hoc impetu mittetur babilon illa
magna civitas et ultra iam non erit.
Ecce initium predicationis eius
in emissione lapidis et impetu
significatur. Et vox citharedorum
et tibie canentium et tube non
audietur in te amplius. Iucundi
tatem dicit mentis impiorum
et alium non invenient. et ad letitia
cursum dicens. Quoniam mercatores
tui erant principes terre. Id est quoniam
invitati tui perceperunt bona.
Quoniam in beneficiis tuis erraverunt omnes
gentes. et in illa sanguis prophetarum
et sanctorum inventus est. et omnium
occisorum super terram. Numquid
eadem civitas occidit apostolos
que et prophetas. aut omnes.
Sed hec est quam Cain fratris sui
sanguine fundavit et vocavit
nomen filii sui Enoc. Id est omnis
posteritatis sue. Sed quid est
quod Cain sufficium terre

fructibus reprobatur. Abel uero
sacrificium ex ouibus et eorum adipe
suscipitur. attendit ds oculos
ad sacrificio cain quia non fuit
caritas in cain. et nisi erat
caritas in abel. non acciperet
ds sacrificium eius. Nam non putet
quod ds fructum terre neglexit.
et fetus ouium dilexerit.
Non in auidia ds ad munus. sed in
corde uidit. et quem uidit cum
caritate offerre. ipsius sacrificium
respexit. quem enim uidit cum
offerre. ubi ipsius sacrificio oculos
auertit. quum uero offerrent
descendit ignis sup sacrificium
abel et non descendit in munera
cain. hec sunt due ciuitates.
una dei et una diaboli. Nam
repetam generationes describere cain
in eius ciuitatis edificium fundi
tur omnis sanguis effusus.
A sanguine abel iusti. usque ad
sanguinem zaccarie. id est
ppli et sacerdotes. alia enim
non fuit causa ut hec diceremus
nisi ut duas ciuitates ostenderem.
Ecce duo filii in una domo pueris
et mulieris unus simplex. oues
simpliciter pascit. et in campos
scripturarum discurrit et alius
ciuitatem facit quia ibi habet
spem in terra. ubi oculum corporis
fecit. hec est ciuitas q in terra fecit
prius et lapidum missos adse.

hec est ciuitas que sanguine
construitur sicut scriptum est.
Ve qui edificant ciuitatem
in sanguinibus et parant
ciuitatem in iniquitatis. Nonne
hec sunt apud dnm. et que sit
ista ciuitas idem dns probat
dicens. Audite hec duces
iacob. et reliqui domus isrl
qui spernimini iudicium et
omnia recta peruertitis.
Quia edificatis sion in sangui
nibus et ihlm in iniquitatis qui
principes eius in hac ciuitate
singulorum officia singillatim
supra disserit. uel non audienda
hec in ea illa disposuit.
Propter quum causam sic iudicatur
in terra. in ea dixit sanguis
prophetarum et scorum inuentus est
et omnium qui in te interfecti sunt
super terram.

EXPLICIT EXPLANATIO

INCIPIT STORIAE DE CIUITATE DEI.

Post hec audiui quasi
uoce magnarum turbarum
in celo dicentium alla.
Salus et gla. et uirtus deo
nro. quia uera et iusta
iudicia sunt eius. qnm
iudicauit de meretrice magna

que corrupit terram in fornicatio
ne sua. et uindicabit sanguinem
seruorum suorum de manum eius.
Et alterum dixerunt alleluia et fumus
eius ascendit in secula seculorum.
Et ceciderunt uiginti et quattuor
seniores. et quattuor animalia
et adorauerunt dominum sedentem in
trono dicentes amen et alleluia.
Et uox de trono exiit dicens.
Laudem dicite deo nostro omnes
serui eius. et qui timetis eum
pusilli et magni. et audiui
quasi uocem tube et sicut
uocem aquarum multarum
et sicut uoces tonitruorum
magnorum dicentium alleluia.
Quoniam regnauit dominus deus noster
omnipotens gaudeamus et exul
temus et glorificemus nomen eius.
Quoniam uenerunt nuptie agni.
et uxor eius preparauit se
et datum est illi ut quo operiatur
byssinum splendens candidum
et dixit mihi scribe. Beati qui
ad cenam nuptiarum agni
uocati sunt. et cecidi ad pedes
eius ut adorarem eum et dixit mihi.
Vide ne feceris. conseruus tuus sum
et fratrum tuorum habentium
testimonium Iesu. Deum adora.

EXPLICIT STO
RIA DE
CIVI
TATE
DEI.

Dos compuestos de diuerso semellante el vno abdiacho y el otro [illegible]


UBI QUATTUOR ANIMALIA ET SENIORES ADORANT TRONUM
UBI IOHANES CECIDIT AD PEDES ANGELI

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTĘ STORIĘ

Post hec audivi quasi vocem
magnarum turbarum in celo
dicentium alleluia. salus et glo ria et
virtus deo nostro quia vera et iusta
iudicia sunt eius. quoniam iudicavit
de meretrice magna que corrupit
terram in fornicatione sua.

Et vindicavit sanguinem servorum
suorum de manu eius et iterum
dixerunt alleluia et fumus ascendit
in secula seculorum. Hec ergo
dicit cum separatio facta
fuerit in die iudicii tunc
aperte vindicatum. Exultare
sanctos super perditionem preteritum
catricis civitatis audivimus
et laudare dominum in iubilo
laudis adtendimus. Quid hoc
aliud nisi malorum retributio
et bonorum remuneratio esse
describitur. hoc est illud quod
daniel dicit. Quod alii resurgent
ad vitam eternam alii in oppro
brium sempiternum ut videant
semper. Inde est illud quod
dicitur. Fumus eius ascendit
in secula seculorum. Denique ut sanctorum
letitiam aperte declararet
adiecit. Et ceciderunt viginti
quattuor seniores. et quattuor
animalia. et adoraverunt dominum seden
tem in throno dicentes alleluia.

In affectu boni amoris sanctorum corda
conversa sunt. et pro exultatione
et iocunditate preceptorum pro
missionum adoraverunt dominum in
laude dicentes. et vox de throno
exiit dicens. Laudem dicite deo
omnes servi eius. et qui timetis eum
pusilli et magni. Non ergo ulla
potest creatura laudare dominum
nisi de throno dei munus lauda
tionis acceperit. et vocem nostre
inspirationis audierit.

Et audivi quasi vocem turbe magne
et sicut vocem aquarum multarum.
et sicut vocem tonitruorum magnorum
dicentium alleluia. quoniam regnavit
dominus deus noster omnipotens. gaudeamus
et exultemus. quoniam venerunt nuptie
agni et uxor eius preparavit se.
et datum est illi ut cooperiretur
byssinum splendens candidum.

Uxor agni ecclesia est. Byssinum enim
iustificationes sunt sanctorum post
conlatam gratiam. Post auditam
adorationis vocem in magnitudine
proclamatum est. et quasi vox
tonitruorum audita est dicentium
laudes deo. exultantium eo quod
nuptie agni venerunt. hoc futurum
est in die iudicii quando post
consummationem mundi evacua
verit principatus et potestates.
et tradiderit regnum deo patri

ut sit ds omnia in omnib; quando
uxor eius hoc est secta catholica
fidei illi puritate coniungitur
de qua beatus dicit apostolus :
Spondi enim uni uiro uirginem
castam exhibere xp̄o . Dum que
bissum quod induitur . non pro
uestium pulchritudinem ponitur .
sed pro iustificationem scorum .
Et dicit mihi scribe . Beati qui ad
cenam nubtiarum agni uocati sunt .
Et cecidi ad pedes eius ut adorarem eum
et dicit mihi uide ne feceris conseruus
tuus sum et fratrum tuorum habentium
testimonium ihu . dm̄ adora .
In initio libri dixerat . ego sum prim'
et nouissim' qui fui mortuus nunc
autem dicit conseruus tuus sum
et fratrum tuorum ostendit angelum
missum esse in figuram dn̄i secte .
Nam in finem istius libri dicit :
ego ihs misi angelum meum testari
uobis in ecclesiis hec . Testimonium
ihu est . sps prophetie . Querendum
nobis est . qui sunt ad cenam agni
uocati . nisi quibus dicitur non
bibam de hoc genimine uitis huius
donec nouum illud bibam uobiscum
in regno patris mei qui in celis est :
Hec pro iudeos dicebat . non bibam
de hoc genimine uitis huius donec
nouum illud uobiscum bibam
in regno patris mei . hec calicem
passionis promittebat apostolis
id est . prime secte quam et ipse
primitus bibiturus erat nouum
in regno patris mei . id est . in secta
et alterum . multi ab oriente . et
occidente uenient et recumbent
cum abraham et isaac . et iacob
in regno celorum hoc est in secta .
Regnum celorum praesens secta est .
in quo per baptismum et passione
sulbuntur . hoc est nouum calicem
bibere nouo resurrectione resurgent
tum corpora preparare iustitiam .
Hi beati sunt qui ad cenam et ad
hunc conuiuium preparantur :
Unde et dicit uerba ista uera esse
omnipotentis dei . Alii enim
uerba dei dicunt . sed uerba non sunt .
Quam ad dm̄ salutationem locuntur .
Et audiens imperiis regalibus . et dei
praeceptis cecidit ut adoraret eum
qui loquebatur ei . sed ille ut
offici promeret . qualitatem .
et dm̄ esse super omnia demonstraret
pro iusta dicens . ne feceris .
Quam conseruus tuus sum et fratrum
tuorum habentium testimonium
ihu . Testimonium ihu
catholice confessionis est . mira
professio . Testimonium ihu enim .
sps est prophetie per legem et
prophetas . euangelio et apostolis .
Sps enim prophetie . ueritatis
iudicium et iustitia est . que
in catholice fidei plenitudine
continetur .

EXPLICIT LIBER
DECIMUS

INCIPIT LIBER UNDECIMUS DE EQUO ALBO RECAPITULAT A PASSIONE BREUIUS

Et uidi celum apertum .
et ecce equus albus . et qui
sedebat super eum uoca-
tus fidelis . et uerax . et iustitia
iudicat et pugnat . oculi autem
eius sicut flamma ignis et in ca-
pite eius diademata multa .
habens nomen scriptum . quod
nemo nouit nisi ipse . et uestitus
erat uestem adspersum sanguine
et uocabitur nomen eius uerbum
dei . et exercitus qui sunt in celo
sequebantur eum in equis albis
induti bissinum album mundum .
et de ore eius procedit gladius
acutus . ut in eo percutiat gentes
et ipse reget eos in uirga ferrea
et ipse calcat torcular uini
indignationis ire dei omnipotentis .
et habet uestimentum super
femur suum nomen scriptum
rex regum et dominus dominorum .

EXPLICIT STO
RIAE


XPS CUM SUO EXERCITU ADPUGNAM UADIT CONTRADIABOLŪ

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE

Et uidi celum apertum. et ecce
equus albus et qui sedebat super eum
uocabatur fidelis et uerax. et
iustitiam iudicat et pugnat.
Oculi autem eius sicut flamma ignis
et in capite eius diademata multa
habens nomen scriptum quod nemo
nouit nisi ipse. et uestitus erat
ueste adsparsa sanguine et uocabatur
nomen eius uerbum dei. Equus albus.
corpus Christi adsumptum est.
Et qui sedebat super eum dominus maies-
tatis est. Verbum patris altissi-
mi est. Unigenitus ingenitus est.
Id est diuinitas incarnata.
Iste equus quem in quarto libro
scripsimus. qui contra roseum
nigrum et pallidum pugnat quia
pro nobis pugnat et uincit.
Unde et proprietas nominis eius
exprimitur quod fidelis et uerax
uocatur. de deo enim dicitur.
deus fidelis in quo non est iniquitas.
Et iustitiam iudicat et pugnat.
De ipso enim scriptum est. deus iudex
iustus fortis et patiens. Pugnat
enim ad liberandum nos ab aduersitate
peccati. pugnans superando que
deliquimus. dum fortis dicitur
aduersa repellendo monstratur.

Oculi autem eius sicut flamma ignis.
Ut enim incendium penetrat corpus
omne quod contingit nec exceptam
aliquam deserit portionem.
Unde dicitur caput uiri Christus est.
Et exercitus qui sunt in celo seque-
bantur eum in equis albis induti
byssinum album mundum.
Equi albi sancti sunt quod est ecclesia
in corporibus candidis imitantur eum
et sectantur uestigia eius. sicut
supra dictum est. hi sunt qui
sectantur agnum quocumque ierit.
Induti bissinum mundum. id est
unusquisque induitur orationibus
et operum bonorum factis suorum.
Et ex ore eius procedit gladius acutus.
ut in eo percutiat gentes. et ipse
pascit eos in uirga ferrea et ipse calcat
torcular uini indignationis ire dei
omnipotentis. Gladius qui ex ore eius
procedit. uerbum predicationis.
Ipse est gladius quem in primo libro
de ore eius procesisse discripsimus.
De eo gladio uitam fideles. et penam
infideles. Et ipse calcat torcular
indignationis uini. Ipse est torcular
quem in septimo libro discripsimus.
Calcat enim modo quia ipse pugnat
pro ecclesia donec in futuro ex ea
ciuitatem ecclesiam calcet. Et quia
caput ecclesie est. pedes est quia in ipso
per baptismum regenerantur uniuerse
nationes gentium. Et habet uestimen-
tum. Et super femur suum nomen

scriptum rex regum et dns dominorum.

Femor illius in quo scriptum est nomen eius credentium ppli sunt quos dei filios. id est. xpi filios per adoptionem fidei volunt nominare. Femur est corpus est quem adsumsit. et quia generatione subsistit. una persona est. Ideo in utroque nomen scriptum legimus id est. in vestimentum dominici corporis divinitatem cognoscimus. In quo vestimentum corporis scriptum legitur nomen eius. rex regum et dns dominantium. et vestimentum est super femur suum. In femore stirpis generationum intellegitur. In vestimentum corpus xpi dicitur. et ideo in femore quia omnes qui per fidem ut diximus filii dei nuncupantur. hunc regem regum et dominum dominantium in degestu confessione testantur. Apertissime cognoscitur. hunc nomen in femore. nemo suorum cognoscere nisi hos supra quos diximus.

INCIPIT STORIA ANGELI STANTIS IN SOLE.

Et vidi angelum stantem in sole. et clamavit voce magna dicens. omnibus avibus qui volant in medio celi. venite congregamini ad cenam dei. ut manducetis carnes regum. et carnes tribunorum. et carnes fortium. et carnes equorum et sedentium super eos. et carnes omnium liberorum. et servorum. et pusillorum. et magnorum. F·54



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE

Et uidi angelum stantem in sole. et clamabit uoce magna dicens. omnibus auibus qui uolant in medio celi. Sol enim predicatio est eclesie et confessionis fidei. Aues uel bestias pro loco accipimus bonus et malus. hoc ergo in loco aues uolantes in medio celi unum eclesiam dicit quasi unum corpus redigens. Ipse sunt iste aues qui et illa aquila quam in libro quinto. uel clamantem discripsimus quos et hic aues uolantes in medio celi.

Uenite congregamini ad cenam magnam dei ut manducetis carnes regum. et carnes tribunorum. et carnes fortium. et carnes equorum et sedentium super eos. et carnes omnium liberorum et seruorum et pusillorum et magnorum. Omnes hos quos dixit spiritaliter commedit eclesia dum commeditur. Supra enim dixit uidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum uocatur fidelis. hic uero dicit uidi unum angelum stantem in sole. et notat quia illuc sedet. et hic stat.

Stare enim pugnantis est hoc ad nouissimum persecutionem antixpi pertinet. Iterum quodam apostrofum facto et pretermissa iudicii qualitate rursus ad finem temporum saltum quodam profetice dictionis adducitur. Angelum enim quem uidit stantem supra solem. Sol enim ut diximus eclesie catholice fides est in qua hic angelus stare discribitur. Iste est angelus quem supra in sexto libro michaelem cum dracone discripsimus.

De quo etiam et daniel ita dicit. In tempore autem illo consurget michael princeps magnus qui stat pro filiis priores populi in conspectu dei. Iste scs stabat archangelus. ita nunc protegit eclesie catholice populos in deteriores uenit. et ueniet in quid tempus quale numquam fuit ab eo quod gentes esse ceperunt usque ad tempus illut in quo tempore dicit scs Iohannes in hac sentencia apocalipsin. quo congregentur aues [illegible] ad impiorum corpora consumenda.

Sicut per esaiam dns dicit. Accedite gentes audite principes. audiat terra. et qui habitant in illa quia indignatio dni super omnes gentes. et adueniet ira super numerum ipsorum ad perdendum illos et tradere in iugulatione. uulnerati autem ipsorum proicientur mortui et ascendet odor eorum et conplebuntur montes sanguine ipsorum. et inuoluetur celum sicut liber. et omnes stelle cadent sicut folia uinee quia sacrificium

dni bosor et iugulatio magna
in idumea. et concident ipsi robusti
cum illis et arietes et tauri et in-
ebriabitur terra sanguine illorum
et adipe illorum implebitur.
Dies enim iudicii dni et adipe illorum
et annus retributionis iudicii sion.
et convertentur super eius in picem
boſulfur et terra terruelis ardens
sicut pix nocte et die. Non con-
locabitur in sempiternum tempus
et ascendet fumum eius terra in luctu.
Ostendit quare idumea et bosor
dicetur. Dies enim iudicii dni et anni
retributionis iudicii sion. Sed ille
sion qui edificatur in sanguinibus.
Ostendit prius eam in omnibus gentibus
esse idumea et bosor. Dixit enim
supra accedite gentes et audite
principes. Audiat terra et qui
habitant in illa quia indignatio
dni super omnes gentes. Post autem vero
dicit in unum gentem descendere
gladium dni in iugulationem
in idumea et bosor. Dies enim iudicii
dni et anni retributionis iudicii sion.
Ecce unum regionem dixit et duas
civitates. In idumea regio est.
terreni qui dicitur et edom id est
sanguineus. Bosor vero civitas est
terre in ipsa regione. Sion vero
civitas est david qui fuit de stirpe
iacob. Ecce terra et iacob.
due civitates sunt una dei
et una diaboli. Supra enim

in decimo libro diximus de his duas
civitates que in duos filios
adam exposuimus. Nunc vero
iam in duos filios ysaac. ipsas
duas civitates sion et bosor.
Sion latino eloquio speculatio
contemplationis dicitur id est
in monte. quod puto et ipsa
civitas in monte esse perhibetur.
Propheta ad ecclesiam. Super montem
excelsum ascende tu qui
evangelizas sion. et hec
est catholica. qui non in uno
loco ut heretici coitu conventicula
sed per universum orbem terrarum
extenditur dilatata. Bosor vero
que est civitas persecutoris fratris
et idumea que est terra sanguinis
omnis omnino mundus est.
Et ipsa est civitas diaboli que usque
in finem sancti civitatem xpi per-
sequitur. Et in una nascitur xps
et in alia antixps. Propter ea
dicit gladium dni in iugulatione
in idumea et bosor id est in malos
fr̄s qui se sion mentiuntur.
Sicut serpentinum est populum dei
occidere sanguinem bibere

explicit.

INCIPIT DE BESTIA ET
REGES TERRE

Et vidi bestiam et reges
terre et exercitus eorum.

congregatos facere bellum
cum sedente super equum et cum
exercitu eius. Et adprehensa est bestia
et cum illo pseudo prophetes. qui fece-
runt signa in conspectu eius. in quibus
seduxit accipientes notam bestie
et adorantes simulacrum eius.

viventes missi sunt ipsi duo in
stagnum ignis ardentis in sulfure.
Reliqui vero occisi sunt gladio
sedenti super equum qui exiet
de ore eius. Et omnes aves saturate
sunt de carnibus eorum.

FINIT STORIE.



EXPLANATIO SUPRA
SCRIPTE STORIE.

Et vidi inquid bestiam et
reges terre et exercitus eorum
congregatos ad faciendum

prelium cum illo et qui sedebat in equo
albo et cum exercitu eius. Iam supra
diximus beatu. et reges terre unum
esse. Id est. diabolum et pptm eius
super quos regnat. quos et iam in unum
congregat quos in suo corpore ligat.
bellum facit qui contra xpm et electum
pugnat. Sed hec dicit de novissi
mo certamine antixpi geritur
in quo finis sue damnatione ad
supplicium redit. Si et hic
conferas sci danielis eloquia unum
atque idem invenies quia unum cum
sco iohanne concordat. Venit
autem iste in multitudine magna
ut conterat et interficiat plurimos.
In apocalipsin autem dicitur quod
cum regibus terre et eorum exercitibus
congregatis faciat bellum cum
illo qui sedebat in equo albo. hoc est
dno ihu xpo et cum exercitu eius.
Id est scis omnibus qui secuntur eum
et adprehensa est bestia. Id est diabo
lus et corpus eius. quem pptm sibi
subditum diximus. Et daniel dicit.
Nemo auxiliabitur ei dno pugnante
contra eum. nullus ei poterit fuere
presidium. Et cum illo inquid pseudo
propheta. Id est. prepositi. Quod sunt
pseudo epi et sacerdotes eorum.
similes mali quos supra in illa bestia
caput vel occisum diximus.
Ipsi sunt in secta sps inmundus. qui
falsa prodigia ad fallendos hominu
facit ut operatus ante eum qui seduxit

eos qui acceperunt caracterem bestie.
Vivi positi sunt manducibus seducendi
sunt. omnes qui crediderunt
antixpo. ut acciperunt caracterem
inimici. et adoraverunt simulacrum eius.
Id est. illut caput velut occisum
quem sub nomine xpi sacerdotes
se esse simulant. Si aperte bestia
esset agnus eum non timeret.
Nunc agnum simulat. cum vestem
sacerdotalis inponit. Deforis
quidem agnus est intus bestia ferina.
Hii duo vivi missi sunt in stagnu
ignis ardentis in sulfure. Unum
corpus divisit in partes. Id est. bestia
quod est pptls. et ipsi pseudo sacerdotes.
Nam duo vivi certissime pptls est
et ipsi prepositi quos dns in diem
iudicii vivos inveniet. Reliqui vero
occisi sunt gladio sedentis super
equum et exeunte de ore eius. et omnes
aves saturati sunt de carnibus eorum.
Supra enim dixit in angelo super
solem avibus venite congregamini
ad cenam dei ut manducetis carnes.
hic vero dicit. omnes aves saturate
te sunt de carnibus eorum. Duobus
modis accipiendum est. nunc et
in futuro. Quum dicit manducate
modo est. et quum dicit saturate
sunt de carnibus eorum futurum est
in iudicio dni nri ihu xpi. Spu
oris eius interficientur universi.
Id est. bestia et pseudo propheta
qui in membris inventi fuerint

antixpi . qui acceperunt caracter
et tradiderunt illi . et exponentur
cadavera eorum volatilibus celi et bestiis
terre . modo vero omni tempore
commendate secta cadavera inimicorum
suorum cum tabes male putruerit .
talionem pro malo . non reddidit .
Significatur autem in resurrectione
de eorum carnali opere vindicatam
sicut scriptum est . vermis eorum
non morietur . et ignis eorum non
extinguetur . et erunt usque ad visionem
omni carni . Post adventum autem
domini et beate damnationem quis occi
detur gladius manifestatur quibus
commendandus . cum corpora tunc
resurgunt et omnes in aeterni iudicantur .

explicit .

INCIPIT DE ALIO ANGELO ET CLABEM ABISSI .

Et vidi alium angelum descenden
tem de celo habentem clavem
abyssi . et catenam magnam
in manu sua . et tenuit draconem
et anguem antiquum qui est diabolus
et satanas . et ligavit eum annis
mille . et misit eum in abissum .
et clusit et signavit super eum ne
seduceret amplius gentes usque dum
finiantur mille anni . post hec
oportet eum solvi modico tempore .

EXPLICIT STORIA



EXPLANATIO SUPRA

DESCRIPTE STORIAE.

Et uidi alium angelum descen
dentem de celo dominum Ihesum dicit
primo aduentu. Habentem
clauem abyssi. et catenam magnam
in manu sua. Et tenuit draconem
anguem antiquum. qui est diabolus
et satanas. et ligabit eum annis
mille et misit eum in abyssum et
clusit et signabit super eum ne seduc
at amplius gentes. usque dum finiantur
mille anni. In antiquis hic nobis in
uocandus est dominus. ne in mille annorum
numero multorum simus consentientes
errori. Neque per sensum proprium
ipsi numeramus errore. Sed custodiat
fidem nostram ipse qui fidelis uocatur
et uerax. Ipse dominus dicit in principio
libri huius. quia ego sum primus
et nouissimus et uibus et fui et mor
tuus. et habeo claues mortis in
ferni. ut intellegas ipsum esse istam
clauem qui est illa quem in principio
libri discripsimus. Clauem uero hunc
ministeri desertum nunc dicit officium
ut aperiret puteum abissi. catena
magna. indissolubile. diuine
ordinationis est uinculum quam
in manu sua. id est. opere et ablec
tione gestabat. In manu enim
operum dicit. Et adprehendit
draconem hostem humani generis
qui uocatur diabolus et satanas

et ligabit eum annis mille.
Primo itaque in aduentu suo dominus
adprehendit diabolum cuius hic
mundus domus est. qui in corda
infidelium habitat de qua dominus
dicit. Quis poterit intrare in
domum fortis et uasa eius
diripere. nisi prius alligaberit fortem.
quem comprehendit et misit
in abyssum. id est. in profundum. conclusit
de cordibus credentium. Mille
enim in greco apicibus alfa est
titulatum. in alfa iniquum
quod est Christus. in titulo. crux in
tellegitur. que est nostra uictoria
et deprehensio malignitatis
aduersarie. Ergo in cruce Christi. et in
crucis uictoria ueste conligabit
inimicum mundi. qui semetipsum
habitaturus est super eorum. Non
est numerus illi nullum tempus
occurrit et prius tempus sequentis
nullo fine claudendum est. nec
annorum numerum erit finiendum.
Et ait et imperio domini. per uirtutem
crucis in abysso eum religabit.
Et signabit super illum. id est.
persulum crucis apposuit. ut
non conualescat ultra nec sedu
cat amplius gentes. quas uatque
renatus resurrectione meliores.
Inde dixit eum. ne seducat gentes
sed eos qui inuitam destinate sunt
quas unam seducebat. ne de ore
concluserat. Post aduentum

xpi sum non seducet. qui aduentum
aeternum sum detinenti sunt.
Quod autem dixit signauit super eum
quia occultum est qui pertineant
ad partem diaboli. et qui ad xpm.
Nam et qui uidetur stare nescimus
si casurus est. et qui iacet. si resur
gat incertum est. Ne seducat
donec finiantur mille anni. Idest
quod remanet de sexto die qui
constat ex mille annis. Quia sexto
die ds hominem fecit et in sexta
aetate seculi homo natus est xps quae
nunc dicitur nominata. mille annos
dixit. partem de sexto miliario
in quo natus est dns et passus.
Mille autem pro eloquendi modo dixit.
sicut est illut intellegendum quod
mandauit in mille generationes.
cum non sint mille. Sed ut perfectus
totum intellegatur aliquando.
Ergo audiendi non sunt qui dicunt
quod de xpi natiuitate usque
ad secundum aduentum dni quod
mille anni sint qui cum cerintho
heretico unum sentiunt. Sed
nec illi audiendi sunt qui dicunt
omnes baptizati et ubique paenitentium
defuncti. nullum imputari pecca
tum. uel crimen. quia in fide man
serunt et si in infernum merguntur
post mille annorum curriculo
liberati sunt. Non intellegentes
dnm dicturum peccatoribus esse. Ite
in ignem aeternum. cum aeternum finem
non habeat. Isti cum eunomio
et origene. heretici. unum sentiunt.
Et si autem huic expositioni contra
rium quod sequitur quae donec consu
mentur mille anni ut diabolus ut
solbatur sicut dicit. post haec
oportet eum solbere modico tempore
sed sic potest intellegi. quo usque
uoluntatem dni nri ihu xpi. et imperio
eius. et in uirtute praecipitatus in nihi
lum solbatur. In modico tempore.
hoc est in puncto oris. Idest in finem
mundi solbatur. tantis uiribus et in illo
suę uire lucere contra xpo ut cum eo
simul deficiat. Solbitur ut faciat
luxatu uoluntatem suum. Ante enim
est similis latissimo nunc uero quam
ingressus fuerit in filio perdicationis
superior se deo facturus est. et eleua
bitur se. super omnia quod dicitur
ds. aut colitur. Nam non solbitur
ut liberetur sed ad hoc solbitur ut cum
omne membra sua ipse qui auctor
antechristum est solbatur in initium
et deficiat. et simul cum eis in perdic
tione aeterna uadat. Sua enim
solutio in homine peccati ante xpo
erit ingressio. In quo tantam po
testatem peragendi habebit in
mundo. qualem numquam habuit
ab initio. EXPLICIT.

ADNERUNT TRONI ET ANIMAS
OCCISORUM

Et uidi tronos et sederunt sup
eos. et iudicium datum est.
Et uidi animas occisorum
propter testimonium ihu. et propter
uerbum dei. et qui cum q non
adorauerunt bestiam neque
imaginem eius. et non acceperunt
notam super frontem suam aut
super manum suam uixerunt
cum xpo mille annos. Beatus et scs
qui habet partem in resurrectione
prima in eis secunda mors
non habebit potestatem.
Sed erunt sacerdotes dei
et xpi eius
et regnabunt
cum eo
mille
annos.

EXPLICIT STORIAE



EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE

Et uidi tronos et sederunt super eos et iudicium datum est eis.

Hii troni modo sunt in ecclesia. Que ecclesia in duodenario est numero constituta. qui sedet in Xpo super duodecim tronos ad iudicandum. Et tamen sedet iudicans ligatum diabolo. sicut scriptum est. Iam sci mundum iudicant. Et dns quum hanc potestatem suis promitteret. sic ait. Uos qui secuti estis me in altera generatione quum sederit filius hominis in trono claritatis sue. sedebitis et uos super duodecim tronos iudicantes duodecim tribus Israhel. Filius autem hominis iam sedet in trono claritatis sue. In cumulatio est in cuius corpus adiciatur omnis sanctorum [illegible] generatio. Et sedet ad dexteram uirtutis. per capud iudicans per sacerdotes suos et omnes seruos suos nunc in ecclesia.

Iudicat quia unusquisque semet ipsum distringit in penitentia. et unus alterum ad caritatis amorem corripit. Sic enim apostolus ait. Si nos metipsos iudicaremus. a dno non iudicaremur. Et alibi.

Si sciero omnia sacramenta. [illegible]. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam. si caritatem non habuero. nihil mihi prodesset. Ecce quomodo sci mundum iudicant. Deprehendit hoc loco. non de futuro dns dicit. Non enim dixit sedebitis et iudicabitis quasi de futuro. sed sedebitis iudicantes. dicit et de certis sepultis.

Et uidi animas occisorum propter testimonium Ihu. et propter uerbum dei.

Uerbum dixit tamen. Ambobus enim perhibet ecclesia testimonium Ihu qui est filius hominis et dei uerbo quod missum est filio hominis. Animas occisorum dicit. qui nunc per passionem et penitentiam cum Xpo moriuntur.

Et qui cumque non adorauerunt bestiam neque imaginem eius. et non acceperunt notam super frontem suam aut super manum suam.

Si autem in nouissimo iudicium uidisset tronos. et sedentes super eos. Non occisorum animas. Tunc enim cum corporibus suis erunt anime. Certe si cum Xpo aliqui sedebunt ad iudicandum. et magis conuenit sedere et iudicare qui propter testimonium eius occisi sunt.

Nunc uero dicit se uidisse sedentes super tronos. Dixit et animas occisorum uita ostenderet. et ambos et mortuos regnasse cum Xpo mille annos. Id est a passione dni usque ad secundum eius aduentum. et a primo aduentu dni usque ad secundum aduentum esse hoc misterium facinoris de nota bestie. quia semper et ecclesia fuit et bestia et omnis malus notam in fronte et in manu habuit per cognitionis operum.

Dum et ipsos qui non acceperunt scrip
tionem uel non acceperunt eius
imaginem. mille annos dicit hos omnes
regnasse. Imaginem dicit et similitu
dinem. Sic enim d(eu)s dicit in primordio.
Faciam(us) hominem ad imaginem et
similitudinem n(ost)ram. Imago est in
anima. similitudo in opere. Anima
hominis imago est dei. et corpus homi
nis imago est corporis xp(ist)i. Omnis
qui xp(istu)m sequitur in corpore suo
imaginem xp(ist)i habet. et imaginem
et anima similitudinem dei.
De hos omnes dixit. Vixerunt et regna
berunt cum xp(ist)o mille annos.
Recte dixit omnes qui et eos uibentes
et animas occisos s(an)c(t)os regnant cum
xp(ist)o. et hic et in futuro. Sed quia reg
nauerunt dixit. hoc profecto in
et lege quod quasi iam factum quod
futurum erat quia ante d(eu)m nihil
nouum est. Sic enim ante quam
xp(istu)s ueniret in mundo dictum est
diuiserunt uestimenta mea.
Nam quod dicit regnabunt et hic
quasi factum possumus intellegere.
Aut dicere. iam baptizati sunt. iam
penitentes sunt. iam non lacte sed in
solido cibo xp(istu)m secuntur in passione.
Nam dicturus erat regnabunt. uacant
dere qui sunt mille anni. hoc est in
quo resurrectio prima. Itaque quia
resurgunt p(er) baptismum et paenitentiam
quam ostendere post baptismum
sicut apostolus ait. Surrexistis
cum xp(ist)o. que sursum est querite.
et alterum tamquam cum mortuis uibentes.
Peccatum enim mors est. Sicut idem
dicit apostolus. Cum essetis mortui
delictis et peccatis uestris. Beatus et s(an)c(tu)s
qui habet partem in resurrectione prima.
Idest qui se habet baptismum in quo
sanctus est. Sicut enim prima mors
in hac est uita per peccatum. Ita et prima
resurrectio in hac est uita per remissionem
peccatorum. In eis secunda mors non habebit
potestatem. Idest non habebit eterna
tormenta. Sed erunt sacerdotes dei
et christi eius. et regnabunt cum eo
mille annos. hos mille annos de hoc
mundo dixit. non de perpetuo secto
ubi sine fine cum xp(ist)o regnaturi erunt.
Mille enim perfectus numerus est. Sed
tamquam perfectus dicitur sed finem
habere creditur. Reuelat s(an)c(tu)s cum haec
scriberet regnaturum pectum mille annos.
Idest usque ad finem istius mundi.
EXPLICIT EXPLANATIO.

INCIPIT DE SOLUTIONE DIABOLI

DE CUSTODIA SUA.

Et cum finiti fuerint mille
anni solbetur satanas de cus
todia sua. et exiet seducere gentes q(ue)
sunt in quattuor angulos terre. gog
et magog. quorum est numerus sicut
arena maris. et ascenderunt in latitudine
terre et circumdederunt castra s(an)c(t)or(um) et
dilectam ciuitatem. et descendit ignis a deo
de celo et comedit inimicos suos. EXPLICIT STORIE.


ANTIXPS OMNE NUMERUM IMPERAT
ANTIXPS CIRCU DAT ALTARE ET UENIT IGNIS DE CELO ET COMEDIT EOS.
ISTI ABS CODU NT SE IN MONTI BUS

EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE ISTORIAE :

Et cum finiti fuerint mille anni solbetur satanas de custodia sua.

Finitos dixit tantos peractos.
Num non specialiter annos dixerit per numerum mille finitos.
Num sic solbetur satanas totis viribus cum in illo sit usque antixpo in exuberet. ita super sint anni tres et menses sex novissimi temporis.
Sed preter hunc tres et extremissime dicitur finitum tempus. Non enim computate sunt tantum parue reliquie scorum qui in scripturis scis tertie nuncupantur. que in greca tau littera continentur quia solum ipsi sunt quos antixps superare non poterit qui recte trinitatem scam unum dm crediderint et novissimo tempore filium di de gloriosissima semper virgine natum puro corde coram hominibus confessus fuerit. De crucem enim per quam tau littera significari diximus recto in antixpi oculo intuberit. Sic enim gedeon cum trecentis viris madianitas que nunc demones nuncupantur superabit. Trecenti enim crucem significant. et nota tantum parui sint sci in tempore antixpi. cum ds voluerit eos anni ora appellare. Annus habet menses duodecim. tempora quattuor.
Idest uer. estas. autumnus et hiemps.
Dies ccclxv et quartam. Oras habet IIII ccc lxxxIIII. Vide quid dicit de tantis oris anni. Una ora solum appellati sunt sci.
Et remanent ore que peccatores nuncupantur. IIII. lxxxII.
Cognosce quantum distat inter hoc et illut numerum. dies habet horas duodecim. et duodecim horas diei. una hora appellati sci et remanent de toto anni circulo. dies ccc lxIIII. et horas diei undecim que in parte peccatorum scribuntur. Iam intellegis per hunc tropum quantum parua sit illa grex cui compromisit dns dare hereditatem in regno celorum. et per hunc annum et unam hora anni sic cognosce esse peccatores. et iustos omne tempus. Idest ab origo mundi usque in finem quo hec gesta erunt quando totis viribus diabolus solvatur erit. et super terre contra electum dimicaturus. et quis qualis ante in secta fuit in pace in illa manifestabitur pugna. et eos tunc sibi socios faciet per notam quos ante per iugis tenuit in vita sicut dicit. Et exiet seducere gentes que sunt in quattuor angulos terre gog et magog.
Seducere hic dixit. quod erat dissipare

et secum in perditione adtrahere.
Id est omnes impios quos in quattuor
angulos terre seduxit in una
secum perditione collectos
eternis facit mancipare suppliciis.
Gog. enim interpretatur tectum.
Magog. de tecto sive detectio.
Omnes quos contulit in superbie sue
lapsum adduxit vel elationis
tecto sublevabit. Sive qui cog
niti fuerint de eodem dogmate
et fastigio elationis eius cecisse.
Hos una simul perditio et eternus
ignis accipiet. Quod vero dicit
congregabit eos in prelium. futurus
prevaricator discribit. quia con
gregabit quasi prevaricatum sonat.
quia prelium quod a modo est
quando hii qui moribus bonis imbuti
malis eis obviant et insidiantur.
Et quia multa malorum est nume
rositas. que numerari pre multitudi
nem non potest adlegit. Quorum
est numerus sicut arena maris
super latitudinem terre. et circumde
derunt castra sanctorum et dilectam
civitatem. Elevati in superbia impii
in latitudinem ascenderunt.
Sed tamen eos latitudo restringit.
nihil celeste sapiunt. Nullum
celestis altitudinis potentiam
metiuntur. Circum eunt castra
sanctorum. quia communes volunt sanctis
consistere. Sed de ipsis impletur
vaticinium prophetie dicentis. Conver

tantur ad vesperam et famem patientur
ut canes et circuibunt civitatem.
Id est tectum quam hic dilectam
vocat. Congregati dicuntur.
sed impii quattuor angulis terre
erunt dilatati. Pro qua re. dicuntur
congregati id est in superbia tecto
muniti in elatione adversus tectum.
Eo quod unaqueque gens congregabitur
in obsidione sancte civitatis ecclesie. quando
antechristus dat decem cornibus bestie eru
diti cuberit. Id est erit regnum conver
tent. hoc est regem egypti et regem
ethiopie. libie. id est. africe. Ceteros
septem reges sue potestati subiuga
bit. Tocum eos omnem mundum
contaminaturus est. Ita sicut post
passionem domini nostri ihesu christi cognoscimus
omne matriam esse factam per decem
reges. id est. nerone. domitiano.
traiano. severo. maximino. decio.
valeriano. aureliano. diocletiano.
et maximiano. qui fuerunt decem cornua
bestie. Et ex his decem illos maiores
septem quod supra septem capita
nominavimus aut certum ante christum
inter decem reges. quales illi fuerunt
in regno romano inter decem antechristus
erit undecimus. Et tribus quos diximus
occisis. in toto orbe terrarum cum viii
erit regnaturus. et ipse erit viii
quem supra in bestia in septem capita
occasum diximus quasi occisum que
semper in secta pravos pseudo prophetas
sub nomine christi caput habuit occultat.

Per quo cupit in pala simulabit
se attendere xpm populus nomine
sco sibi faciat socios. et tanta au-
tem indignatio tanta porro. pauci sci
eum cognoscunt antixpm.
Sed tamen non in aliud eum cogno-
scent. quam in faciendo circum-
cisione. Quia primitus scos non
ad idola colenda prouocabit.
Sed legem mosaicam ad obseruan-
dum circumcisionem et tantum
scitatem simulabit. ut non sit
potator uini. non amator mulie-
rum non diuitias seculi habere habebit.
Sed omnia deceptus dabit. sicut
in euangelio ex uoce ipsius antixpi
dicitur. mea sunt omnia tecum
uoluntatem do illa. Tunc quinque
in domo una diuiduntur. id est
pater. mater. filius. filia. et nurus.
Quinque sunt quos persecutio
diuidet. Dum alii in xpo credunt
alii negatores existunt. Quia cum
antixps uenerit. ueteris legem
duas tabulas et testamentum predi-
cabit. Xps autem trinitatem patris.
et filii et sps sci. Alii autem credi-
turi sunt antixpo. et sic diuiden-
tur duo tribus. et tres a duobus.
et inimici hominis domestici eius.
Persecuturi sunt a antixpo credentes.
dum dicit pater filio. aut filius
patri. rogo te miserere tibi nemo
riturus. consentit illi adoret eum.
Praeterea. uitatius existunt in mundo
ipsius esse. tecum uoluntate dec illa.
Ad hoc ergo unus quisque affectibus suis
adquiescit inimicum eum putatur
dum persuasionibus antixpo separatur.
ut consentiant antixpo. Tunc
complebitur quod dns dixit.
qui in iudea sunt fugiant in montibus.
id est. quod quod in iudea fuerint
collecti erunt ad illum locum
quem paratum habent. et inuenien-
tur ibi triennium et menses sex
a facie diaboli. Rectum illum dicit
catholicum exequi in nouissimo
tempore credituri sunt centum
quadraginta quattuor milia
propter praedicationem eliae. Sed ceterum
propter urbem inuenti. In aduentum
dni sci uero pauci excepto urbibus
denuntiatum est salutabitur. ubi erat
edom. et moab. et principium
filiorum amon. id est. Idumei
moabitis. et ammonitis. eo
quod loca sunt ibi inaccessibilia.
Ibi sci confugient. et ibi latita-
bunt quos xps incaute uibos in
uenerit. Et non solum mente
fugituri erunt a malis. sed et cum
corpore inaccessibilibus rupibus
migraturi. Sic enim tempore
muratrum multos patres ab hanc
ac tutationem credimus esse saluatos.
Ita credantur tempore antixpi
p loca inaccessibilia multi esse
saluati. Hoc in beato danielo
antiocum qui prefigurabit antixpm.

parte cunctam fecisse legimus. quod
antichristus facturus est. sicut dicit
in Danielo. quod sancti eo tempore sub
levabuntur auxilio parvulo.
Parvum auxilium nostri intelligi volunt
quia congregati sancti restiterunt ei et
iuvabuntur auxilio parvulo. et postea
de eruditis corruent plurimi. et hoc
fiet ut quasi in fornace conflentur
et eligantur et dealbentur donec
veniat tempus definitum quia usque
ultimum in adventum Christi erit.
Iam in Danielo. Tempus tempora et
dimidium temporis tres semis anni
sunt de antichristi regno. Iam septem
tempora mutabuntur super te. id est
septem anni. Iam a tempore cum
ablatum fuerit iuge sacrificium
et positum fuerit abominatio in
desolatione dies mille ducentos
nonaginta. Dies isti .CCLX. tres
semis anni sunt. quibus erit anti
christus regnaturus. Iam in Danielo.
Beatus qui expectat et pervenit ad
dies mille trecentos triginta quinque.
Quia hos dies habet in suo nomine
deputatos. et ne quod absit si
totos hos dies impleret in regno.
nullus sanctorum ei effugere potuerit
nobis. Sed de istos mille trecen
tos triginta quinque dies et termi
navit ei in regno dies mille
ducentos nonaginta. qui dies propter
electos adbreviabuntur de quo
dominus in evangelio dixit. et nisi

in breviati fuissent dies illi. non
fieret salva omnis caro. Sed propter
electos meos adbreviabuntur dies illi.
Isti sunt electi domini. pro quibus dies illi
adbreviabuntur. quos tunc vivere
cum fugientes diabolum tenuerint.
Nam antichristus expletos dies mille
ducentos nonaginta occidetur in
monte sancto. id est in monte oliveti.
Quod autem dicit beatus qui expectat
et pervenit ad dies mille trecentos
triginta quinque. id est. Beatus qui
interfecto antichristo dies quadra
ginta quinque super numerum prefinitum
tum expectat quibus est dominus
atque salvator in sua maiestate
venturus. Et in tempore Christus cum
in venturam urbem. Regnum romanorum
in fine quod in quarto regno patet
nominabit ut ferrum. Explicit explanatio

INCIPIT DE DIABOLI BESTIA ET PSEUDOPROPHETA

Et descendit ignis a deo
de celo et comedit ini
micos suos. et diabolus
seducens eos. missus est in stagnum
ignis et sulfuris ubi et bestia.
et pseudo propheta. et punientur
die ac nocte in secula seculorum. Amen

EXPLICIT STORIA



EXPLANATIO · SVPRA SCRIPTE STORIAE ·

Et descendit ignis a deo de celo: Id est de coetu descendit ignis et comedet eos. Iste ignis quem ex ore eorum dixit exire. Tota lex et euangelium de quo dominus dixit. Numquid ego vos iudicabo? Sed verbum quod vobis locutus sum, ipsud vos iudicabit. Iste est ignis quem pluit dominus de celo ut exeunte Lot de Sodomis.

Et comedit inimicos suos. Nam novissimo die non super eos pluet ignem sed congregatur unitate se iudicat ut mittat in ignem eternum. Hic ignis descendere de celo quem dicit tempore erit antichristi quod persequendo coetum plus iudicio damnatur de ipsum malum que coetu insequitur. Et diabolus seducens eos missus est in stagnum ignis et sulforis ubi et bestia et pseudo propheta. Sub aliter autem habita

Intellectum quo pueetur diabolus
post bestiam et pseudo prophetam
quos supra solos dixerat damnandos
mitti in stagnum ignis. Reuera post
mille annos damnationis bestie
et pseudo prophete. Sed omnis bestie
et in aeterne dixit post mille annos
qui non post damnationem. putant
qui quando xps uenerit ad iudi
cium hunc bestiam inueniet ubi ...

Ex quo ... enim pressus est
dns mortuus bestia et pseudo
propheta et in ignem mittuntur
usque dum finiuntur mille anni
usque ad aduentum dni. Notandum
quod dixit unde sub aliis aut ba
bestia. Intellectum. Certe quia
dixerat supra diabolus qui sedu
cebat eos missus est in stagnum
ignis ubi bestia et pseudo propheta
cum quam sidicere primitus
bestia et pseudo propheta mittit
in gehennam. Et post et diabolum
qui seducebat eos inde aut bestia
intellectum. Haec missio
a primo aduentu dni est usque
ad secundum aduentum quia primitus
bestia et pseudo propheta quia
semper moriuntur propter malus et ma
li sacerdotes qui sunt bestia et pseu
do propheta et diabolus semper
seducit. Deinde et ipse punietur
ubi et omnis quos perimit. Sed semper
quod est a passione dni et infra.
Nunc ipsum describit quia de quo xps

uenit usque odie missus est bestia
in igne. Et post quam completa erit
diabolus semper passuum qui seducebat
eos mittetur in stagnum ignis et sulphuris
ubi et bestia et pseudo propheta.
Et cruciabuntur die ac nocte in secula
seculorum. Hoc est illud solutio quem supra
dixit post haec oportet illum solui
modico tempore. Modico tempore post
annos tres et menses sex. Ut in sua
seductione seducatur cum seducat in extrema.

EXPLICIT LIBER UNDECIMUS :

INCIPIT LIBER DUODECIMUS .

DE DIEM IUDICII ET EUITATEM

Historia est ecta.

Et uidi tronum magnum et
album et candidum et sedentem
super eum cuius a facie
fugit terra et celum et locus non
est inuentus eis. Et uidi mortuos
magnos et pusillos stantes in cons
pectu troni et libri aperti sunt et
alius liber apertus est qui est uite et iudi
cati sunt mortui ex his que scripta sunt
in libris secundum opera sua. Et dedit mare
mortuos suos et mors et inferni missi sunt
in stagnum ignis. Hec est mors secunda
qui non est inuentus in libro uite
scriptus missus est in stagnum ignis.

EXPLICIT : STORIAE


CHERUBIN
SERAPHIN
HII SUNT QUI NON IUDICANTUR SED IUDICES SUNT
REGNAT



EXPLANATIO SUPRA

SCRIPTE STORIAE.

Et recapitulat idem iudicium dicturus: Et vidi tronum magnum album et sedentem super eum, ante cuius conspectum fugit terra et celum, et locus non est inventus eius. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu troni, et libri aperti sunt, et alius liber apertus est qui est vite.

In trono iudicii figura est. In sedente iustitia est. Et sedentem super eum iudicem recognosce dominum Ihesum Christum, a cuius conspectu fugit terra et celum. Neque enim ante potestatis iudicium sustinere praevalent elementa. Et locus non est inventus eis. Nullus enim locus in loco ante dominum. Sed tamquam nihilum et inanita reputate sunt ei. Sic ostensa forma iudicii iudicantis qualitate disponit iudicium ipsa agitaturi cum dicit: Vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu troni et libri aperti sunt. Quis est apud dominum liber nisi quia iudicantis virtute singulorum opera declarantur.

Hos libros nunc testamenta dei dicit. Ita legem et evangelium. Secundum enim utrumque iudicabitur getu. eu. tue. qui nunc libros requirere nolunt. Et quid in eos gestum erit in futuro in tete despiciunt. illic per libros certius requiruntur. Sancti vero qui per hunc testamentum in hoc mundo vivere disposuerunt, eos in iudicio necesse non habebunt, quia quum fuerint cum Christo testabit scriptura. Et illic per scripturam iudicantur qui eas nunc habuisse requirunt. Et alius liber apertus est qui est vite. Liber vite etiam dominus Ihesus est. Tunc aperietur et ostendetur universe creature sue, cum reddiderit unicuique secundum opera sua.

Et iudicati sunt mortui ex his que scripta sunt in libro secundum opera sua. Idem per legem et evangelium iudicati sunt secundum quod precepta fecerunt aut non fecerunt. Semel inquid locutus est deus, duo hec audivi: que duo clarius manifestat dicens: Domini est regnum et ipse dominabitur gentibus. Audivit David regnum. Iohannes vero librum aspexit. David duo audivit. Iohannes autem duos intuetur libros. Et in duobus quid continetur? Idem dicit: potestas dei et tibi domine misericordia. Potestas in iudicando est, misericordia vero in remunerando. Iohannes dicit: Et iudicati sunt mortui ex his que erant scripta in libris secundum opera eorum. David dicit: quia tu reddes singulis secundum opera eorum.

Quantum similitudo dicturus est, quantum veritate scilicet Iohannes

non fuit. sapientes unusquisque discutiat et consideret. Et dedit mare mortuos suos. Mare specialiter mundus iste intellegitur. Gentes quas xpistus in hoc mundo ad iudicium inveniet vivos. Ipsi sunt mortui maris. Sive et simpliciter secundum litteram istum mare possumus hoc loco intellegere ut et ipsos in die iudicii resuscitet. quos necabit.

Et mors et infernus dederunt mortuos suos. Ipse sunt gentes sepulte qui tunc in momento et in ictu oculi in ipsa carne qua in hoc mundo vixerunt. et ex ipso pulvere resurrecturi sunt. Ne quis diceret consumptos pelago et oppressos aquis. bestiis devoratos igni perditos. non posse resurgere. Ideo dedisse mare mortuos suos dicit.

Et quia nullus effugiet iudicium. addidit. Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis.

Hec est mors secunda. qui non est inventus in libro vite scriptus. missus est in stagnum ignis. Explicit

INCIPIT DE IHERUSALEM CIVITATE. IN QUO FINIT LIBER DUODECIMUS.

Et vidi celum novum et terram novam. Primum enim celum abiit. et mare iam non est. Et civitatem sanctam iherusalem novam vidi descendentem de celo a deo compositam sicut sponsam adornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de celo dicentem.

Ecce tabernaculum dei cum hominibus. et habitabit cum ipsis. et ipsi erunt populus eius et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et abstergit omnem lacrimam ab oculis eorum et mors non erit amplius. et luctus non erit. Iam prima transierunt.

Et dixit sedens super thronum. Ecce nova facio omnia. Et dixit scribe. quoniam sermones isti fideles et veri sunt. Et dixit mihi. Ego sum alfa et ω. initium et finis.

Ego sitienti dabo aquam de fonte vite gratis. Qui vicit. possidebit hec. et ero ei deus. et erit mihi filius.

Timidis autem et incredulis. et execrabilibus. et omicidis et veneficis et idolorum cultoribus. et omnibus mendacibus. pars erit in stagno ardenti igni et sulfure quod est mors secunda.

Et venit unus de septem angelis habentibus septem fialas plenas septem plagarum novissimarum et locutus est mecum dicens. Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni.

Et abstulit me in spiritu supra montem altum et magnum. et ostendit mihi civitatem sanctam iherusalem descendentem de celo a deo luminare eius. simile lapidi pretiosissimo. sicut lapidi in modum cristalli.

Habentem portas angulos duodecim

et nomina suprascripta que sunt
nomina duodecim tribus israhel. Ab oriente
porte tres. Ab occidente porte tres.
A bucilone porte tres. Ab austro
porte tres. et murus civitatis
habens fundamenta duodecim.
et super ea duodecim nomina apostolorum
agni. et qui loquebatur mecum
habebat mensuram arundinem
auream. ut metiretur civitatem.
et portas eius et muros eius. et civitas
quadro posita erat. et longitudo
eius. quanta et latitudo. et men
sus est civitatem stadiorum duode
cim. Longitudo et latitudo et
altitudo eius. equalia sunt.
mensura hominis quod est angeli.
Muri et civitas. aurum mundum
simile vero mundo. Fundamenta
muri civitatis. omni lapide
pretioso fundamentum.

Primum.	IASPIS.
Secundum.	SAFFIRUS.
Tertium.	CARCEDON.
Quartum.	SMARAGDUM.
Quintum.	SARDONIS.
Sextum.	SARDINUM.
Septimum.	CRISOLITUM.
Octavum.	BERILLUM.
Nonum.	TOPADION.
Decimum.	CRISOFRASUM.
Undecimum.	IACINCTUM.
Duodecimum.	AMETISTUM.

et duodecim porte duodecim marga
rite singillatim. et una queque
porta erat. ex una margarita.
et platea civitatis. aurum mundum
vitrum perspicuum. et templum
non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens
templum eius est. et agnus et civitas
non indiget solem. neque lunam ut luceat
ei. et ambulabunt gentes per lumen eius
usque in finem. et reges terre afferent
gloriam suam in ea. et porte eius non
claudentur die et nox ibi non erit.
et inferent gloriam et honorem gentium
in ea. et non intrabit omnem inmundum
in ea. et facientes abominationem et
mendacium. nisi scribant in libro vite
agni. et ostendit mihi flumen aque
vite sicut cristallum exiens de throno
dei et agni in medio platee eius.
et ex utraque parte fluminis. lignum vite
faciens fructus duodecim per singulos
menses reddens fructum suum.
et folia ligni in curationem gentium.
et omnis langor non erit. Adhuc
thronus dei et agni in ea erit et servi eius
servient ei. et videbunt faciem eius
et nomen eius in frontibus eorum
et nox non erit amplius. et non
egebunt lumine lucerne et
lumine solis. quoniam dominus deus inlumi
nat eos. et regnabit super eos in secula
seculorum a m e n.

EXPLICIT STORIA DE HIERUSALEM
CIVITATE


Iaspis uiride gemma
lus quippe uiride
pmarin gemma
dicitur
Saffirus cerulus est
cum purpura abens
pulueres aureos sparsos
obtimos apud
medos
IASPIS
PETRUS
SAFFIRUS
ANDREAS
CARCEDON
IUDAS
Sardonix tribus
uariata coloribus
subterius nigro
medio candido
superius mineo
TOPAZION
BERILLUS
CRISOPASSUS


hic ppls dei et habitat ds cum eis
et regnabunt in scla sclorum
Flumen de trono exiens
hoc lignum faciens
fructos duodeci per singulos menses
hic mons

EXPLANATIO SUPRA
SCRIPTE STORIE :

Hunc Iherusalem . factum dicit quem
recapitulat a Xpi passione
usque in diem quo resurget .
et cum Xpo invicta coronetur
in gloria . miscet verum que tempus .
nunc presens nunc futurum .
et cum quanta gloria suscipitur
a Xpo . et separata ab omni malorum
incursu planius declaratur .
Recapitulat ab origine dicens .
Et vidi celum novum et terram novam .
Primum enim celum et terram abiit .
et mare iam non est . Hec locuta
scribuntur ut alia ita aliqua esse
cognoscimus qui ex sermone domini
loquitur dicens . ecce ego creo
celum novum et terram novam
et non erunt in memoria priorum .
et non ascendunt super cor .
Sed gaudebitis et exultabitis usque
in sempiternum . in his que ego creo .
Celum novum est factum . Quia
ex quo Xps carnem adsumpsit .
celum novum et terram novam
creavit . In celo spiritum dicimus .
et in terra carnem . Primus adam
factus fuit in animam viventem .
Secundus adam in spiritu vivificantem .
Conpleto tempore . ascendit in cruce .
et mortuus fuit . pro totius mundi
salutem . Cuius exempla sequentes
facta renobantur in cognitione
veritatis de die in diem . Per quam
renobationem preveniunt sancti . fulgebit
in diem iudicii . Quam in hac carne
qua putantur . iam non in potestate
lisatur sancti . sed in gloria renobabitur
sicut dicit . Et civitatem sanctam Iherusalem
novam vidi descendentem de celo a deo
conpositam sicut sponsam ornatam
viro suo . Iherusalem celestis multitudo
sanctorum est . qui cum domino dicitur esse
venturi . Sicut Zaccarias ait .
Ecce dominus deus meus veniet . omnes que sancti cum eo .
Hii preparantur deo habitationem
mundum . et qui habitant cum eo
sicut sponsam ornatam viro suo
sic ornati sanctitate et iustitia pro
cedent coniungendi domino suo . et
in eternum mansuri cum eo .
Et audivi vocem magnam de trono
dicentem . Ecce tabernaculum dei
cum hominibus . et habitabit cum ipsis .
et ipsi populus eius erunt et ipse deus cum eis erit
eorum deus . et abstergit deus omnem lacri
mam ab oculis eorum . et mors ultra
non erit . neque luctus . neque dolor erit
amplius neque clamor . que prima
fuerunt transierunt . Omnia hec
spiritaliter intellegenda sunt . Iam enim
ista hic celi . vita vivitur . Non
preveniunt sancti a superioribus sicut
scriptum est . Nostra conversatio
in celis est . Unde dominum Ihesum Xpm
expectamus . et ad eius testimonium
sibi reddit quod multitudo sanctorum
ipsius tabernaculum fiat . et

habitet ds cum eis in ęternum.
Sicq; eorum dns et ipsi sint ppls eius
omnem fletum omnemq; lacrimas
ipse auferet de oculis eor. quos eternis
remunerata gaudiis et ppetua beati
tudine facit esse perspicuos.
Et qui sedebat in trono dix.
Ecce noua facio omnia. Sic et
apłs ait. Quę ergo in xpo noua
creatura. siue et de futuro promissio
nis scis clarissimi ut omnibus inno
uetur adq; omnis plenitudo
resplendeat. Inde et apłs dicit.
Quod et mortui resurgent incorrup
ti. et nos inmutabimur in glia.
Et dicit scribe. quia hęc uerba fide
lissima sunt. et uera. Et dixit mihi.
Ego sum alfa et ω. initium et finis
Ego sitienti dabo aquam de fonte
uitę gratis. Idest. cupientibus fontis
nouam peccatorum p donum baptismi.
Aqua. non solum simpliciter nomina
tur quę sine spu sco esse non poterit.
Quia et sps scs nomine aquę apella
tur. In euangelio dno clamante
et dicente. Siquis sitit ueniat
ad me et bibat. qui credidit in me.
flumina aquę uiuę fluent de uentre
eius. euangelista autem exposuit
unde diceret. Spiritum enim ait.
hoc enim dicebat de spu quem accep
turi erant. credentes in eum.
Sed aliud est aqua sacramenti
uisibilis. et aliud sps inuisibilis.
Ista abluit corpus. et significat

quod fit in anima. Per illum autem
spm scm ipsa anima mundatur
et signatur. Sps scs pro qua re.
ad nos mittatur multis nomi
nibus appellatur. Sps scs ideo
dicitur. eo quod nobis aliquid
siue ad amorem dni. siue ad scrip
turas interpretandas inspirat.
Sps scs ex opere etiam angelus in
tellegitur. eo quod nobis inspirando
quasi adnuntiat. Paraclitus
dicitur. eo quod nos in tribulatio
ne consolatur. Paraclitus enim.
grece. latine consolatio dicitur.
Alii paraclitum. latine oratorem
uel aduocatum interpretantur.
Sps scs donum dicitur. quia nobis
unicuiq; p mensuram datur.
Sps scs caritas dicitur. quia nos
in unum coniungit. Sps scs
columba dicitur. quia nos sim
plices facit. Sps scs ignis
dicitur. quia nos in unum cale
facit. Sps scs unctio dicitur.
quia nos ad predicandum docet.
et ipse est in nobis unctio inuisibilis.
Sps scs digitus dicitur. quia in
tabulis cordis nri uerba suę legis
scribit. siue ut eius operatoria
uirtus cum patre et filio significetur.
Unde et apostolus ait. hęc autem omnia
operatur unus atq; idem sps diuidens
singulis prout uult. Proinde septi
formis nuncupatur. pp̄ter ea dona
quę diuinitate eius plenitudine

participatum quisque ut digni sunt
consequi promeruerint. Qui spiritus
non est corpus. et tamen esse videtur
testante ut apostolus sit. Sicut autem
post baptismum in xpo morimur
et resurgimus. Ita spiritu signamur
quod est digitus dei. et spiritale signa
culum de hoc dicit. Qui vicerit
possidebit haec. et ero ei deus. et ille
erit mihi filius. Timidis autem et in
credulis. et execrabilibus et homicidis
et veneficis et idolorum cultoribus
et omnibus mendacibus pars erit in
stagno ardenti igni et sulphure
quod est mors secunda. Et venit unus
ex septem angelis. habentibus septem
fialas plenas septem plagarum
novissimarum. Plenas dixit
fialas quas supra in nono libro.
septem temporum effusas. Ut
hic legeris non intellexeris. Ibi
planissime intellegas. Unde
manifestatum hunc librum
duodecimum. sicut supra dixi
mus recapitulatum xpi pas
sione. Et locutus est mecum
dicens. Veni ostendam tibi
sponsam uxorem agni. Et abstu
lit me in spiritu supra montem mag
num. et altum. Montem mag
num et altum. xpm dicit.
Propheta adtestante. In illa die
erit mons domus domini preparatus
in verticem montium. Id est super
apostolos. qui et ipsi montes

appellantur. In illa die quod
dicit. Id est a xpi passione usque
ad secundum adventum eius quae una
dies dicitur de sexto die. Quia sex
diebus operatus est mundum. Ita
et per sex milia annos. sex dies tempo
ris. et in sexto die septimi miliarii
per baptismum et paenitentiam dictum
est ut qui vicerit usque in finem filius
dei appelletur. et maleficatoribus
ignis gehennae quod est mors secunda
preparetur. Repromittitur malorum
ultio factorum suorum. Porro ab angelo
dicitur sustulit me in spiritu in
montem altum. Ac si diceret.
servus dei qui nunc est in secta
spiritalis factus sum et in contempla
tione constitutus deo me elevante.
Et ostendit mihi civitatem sanctam
hierusalem descendentem de caelo a deo.
Haec est secta civitas in monte
constituta sponsa agni quia
non est alia secta. et alia civitas
quia una est quia semper in paenitentia
aequa de caelo descendit a deo quia
filium dei imitando in paenitentia
descendere dicitur in humilitate.
Sic enim filius dei descendit de caelo
cum in forma dei esset. formam
servi adsumens. humiliabit se
usque ad mortem. Descensio filii
dei. incarnatio eius est. Haec
civitas cotidie a deo descendit
imitando deum et hunc civitatem
sponsam dicit agni unde manifestat

erat ipsam. quam sic describit dicens:
Habentem claritatem dei. Luminare
eius simile lapidi pretiosissimo sicut
lapidi in modum cristalli. Lapis
pretiosissimus. xpistus est habentem murum
magnum. et altum. Sciendum
magnopere est. quia tanto una
quaeque anima fit pretiosior in
oculis dei. quanto prae amore ueri
tatis despectior ante oculos dei.
Hinc ad saul dicitur: Nonne cum
paruulus esses in oculis tuis caput te
constitui in tribus israhel. Ac si aperte
diceret: magnus mihi fuisti quando
despectus tibi eras: modo uero
magnus es tibi. despectus es mihi.
Unde per prophetam dicitur: Uae. qui
sapientes estis in oculis uestris et coram
uobis met ipsis prudentes. Tanto
ergo fit unusquisque uilior deo.
quantum plus fuerit pretiosior sibi.
et tanto erit pretiosior deo. quanto
propter dominum fuerit uilior sibi. Quia
humilia respicit. et alta de longe
agnoscit. Haec est murus magnus
et altus. qui nunc sibi fuerit despectus. Luminare de terra cuncta
prospicere. sicut ad nathanahel dicit:
Sub sequendum ficulneam uidi te. id est
ab umbra legis electi. Uidit ergo lapi
dem pretiosissimum. quia humilia
elegit. Infirma enim mundi elegit
deus. ut confunderet fortia. Uidit
pretiosissimum lapidem deus. cum
humana anima dte ablecta

sapientiam gratiae suae inlustratione
respexit. De qua uidelicet anima
per prophetam dicit: Si separaueris
pretiosum a uili. quasi os meum eris.
Uilis quippe est deo mundus praesens.
Pretiosa uero est ei anima humana.
Qui ergo pretiosum a uili separat.
quasi os domini uocatur. quia per eum
dominus uerba sua exserit quibus ab amore
praesentis saeculi quandoque potest
humanam animam euellere. Et quia
testamentum noui doctores adeo
usque perducti sunt ut occulta
quoque allegoriarum caliginis ueteris
testamenti scrutati fuerint. recte
subditur: Portas duodecim. et super
portas duodecim angelos. et nomina
superscripta. quae sunt nomina
duodecim tribus israhel. Supra dixit
enim luminare eius simile lapide
pretiosissimo similem cristallo.
Hic uero dicit habentem portas
duodecim. et in prophetis legimus
de eadem ciuitate. quod non erit
ibi amplius sol ad lucendum per
diem. nec splendor lunae illumina
bit te. Sed erit tibi dominus in lucem
sempiternam et deus tuus in gloriam tuam.
Lumen est simile est lapide pretioso
sicut lapis iaspis sicut cristallum.
Sicut enim splendor in eo lapide est
nec exterius iudicatur sed est
naturali claritate perlucidum. ita
ciuitas illa describitur nullo
siderum fulgore luminari. sed sola

dei invisibiliter luce lustrari.
In cristalli autem candore baptismi
inet significat gratia sua alure.
Et habebat murum magnum et
altum. Et Zaccharias dicit:
Ego ero, ait dominus, murus ignis in circui-
tu. Quid autem magnum aut quid
praecelsum quam dominum magistratus
esse custodium. et protectione sue
civitatem sanctam circumdare
munimine. Quod autem dicit ha-
bens portas duodecim, et in portis
angelos duodecim, et nomina
scripta quae sunt nomina duodecim
tribuum filiorum Israhel. In evangelio
legitur dominum dixisse dicere: Ego sum
ostium. Si quis per me intrat,
et intrabit et pascua inveniet.
Ergo Christus ianua est. Duodecim vero
portae et duodecim tribus Israhel
duodecim apostoli sunt et duodecim
prophetae quae est facta. In duodenario
numero firmata. Et haec duodecim
portae ad unam portam multorum
veniunt quae est Christus. Ergo ianua
Christus est. Principes autem fidei nostrae,
id est apostoli, non ianua sed scripti
in portis. hoc est in ianuis relegunt.
Vel ostenditur dominus Iesus Christus omnibus
sanctis reparasse ianuam veritatis
vel in fide domini nostri Iesu Christi omnium
patriarcharum. quorum meminisse
significatur. Duodecim angeli
portarum et duodecim portae et xii
fundamenta in quibus nomina apostolorum
agni scripta dicuntur significat
et spes futura, quia ante ortus dominum
nostrum post passionem suam in sepulcro
iacuisse. Vel ostenditur et veterum
prophetarum principium turbam
et subsequentem apostolorum quorum
una domini fuisse fide et passione
salvatos. Et in uno itinere per fidem
Christi qui est ianua ad agnitionem
omnipotentis domini pervenisse. Nam et ipsi
apostoli in duodecim fundamentis
scripti referuntur quia Christus est fun-
damentum dicente Paulo:
Fundamentum enim aliud nemo
potest ponere praeter id quod positum
est quod est Christus Iesus, et ipse in singulis,
et singuli in ipso constant. Dominus
enim dicit: Tu es Petrus et super hanc
petram aedificabo ecclesiam meam.
Et scriptum est in verbis beatissimi
Pauli: quod petra autem Christus. Ergo petrus
ille est cui dominus loquebatur: Super
hanc petram aedificabo ecclesiam meam.
Id est super fidem dominicae incarnationis
passionis et resurrectionis. Quod vero
civitas in quadro posita est in quat-
tuor evangelistarum ordine super
dominicam incarnationem aedificari
notat ecclesiam per quattuor mundi
partes. sicut dicit: Ab oriente portae
tres. Ab aquilone portae tres. Ab occidente
portae tres. Ab austro portae tres. Et
murus civitatis habens fundamenta
duodecim nomina apostolorum agni.
Et quia quamvis duodecim sunt

ciuitatis misterium per quattuor
mundi partes suscepisse significant.
Quod uero et duodecim portas ita
supra scriptum dixit. ingentes sex
partes expressit. Id est. duodecim
patriarchas filiorum Iacob et duodecim
prophetas. et duodecim apostolos et per
omnem mundum scripta patriarchas
prophetarum et apostolos nomina
plegis et euangelii fidem confluxisse
demonstrat. Et qui loquebatur
mecum habebat mensuram arundi
nem auream. ut metiretur ciuita
tem et portas eius. et murum ciuitatis
In quadro posita est. In arundinem
aurea homines et perfectum ostendit
fragilis quidem sed auream. In arun
dine fragilitatem humanam in
telligimus. In auro uero sapientiam
supra fragilitatem mirum. sicut
apostolus dicit. Thesauros in uasis
fictilibus habentes. Mensura namque
quam dicit perfecte spuliat hoc in omnibus
sanctis intellege. Et quia murum ignis
in circuitu eius dominum esse iam diximus.
In arundine aurea fidem incarnatio
nis domini nostri Ihesu Christi esse dicimus.
qui tamen fragilitatis humane
adsumpsit in exemplo salutis nobis
est factus. Cuius propter puritatem
et in potentiam omni lucidior
metallo extitit corpus. Homo est
sed nullus ei similis inter filios certe
hominum. Ipse solus est. per quam
mensura fidei et sanctae ciuitatis in aeternitatis

ut portarum mensura et altitudo
muri cognoscitur. Et ciuitas in
quadrum posita est. Id est in quadri
~~posita est~~ formi euangelistarum
fide perstat. Tantae latitudinis
quantae et quam longitudinis esse
narratur. Quia nihil in fide eius
in nomine. Nihil additum minu
tus ~~esse~~ ~~praedicatur~~. Et longitudo
eius quanta et latitudo. Et men
sus est ciuitatem stadiorum duo
decim. Longitudo et latitudo. et
altitudo eius aequalia sunt.
Duodenarius ille numerus est decupli
catus. Id est. centum uiginti
animas super quas spiritum sanctum igneis
linguis legimus in unum congregatis
descendisse. cui numero coniuncti
uiginti quattuor seniores fiunt
centum quadraginta quattuor.
Quem numerum si legere et exercitare
uolueris. In quarto libro plenissime
cognoscis. Et hoc arundine quam
corpus Christi esse sentimus. mensus est
in quid ciuitatem super stadia
duodecim. Fides enim Christi et sancti in
aeternitatis patriarchae prophetae duodecim stadia
Id est per apostolorum doctrina et patri
archarum et prophetarum fidem
agnoscitur. et ipsi dicuntur secta
arundine auri mensurata qui eos
imitantur per fidem et operum.
Quia nihil ualet fides nisi fuerit
et opera adiuncta. Qui dicit se
in fide manere et non operatur

facta de nouo non inueniatur.
Et qui operatur et fidem non habet
nisi fidem adiunxerit. in uacuum
et sine causa laborat. Sicut
dicit. Tanta enim erit longitu
do quanta et latitudo eius equaliter
uniuersa. Nihil superfluum nihil
contrarium uenientis repperiatur in terris
Nihil minus inueniatur in eis.
Quod uero dicit duodecim stadia
que finiuntur passibus mille
et quinque stadios quid in secretis
propter intellegentiam numerus iste
contineat uideamus. In psalmis
enim legimus de lege domini. Verbi
quod mandauit in mille gene
rationes. hoc numerum conpu
tator recognoscat. In hoc ergo
numero totius computati pleni
tudo finitur. Vt ostendat omnem
sanctorum plenitudinem septiformis
spiritus sancti fide solidari. Que forma
in ciuitatibus non in specie contine
tur. Dicitur enim spiritus sapientie
et intellectus. spiritus consilii et
fortitudinis. spiritus scientie et
pietatis. et spiritus timoris domini.
Quem septiformem spiritum propheta
de celestibus descendendo magis quam
ascendendo numerabit. et
de sapientia ad timorem descendit.
Et quia scriptum est. Initium
sapientie timor domini. constat
sine dubio quia a timore ad sapien
tiam ascenditur. Non autem a sapi

entia ad timorem redditur. Quia
nimirum perfectum habet sapientia
timorem. et scriptum est.
Perfecta caritas foras mittit
timorem. Propheta ergo qui a cele
stibus ad terrena loquebatur a sapi
entia cepit. et descendit ad timorem.
Sed nos qui a terrenis ad celestia
ascendimus. eosdem gradus ascen
dendo numeramus ut a timore ad sa
pientiam peruenire ualeamus.
In mente etenim nostra. primus ascen
sionis gradus est timor domini.
Secundus. pietas. Tertius. scientia.
Quartus. fortitudo. Quintus. consilium.
Sextus. intellectum. Septimus. sapi
entia. Est enim timor domini in mente.
Sed qualis timor est. si cum eo
pietas non est. qui enim misereri
proximo ignorat. qui conpati eius
tribulationi dissimulat. huius timor
ante omnipotentis dei oculos. nullus est
qui non subleuatur ad penitentiam
ad pietatem. Sepe pietas per in
ordinatam misericordiam errare solet.
Et ea fortasse parcit. pro neglegentia
que parcenda non sunt. Peccata
enim que feriri gehenne ignibus
possunt. discipline sunt flagello
corrigenda. Sed inordinata
pietas. cum temporaliter parcit
ad eternum incendium pertrahit.
Vt ergo uera ordinata sit pietas.
ad gradum est alium ad subleuanda.
Id est. ad scientiam. Vt sciat uel quid

quem in se ctu flagellat et corripit .
ut quid quem in se ctu dimittat .
Sed quid si sciat quid agere quisque
debeat . virtutem vero faciendi
non habeat dignum est ut scientiae
tuae crescat ad fortitudinem .
Ut cum videt quid faciendum sit
hoc facere prevaleat fortitudinem
possit . Nam timorem trepidet et
pavore constrictus non valeat
bona defendere quae sentit . Sed
saepe fortitudo si improvida fuerit
et minus contra vitia circum
specta ipsa sui praesumptione in
periculo ruit . Ascendat ergo
ad consilium ut providendo praemu
niat omne quod facere fortiter
potest . Sed esse consilium non potest
si intellectus ibi non est . quia qui
non intelligit malum quod facientem
gravat . quomodo potest bonum
solidare quod adiuvat . Itaque
a consilio ascendendum est ad intellectum .
Sed quid si intellectus magno quidem
acumine vigilet . et moderari se
nesciat per maturitatem . Ab intellec
tu ergo ascendatur ad sapientiam
ut hoc quod acute intellectus in
venit sapientia mature disponat .
Per hanc septiformem gratiam omnes
sancti per duodecim portas sancte per qua
tuor partes mundi intrare dicun
tur . Idest ab oriente . ab occidente .
ab aquilone et meridie . Per horienta
lem vero portam . primitivus iudaicus
populus ingressus est . de quibus tunc ille
natus est . qui sol iustitiaeque vocatur .
Per aquilonis portam gentilitas figu
ratur . quae in perfidiae suae frigore torpuit .
et in cuius corde ille regnabat .
qui ad destruendum potentiam apud sanctum
ipsum dixit . Ponam sedem meam
ab aquilone . Excludet enim gentes
litate sicut dictum est ad scientiam
culmen concreverunt . Quamvis in
telligi per orientem et aquilonem .
et quum iustos et peccatores . Oriens
quippe non immerito iusti nomi
nantur . qui sicut in luce fidei
per baptismum nati sunt in inno
centia perstiterunt . Per aquilonem
vero recte peccatores accipimus
qui in memoriam frigore delicti sub
peccatis sui umbra torpuerunt .
Sed quia omnipotens dei misericordia et quum
tales ad paenitentiam revocat con
punctione et lacrimis lavat
virtutibus ditat . et usque ad perfectionis
culmen sublevat . Non solum ad
horientem perfectionis centenario
numero . sed et quum ad aquilonem dicun
tur dum cum iustis et quum pecca
tores per donum et paenitentiam ad perfec
tionem veniunt . Ea ergo habere
dicitur portam ab aquilone quem habet
portam ab horientem . quia et con
versi peccatores . sic ditantur
virtutibus sicut illi sunt divites qui
ceciderunt in peccato uiuuerunt .
Unde et psalmiste voce per dominum dicitur .

cinerem sicut panem manducabam : In cinere peccatores dixit : In pane iustos : quia sic paenitentes accipit sicut iustos : Scriptum quidem est de peccatoribus si olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent : Cinis ergo sicut panis commeditur quando ad auctoris sui gratiam peccator per paenitentiam sicut innocens revocatur : Cuncta haec in orientem et aquilonis porta iam dicta sunt. non congruit ut ea exponendo replicemus : Notandum tamen nobis est. quia in spiritali aedificio alter aditur ad orientem alius ad aquilonem. atque alius ad austrum patet : Sicut enim aquilonis frigore peccatores. ita austri calore usum ferventes spiritu designantur qui calorem sancti spiritus accensi velut in meridiana luce virtutibus excrescunt : Patet porta ad orientem. qui post fidem nulla maiorum profunditate demersi sunt. ad gaudia aeterna perveniunt :

Patet porta ad aquilonem. ut hi qui post in cognitionem fidei caloris et luminis. in peccatorum suorum frigore et obscuritate dilapsi sunt. per conpunctionem paenitentiae. ad veniam redeunt. et quae terna in aeterna retributionis vitae ingressum cognoscunt : Patet porta ad meridie. ut hi qui sanctis desideriis in virtutibus ferbent. spiritali intellectu cotidie in aeterni gaudii mysteria penetrent : Inter haec autem quaeri potest cum quattuor huius mundi partes sint. quare aedificio huic non quattuor. sed tres portae esse memorantur : Quod tractatum quaerendum fuerat si non spiritale sed corporale aedificium vidisset : Sancta enim ecclesia id est spiritale aedificium tres solummodo portas habet : videlicet fidem spem atque caritatem : Unum ad orientem. alium ad aquilonem : Porta quippe in oriente est fides : quia per ipsam lux vera nascitur in mente : Porta ad aquilone est spes : quia unusquisque in peccatis positus si de venia desperaverit funditus perit : Unde necesse est. ut qui pravum iniquitatem excaecatus est per spem misericordiae reviviscat :

Porta ad meridiem est caritas. quia igne amoris ardet : In meridiana etenim porta sol in altum ducitur quia per caritatem lumen fidei in dei et proximi dilectione sublevatur : Et in his tribus portis per fidem. et spem atque caritatem ad gaudia sempiterna pervenitur : Haec igitur dixi quia per portam significare dominum vel praedicatores. ut scripturarum sacrarum ut fidem exposui : Et ubicumque iam in hoc libro porta legitur. signare aliud non credatur : Cum enim de una porta diutius loqueretur. recte fides intellecta est. quia una est electorum omnium fides :

Quam uero aliae portae nominantur
Intelligi ora predicatorum possunt
per quorum lingua uera uita cog
noscitur. et per quos accenditur
ad sacramentorum spiritalium
cognitionem. Porro unum stadium
quod centum [illegible] porrigitur
passibus perfectionem sanctorum edoc
ere putatur fidem in centenario
contentae numero. In quadragena
rio autem quadrifidam euange
listarum doctrinam plenissimam
legis decalogum intelligi uoluit
continere. In tribus trinitatis esse
mysterium. Igitur cum stadia
que supra sunt nobis ut duodecim
complentur ad scientiam rationabi
lium mentium intellectum ad
disciplinam fidei dominice sub hoc
numerorum sacramento quod
diximus posse concurrere ut in
ciuitatis dei mensura ualeat
numerari. Similiter quinque stadia
que septigentis quindecim passibus
extenduntur. centies centeni facti
unum ut perfectorum normam in
presenti mundi persistere. ostendere
ebdomada. Si quidem sex diebus
fecit deus celum et terram. et septi
mo requieuit ab operibus suis.
Et septem diebus mundum constare
uidemus. quia dominus in euangelio
de die nouissimo dicit.
Orate ne fiat fuga uestra hieme
uel sabbato. qui numerus
facta. ut septies repetita
centum ostendat omnem sanctorum
plenitudinem in hac ebdomada
qua mundus consistit predicate
fidei sacramento concrescere.
Ter quini autem qui super sunt.
significant in domino nostro ihesu christo
plenitudinem diuinitatis.
Sicut dicit apostolus. In ipso habitat
omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. et ideo quinquies
in tribus diuisis passibus supra hu
manos [illegible] sensus. supra omnem
in[illegible]tellegentiam adsumptum
hominem dominum nostrum ihesum christum
munere demonstrat. Ne quis
presumat exceptionem carnis
consimilem nobis in illo sentire.
Sed ut ipsam carnem supra omnem
dignissimorum corpus. supra
omnem sanctorum intellegentiam reful
sisse cognosceret. quia in ipso
plenitudo diuinitatis est.
Sicut ille dicit. Ego in patre.
et pater in me est. et in quo tanta
unitas est. nihil quo equale
mortalibus. Tamen etsi consequuntur
propter carnis adsumptionem dicatur.
sic supra omnem carnem esse
credendus est. quia dicit apostolus.
Et si nouimus sicut carnem christum.
sed nunc iam non nouimus. Ne forte
hostendentes nos quasi communem
hominem contemplari. [illegible]
[illegible] aurum mundum simile

uitro mundo. Auri namque
metallum nobis est melioris
metallis omnibus claritate fulgere.
Uitri uero natura est. ut exterius
uisum pura. interius perspicui-
tate perluceat. In alio metallo.
quicquid interius continetur
absconditur. In uitro uero. quilibet
licor qualis continetur interius.
talis exterius demonstratur.
Atque ut ita dixerim omnis licor in
uitreo uasculo clausus patet.
Quid ergo aliud in auro ut uitro
accipimus nisi illam supernam
patriam. illam beatorum ciuium
societatem quorum corda sibi in-
uicem. et claritate fulgent. et
puritate translucent. quam Iohan-
nes in hoc apocalipsin conspexerat
cum dicebat. et erat instructura
muri eius ex iaspide. Ipsa uero ciuitas
auro mundo simile uitro mundo.
Quia enim sancti omnes summa in ea
beatitudinis claritate fulgebunt.
Instructa uero adeo dicitur.
Et quia ipsa eorum claritas. uicis-
sim sibi in alternis cordibus patet.
et cum uniuscuiusque uultus adten-
ditur simul et conscientia pene-
tratur. hoc ipsum aurum uitro
mundo esse memoratur. Ibi quippe
uniuscuiusque mentem ab alterius
oculis membrorum corpulentia
non abscondit. Sed patebit
animus corporalibus oculis.

Ipsa etiam corporis armonia. Sicque
unus unusquisque tunc erit conspica-
bilis sibi. Nunc autem corda nostra
quamdiu in hac uita sumus quia
ab altero in alterum uideri non possunt
non in ista uitrea sed in ista lutea
uascula concluduntur. Yapptha
ista. eripe ne deluat. Illuc enim
sancta corda auro uitroque describuntur.
In auro. clara. In uitro. perspicua.
Sed quamuis in ea sancti omnes tanta
perspicuitate perluceant. Christo ad-
aequari non possunt. Ad hoc enim
sancti omnes. ad illa gaudia aeterna per-
ueniunt. ut adeo similes esse possint.
Sicut scriptum est. cum apparue-
rit similes ei erimus. quoniam uidebimus eum
sicuti est. Et tamen scriptum est.
Quis similis deo inter filios dei. Dicimus
ergo unde erunt sancti. similes Christo. et
unde non similes. Nisi quia huic
supieraque et similes erunt ad imaginem.
et tamen non erunt similes ad aequali-
tatem. Aspiciendo quippe aeternitatem
dei facti. ut aeterni sint. Et dum
uisionis eius donum percipiunt. et percep-
tione beatitudinis imitantur quod
uident. Et similes ergo sunt quia beati
fiunt et tamen creatori similes non
sunt. quia creatura sunt. Et ha-
bent itaque quandam dei similitudi-
nem. quia non habent finem.
Et tamen incircumscripti dei aequali-
tatem non habent. Quia habent
circumscriptionem. Quantum libet

Quantum liber sancti claritate et expres
picturae fulgeant. Aliud est
homines esse sapientes in deo atque
aliud est esse hominem sapientiam
dei. Quam profecto sapientiam
ille utrique agnouit qui mediato
ris dei et hominum aliquem compu
tare scilicet minime presumpsit.

Et mensus est murum eius centum qua
draginta quattuor cubitorum mensu
ra hominis que est angeli. In ipso
nunc muro nobis intento inspiciendum
mensura est. Murus enim ciuitatis
huius dominus noster Ihesus Christus est. Quod men
sus est mensura hominis id est Christi
quia ad protectionem scilicet ad mo
nimen totius beatitudinis homo
proficit adsumptus. Ideo mensura
ipsa hominis que est angeli dicitur
quia ipse est angelus testamenti
de quo dicitur: Veniet repente in
templum suum dominus. quem uos queri
tis. et angelus testamenti quem uos
uultis. Quod in centum XLIIII cubitis
altitudo eius erigitur. quid sacra
menti contineat uideamus.

Centum enim decadibus decem colligitur
ad pueris decorum eminentia. Unde
omnem plenitudinem scilicet omnem que
iustitiam que completione decalogi. et
euangelii uicinio consummatur
in decore domini nostri Ihesu Christi continen
ter beatissime demonstratur.

Nunc uero que prolixe diximus aperte
et breuiter declaremus. Ciuitatem uero
quam dicit auro et pretiosis splen
dere lapidibus et plateam stratam.
et flumen per medium et uite lignum
ex utraque parte facientis fructus duo
decim. per duodecim menses. et solis
lumen ibi non esse quia agnus est
lux eius. et portas eius de singulis mar
garitis et tamen portas et quattuor
partibus excludi non posse.

INTERPRETATIO

Ciuitatem quadratam. scilicet adu
natam turbam ostendit. in quibus nullo
modo fides fluctuare potuit. sicut
a Noe precipitur ut de quadratis
lignis faciens archam que diluuium possit
impetus ferre. Pretiosos lapides.
fortes in persecutione uiros ostendit.
qui nec potestatem persecutorum
mouerunt nec impetu pluuie a uera
fide dissolui potuerunt. Propter et
aurum mundum sociatur. et quibus
regis magni ciuitatis decoratur.

Platea uero eorum ostenditur corda
ab omnibus mundata sordibus. ubi
deambulet dominus. Flumen uero uite
spiritalis natiuitatis currere gratiam
ostendit. Lignum uite ex utraque ripa
Christi secundum carnem ostendit aduenientem
uenturum. et passurum uetus lex
predixerat. et euangelium manifes
tatur. Fructus uero duodecim
per singulos menses. duodecim apostolorum
diuersa gratia ostenduntur. quem
ab uno ligno crucis suscipientes pro toto
fine consumptos. uerbi dei predicatione

suggeratur. Et quia dicit In ciui
tatem solem non esse necessarium
euidenter hoc ostendit creatorem lumi
num Inmaculatum fulgere In me
dio eius cuius splendorem nullus poterit
sensus cogitare. nec lingua proloqui.
Et quattuor partibus portas quod
dicit ternas esse portas et singulas
margaritas. ostendunt habitatores
esse quattuor uirtutes. prudentiamque.
Fortitudinem. Iustitiamque et tempe
rantiamque. quae inuicem sibi etenim eadem
mutuo miscentur. duodenarium
efficiunt numerum. portae uero xii apostolorum
esse credimus numerum. quia In iiii uirtu
tibus et praetiosis margaritis fulgentes
In ecclesiis lumen doctrinae suae manifes
tantes ad ciuitatem sanctorum Ingredi
faciunt. Vt de conuersatione eorum
angelorum laetentur cori. quod uero
dicit non posse claudi portae euidenter
ostenditur nulla contradictionum
tempestate apostolorum doctrinam sepu
turi et quamuis fluctibus gentium ac
hereticorum In sua suppressatione
dum ad fidem ueram fuerint sepu
ltae. eorum spume dissolbuntur.
quia petra xps est. a quo et per quem ecclesia
fundatur nullis fluctibus Insanien
tium hominum superatur. Ergo ut
supra diximus audiendi non sunt qui
mille annorum regnum terrenum ecclesiae esse
non pertimuntur. qui cum cerintho
heretico sentiunt. Et folia ligni In
curationem gentium. hoc ostendit

plenius ubique sit ista ciuitas.
Non enim post mundum aliqua generatio
curabuntur. Folia ligni uitae uita est
de cruce. quod praefigurabatur In primis
hominibus qui de foliis arborum nuditatem
suam tegere temptauerunt. Et omnis
languor non erit adhuc. Sic et Innumerus
praedicatum est. non erit gemitus In lucob.
neque uidetur dolor In isthit. Dominus est cum eo
praeclara principium In eos. Deus qui electa
de mundi istius et spatio sicut ecclesia uniuersa
et neque Infirmitates erunt In lucob et isthit.
Sequitur et dicit. Non enim erit augurium
In lucob neque diuinatio In isthit. Vtique
In ecclesia non erunt Idola. quia nox dia
bolus praeterita. et Ignorantia caritatis
habuit. et dies xps adpropinquabit.
Tronus dei et agni In ea erit. Tronus dei
sedis dicta. Ideo ecclesia. psalmista adest
tunc qui ait. Sedis autem dei In sanctis sancti
tatis quomodo et uirgo In sanctis. Et serui eius
seruient ei. et uidebunt faciem eius. Simi
liter ut nunc et In aeternum. sicut dominus
dicit. qui me uidit. uidit et patrem.
et felices mundo corde. quoniam Ipsi deum uidebunt.
Et nomen eius In frontibus eorum. et nox non erit
amplius. et non egebunt lumine lucernae
neque lumine solis quoniam dominus deus Inluminat
eos et regnabunt cum eo In secula seculorum.
Omnia haec a domini passione coeperunt
permiscendo uerumque tempus
praesentem et futurum.

EXPLICIT EXPLANATIO CIVI
TATIS IERUSALEM.

INCIPIT STORIA FINIS HUIUS LIBRI.

In hoc fine libri Iohannem dicit cecidisse ad pedes angeli gratias agens pro qua re tanta ei ostenderat. Significans quod cui dominus sacramenta scripturarum ostendit humilis ad pedes angeli id est eius scripture nuntii in exemplo aliorum primus cadere debet. Et utique angelus nuntius dicitur et scripture nuntius est et angelus nuncupatur. Sic enim in gestu legitur lectio sancti evangelii. eu bonum dicitur. angelum adnuntiationem. quod latine dicitur sub uno bona adnuntiatio.

Iohannes vero qui ad pedes angeli cecidit homo erat. et omnes sanctos significabit. Iste angelus specialiter angelus erat in quo dominus presidens loquebatur. qui et nunc per sacerdotes loquitur. Quia omnes servi dei reges et sacerdotes dicuntur. Sicut scriptum est. Lavit nos a peccatis nostris et fecit nostrum regnum sacerdotes deo et patri suo ipsi gloria in secula seculorum.

In hoc fine libri hos sacerdotes die noctuque mandat adnuntiare et penitentiam per populo predicare. et in duobus civitatibus. id est. dei et diaboli. uni gaudium alteri supplicia aperte nuntient. cito adventurum et hec verba vera et fidelissima esse et non iam clausa sicut in primo dixerat parte. Signa que locuta sunt septem tonitrua. iam hic in ultimo libro dicit ne signaveris. Ac si diceret. et si ante non cognoverunt. in finem mundi cognoscunt.

Ecce iam finis mundi est. et dominus cito veniet et unicuique secundum opera sua reddet. et omnes malos a sua civitate expellet. et omnibus qui hunc librum non observaverint. fecerint ut crediderint. et que in eo scripta sunt si quis intellegens non adnuntiaverit. eum de libro vite cum maledictione expellet et damnaturus iudicabit.

Sicut nunc per totum apertissime declarabit. HIC PRIMA STORIE.

K Et dixit mihi sermones hii fideles et veri sunt. et dominus spiritum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito. Ecce venio cito. Beatus qui servat sermones prophetie libri huius.

Et cum audissem et vidissem eum cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi ostendebat hec.

Et dicit mihi conservus tuus sum et unus fratrum tuorum. servantium sermones libri huius. deum adora. Et dixit mihi. ne signaveris verba prophetie libri huius.

Tempus enim proximum est. Qui in iustus est. iniuste faciat adhuc. Et qui sordidus. sordidescat adhuc.

Ecce venio cito. et merces mea mecum reddere unicuique sicut opus eius erit.

Ego A. et ω. primus et nouissimus
Initium et finis. Beati qui seruant
mandata mea. ut sit potestas eorum
sup lignum uite. et portas intrent
in ciuitatem sanctam. Foris canes et
benefici. et fornicarii. et homicide.
et idolorum cultores. et omnis amans
et faciens mendacium. Ego ihs
misi angelum meum testificari
uobis hec in ecclesiis. Ego sum radix
et genus dd. stella splendida matu
tina. Et sps et sponsa dicunt ueni.
Et qui audit. dicat ueni. Et qui
sitit ueniat et accipiat aquam
uite gratis. Testor ego omnem
audientem sermones prophetie libri
huius. Si quis adposuerit ad ea. ad
ponet ds sup eum plagas scriptas
in libro hoc. Et si quis demserit
de sermonibus prophetie huius dem
et ds partem eius ligni uite. et ci
uitatem sanctam scribtorum. In libro
hoc dicit qui testificatur hoc.
et quidem uenio cito. Ueni dne ihu xpe.
Deo gratias. Gratia dni nri
ihu xpi cum omnes.

Hec supra scripta sentia maxime
ita sonat simpliciter. et secundum
litteram intellegendum est. quia iam
supra cuncta explanata sunt.
Et congruum non est. ut et generel
ita recto exponentes diximus. sepius
explicemus. Sed aliqua ex his
clausa uidentur. que curiatim uite
exponimus. Precetteris finis libri in
quo maledictionem sonuisse cogno
scimus ne quod ubi ita simpliciter
simpliciter intellegendo erroris
pugnantur scandalum. ut dispe
ratonis lapsum incurrant.
Uaguen hic male dicit. si non
cognouerint quid sit. ut recto eruntiter
deuiuntes offendunt.

EXPLICIT.


UBI IOHANNES
EPHESO
SMIRNA
PERGAMU
SARDIS
FILADELFIE
LAUDOCIE

INCIPIT BREVIS EXPLANATIO SUPRA SCRIPTE STORIAE

Angelum quem dicit cunctam Iohanni ostendere, cui Iohannes adoraturus ante pedes cadebat, certissime angelus erat. In initio libri dixerat: Ipse angelus cum Iohannes ante pedes eius caderet tamquam mortuus, dicit inposuisse se manum suam dexteram super eum, et audiebit: noli timere: ego sum primus et novissimus et fui mortuus, et ecce sum vivens in secula seculorum.

Postea vero ante pedes eius angeli cecidisse memoratur; et hoc in decimo libro planissime explanavimus. Dicit enim: cum cecidi ante pedes eius ut adorarem eum, et ait mihi:

Vide ne feceris: conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Ihesu; Deum adora. In initio libri dixerat: Ego sum primus et novissimus et fui mortuus. In decimo vero libro dicit: Conservus tuus sum et fratrum tuorum, et habentium testimonium Ihesu. Hic autem in finem libri dicit: Cum audissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi ostendebat haec, et dixit mihi: conservus tuus sum et fratrum tuorum, et servantium sermonem libri huius; Deum adora. Quod supra dixerat, repetit. Ostendit angelum missum esse in figura Domini Christi, cum et ibi dicit: Ego sum Ihesus, misi angelum meum testificare haec in ecclesiis.

Nam testimonium Ihesu est spiritus prophetie. Quicquid enim spiritus Dei prophetie dixit, testimonium est Ihesu: quia habet Ihesus testimonium a lege et prophetis. Sic enim lector ex voce Domini in ecclesia legit: Ego sum Dominus Deus tuus; qui cum haec dicit, non propter se, sed pro Domino dicit; et tamen quasi propter se dicit, et veritatis regulam non deserit. Ita intellegendum est dixisse angelus Iohanni.

Quod autem dixit: ne signaveris verba prophetie huius, duobus locis duobus modis intellegendum est. Supra in quinto libro dictum est: signa que locuta sunt septem tonitrua, et ne ea scripseris; hic vero in fine libri dicitur: Ne signaveris verba prophetie libri huius. Tempus enim proximum est. Qui iniustus est, iniuste faciat adhuc, et sordidus sordidus adhuc. Isti sunt propter quos dixerat: Signa que locuta sunt septem tonitrua. Ac si diceret: Legunt in libros et non intellegunt, quia in sordibus vivunt. Deinde dicit: Iustus iustitiam faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc. Isti sunt propter quos hic in finem libri dixit: Ne signaveris verba prophetie huius. Ac si aperte diceret: Isti legunt libros et intellegunt, et quod intellexerint faciunt, quia iusti sunt; id est, sine malitia sunt et innocentes sunt.

et in sordibus crescunt adhuc.
Item e contrario. sordidi propter quod te.
in sordibus uiuunt legentes non in
telligunt. sed in sordibus crescunt.
Et impietatem suam complent
adhuc in eo quod uiuunt. Aliter
autem haec intellegenda sunt de initio
ecclesiae et fine. In priori parte quod
dicit signa quae locuta sunt septem
tonitrua et in fine libri praecepit
dicens. ne signaueris uerba prophetiae
huius. significabit quia quicquid
in sanctae ecclesiae initiis latuit. finis
cotidie ostendit. Sicut unius
cuiusque hominis sic ecclesiae aetas
describitur. Paruula quippe tunc
erat cum in natiuitate tacens.
uerbum uitae praedicare non poterat.
Adulescentula uero ecclesia dicitur
sicut scriptum est. Adulescentulae
dilexerunt te. Uniuersae quippe ecclesiae
unam catholicam faciunt.
adulescentulae uocantur. Non iam
uetustate per culpam. sed nouellae
per gratiam. Adulta uero ecclesia
dicitur quando dei uerbo copulata
et sancto repleta spiritu. per praedicationem
in fratrum in filiorum conceptione
fecundatur. quia quos exortando
et praedicando concipit. conuertendo parit. quos per praedicationem
salutis tunc concipit. et eum
ad paenitentiam puplice ut uterina
conuersos parit. *Quod uero
seruantibus beatis potestatem
sup lignum uitae dare. et portas
in ciuitatem scilicet intrare pro
mittit.* Ipsi sunt qui per illas
portas ingrediuntur. Id est
patriarcharum. prophetarum.
et apostolorum et omnium sanctorum
per quorum exempla ad unam portam
ueniunt quae est dominus ihesus christus.
Et ipsi sancti sunt portae. et ipsi ecclesia.
et ipsi sancta ciuitas hierusalem.
Per portas has non intrat mendicum. nisi solum uictus.
quia mendacibus clausae sunt.
Item signatus est liber. Item
signata sunt septem tonitrua.
De quibus sequitur et dicit. Foris
canes et benefici. et fornicatores.
et homicidae. et idolorum cultores.
et omnis amans et faciens mendacium. Isti per has portas non
ingrediuntur. et istae portae odie
sunt quia hora praedicatorum
sunt et per ipsorum praedicationem
ad uitam beatam ingredimur.
Et a qui nobis praedicunt uerbis. et in
opere ostendunt exemplis. hoc audiendo. et sequendo. portas habemus.
Item e contrario mali doctores. portae
inferni sunt. quia per eorum uitam
uel doctrinam qui eos obaudiunt
et imitantur non ad ciuitatem
caelestem. sed ad ciuitatem diaboli
ueniunt. et in inferno supplicio
merguntur et his uero utrisque portis
ciuitatis dei et ciuitatis diaboli

aperte sunt. et die et nocte non
clauduntur. Id est die et nocte predi
cant. In die predicant sancti qui
in lumine sunt. id est in sapientia
sunt. De qua dictum est. hic est
dies quam fecit dominus. exultemus et
iocundemur in eo. In nocte predi
cant hypocrite. heretici. scismatici
et pseudo sacerdotes. qui non pro
lucro animarum. sed pro suo lucro
honores concupiscunt et in ignoranti
ae cecitatis ambulant. Ipsi por
tis apertis in nocte dicuntur.
Quia sicut sapientiam diximus lumen
ita ignorantiam dicimus tenebras.
Propter ipsos dicit dominus. Foris canes.
Canes dicuntur. quia quasi gregem
dominicum servare videntur. et mentiti
canes. quia post fidem baptismi
gratiam. ad vomitum peccatorum
suorum revertuntur. et super hec
mala scripturas interpollant.
ut omnes ad suam vitam sordidam quasi
predicando adducant. et non secundum
veritatem predicant sed secundum quod vivunt.
Quia unusquisque legit ita intellegendo
sensum invenit. ubi videndo oculum
cordis aperuerit. et ubi cor suum est
ibi et thesaurum cordis sui. Semper enim
ipse et sponsa dicunt veni. utique ipse
et sponsa cupit suo quia sponsa
ecclesia est. qui semper clamat venite
filii audite me timorem domini docebo vos.
Venire enim credere est. et qui sitit
veniat. et accipiat aquam vite

gratis. Id est qui voluerit veniat credat
et baptizetur in nomine patris et filii et spiritus
sancti et non solum in aqua. sed et aquam
in more christi qui audiunt quamvis non
omnes legunt. quibus ita dominus dicit.
Testor ego omnium audientium sermones
prophetie libri huius. Si quis addiderit
ad ea. addat deus super eum plagas
scriptas in libro hoc. Dicit qui testi
ficatur hoc. Cuncta sunt gesta et
et sive bona sive mala in hoc libro
scripta sunt. Ibi suppliciorum penarum.
ibi gaudium sempiternum. Testes sunt
ipsi librorum scriptores. qui legem et
evangelium testificant domino Ihesu Christo
qui est testis fidelis. Maledictus vero
addendo et minuendo verba prophe
tie huius. quos supra canes et
veneficos diximus. Propter ipsos hec
maledictio est. et hec propter ipsos
insulsatores dixit. non pro eos
qui simpliciter quod sentiunt
dicunt. In nullo prophetia mutant
ita. sed verba eorum fide et opere
sunt plena. Ipsis dominus dicit.
Etiam venio cito. et illi dicunt.
Veni domine Ihesu Christe. Deo gratias.
Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus.

EXPLICIT CODIX APOCALIPSIN

DUODENARIO ECCLESIARUM NUMERO

ITA DUODENARIO ORDINE LIBRORUM

INCISIONE DISTINCTO.

Codix multorum librorum est.
et liber est unius uoluminis.
Et dictus codix per translationem
a corticibus arborum. Seu uitium
quasi caudix. quod ex se multitu-
dinem librorum. quasi ramorum
contineat. Volumen liber est
a uolbendo dictus. sicut apud
ebreos uolumina legis. uolumina
prophetarum. Folia autem librorum
appellantur. siue ex similitudine
foliorum arborum. seu quia ex
follibus quibus occisis pecoribus detrahi
solent. cuius partes. pagine dicuntur
eo quod sibi inuicem conpingantur.

EXPLICIT DEO GRATIAS

Auctores mei	genitor	mihi pater est	ego illi	filius	illa filia
Patris mei	pater	mihi avus est	ego illi	nepos	illa neptis
Patris mei	avus	mihi proavus est	ego illi	pronepos	illa proneptis
Patris mei	proavus	mihi abavus est	ego illi	abnepos	illa abneptis
Patris mei	abavus	mihi atavus est	ego illi	adnepos	illa adneptis
Patris mei	atavus	mihi tritavus est	ego illi	trinepos	illa trineptis
DE PATRUIS					
Patris mei	frater	mihi patruus	ego illi	fratris filius	illa filia
Patris mei	pater	mihi patruus magnus est	ego illi	filii fratris filius	illa filia
Patris mei	avus	mihi propatruus est	ego illi	filii nepos	illa neptis
Patris mei	proavus	mihi adpatruus est	ego illi	neptis filius	illa filia
DE AMITIS					
Patris mei	soror	mihi amita est	ego illi	fratris filius	illa filia
Amitae meae	mater	mihi amita magna est	ego illi	filiae fratris filius	illa filia
Amitae meae	avia	mihi proamita est	ego illi	neptis filius	illa filia
Amitae meae	proavia	mihi abamita est	ego illi	neptis nepos	illa neptis
DE AVUNCULIS					
Matris meae	frater	mihi avunculus est	ego illi	sororis filius	illa filia
Avunculi mei	pater	mihi avunculus magnus est	ego illi	filii sororis filius	illa filia
Avunculi mei	avus	mihi proavunculus est	ego illi	filii nepos	illa neptis
Avunculi mei	proavus	mihi abavunculus est	ego illi	neptis filius	illa filia
DE MATERTERIS					
Matris meae	soror	mihi matertera est	ego illi	sororis filius	illa filia
Materterae meae	soror	mihi matertera magna est	ego illi	sororis nepos	illa neptis
Aviae meae	soror	mihi abmatertera est	ego illi	sororis pronepos	illa proneptis
Proaviae meae	soror	mihi promatertera est	ego illi	neptis filius	illa filia

heredis nomen inposita census
aeris solueret. Nam tributum
uectoris. In hoc enim uocabulo
prima successio est hereditatis
et generis ut sunt filii et nepotes.
Proheres est qui loco heredis
fungitur quasi pro herede.
Est enim aut institutus aut
substitutus. Pater est a quo
initium nascitur generis. Itaque
his pater familias uocatur.
pater autem dicitur eo quod
patratione peracta filium procreet.
patratio enim est rei ueneriae
consummatio. Lucretius. et bene
patrata patrum. Genitor
autem a gignendo et parens quasi
pariens. Idem et creator.
crementum enim est semen
masculini. unde animalium
et hominum corpora concipiuntur.
hinc creatores parentes dicuntur.
Mater dicitur quod exinde
efficiatur aliquid. mater enim
quasi materia. nam causa
pater est. Pater familias autem
dicitur quod hominibus in familia
sua positis seruis cumquam
pater filiis paterna dilectione
consulit. seruorumque
condicionem a filiorum affectu
non discernit. sed quasi unum
membrum amplectitur. hinc
dum contractum est nomen patri
familias. qui autem inique
dominantur in seruis hoc se nomine
nequaquam reputant appellari.
Mater familias inde uocari
quia per quandam iuris sollemni
tatem in familiam transit mariti.
Tabulae enim matrimoniales in
strumenta emptionis suae sunt.
Alia sicut matrona est mater
primi pueri id est quasi mater nati.
Alii mater familias illa est quae
pluries enixa est. nam familia
ex duobus esse incipit. Auus patris
pater est. ab euo dicitur id est
ab antiquitate. Proauus aui
pater est quasi prope auum.
Abauus proaui pater. iam longe
ab auo. Atauus abaui pater.
Tritauus ataui pater quasi tetrauus.
id est quartus super abauum. Sed
tritauus ultimum cognationis
nomen est. familia enim oritur
a patre terminatur in tritauo.
Filius et filia a familia dicti sunt
ipsi enim primi in ordine nascendi
eorum consistunt. unde et cornelii
a familia stirpis ipsa omnis
a cornelio orta. Familia autem
a femore. ex femore enim genus
et stirpis hos tenditur. nam familia
pro seruis abusiue non proprie
dicitur. Stirps ex longa generis
significatione uocatur. Genitus
dicitur quia generatus unde et

unde et p. q. scribitur.
suboles quod substitutio sit generis.
Quadripartitus est autem ordo filiorum.
id est unigenitus. primogenitus.
medius. novissimus. Primogenitus
ante quem nullus. unigenitus
post quem nullus. medius inter omnes.
Novissimus post omnes. idem et minimus
a monade. novissimus autem propter
quod novus quia ceteri precedendo
antiqui esse ceperunt. Quattuor
etiam modis filii appellantur. natura
imitatione adoptione doctrina.
Natura velut cum dicuntur filii
abrahe iudei. Imitatione ut ipsius
abrahe fidem imitantes ex gentibus
dicitur in evangelio. Potens est deus
de lapidibus istis suscitare filios
abrahe. velut sicut eosdem iudeos
dominus filios esse dicit diaboli a quo
non nati sed quem fuerunt imitati.
Adoptione quoque ad humanam
consuetudinem nullus liceat nescire
ut sicut nos deo non natura sed ad
optione dicimus pater noster qui es in celis.
Doctrina sicut apostolus filios suos
appellat eos quibus evangelium
predicavit. Filii autem ideo in legibus
liberi appellantur. ut isto
vocabulo secernantur a servis
quia sicut servus in potestate est
domini sic filius in potestate est patris.
Inde etiam filio fit emancipatio
ut sit liber a patre sicut fit
servo manu missio ut sit liberatus

a domino. Item liberi dicti qui ex libero
sunt matrimonio orti. nam filius ex libero
et ancille servilis condicionis sunt.
Semper enim qui nascitur deteriorem parentis
statum sumit. Naturales autem
dicuntur ingenuarum concubinarum filii
quos sola natura genuit non honestas
coniugii. Idem et pueri a pube. Adoptivus
filius est qui aut patri suo aut avo
aut proavo cuius potestate est per mancipa
tionem est traditus in alienam potestatem.
qui veteribus fit tamen ut fabius emilius
ut scipio paulinus. Gemini sunt non duo
tantum simul nati. sed etiam plures. de
geminis autem uno abortivo alter qui legitime
natus fuerit vocatur vopiscus nominatur.
Postumus eo quod post humationem
patris nascitur id est post obitum iste
et defuncti nomen accipit. sic enim
lex voluit ut qui defuncto nascitur
defuncti nomine appelletur. Nothus
dicitur qui patre nobili et matre ignobili
gignitur. sicut ex concubina. est autem hoc
nomen grecum et in latinitate deficit.
Huic contrarius spurius qui de matre nobili
et patre ignobili nascitur. item spurius
patre incerto matre vidua genitus
velut tantum spurii filius quia muliebrem
naturam veteres spurium vocabant.
ἀπὸ τοῦ σπόρου hoc est seminis non patris.
nam eosdem et fabonios appellabant qui
quedam animalia fabonio spiritu assueto
concipere existimantur. Unde et hi
qui non sunt de legitimo matrimonio matrem
potius quam patrem sequuntur. Latine

autem spurii quasi extra puritatem
vel quasi inmundi. Nepos est qui ex filio
natus est. dictus autem nepos quasi
natus. Primum enim filii nascitur.
deinde nepos. Gradus enim substitu
tionis est hic et posteritatis quasi posteri
tatis. nepos autem utriusque sexus est. nam
nepotes dicimus. Inter est propter discretionem
successionis admissum. Pro
nepos est qui ex nepote conceptus natus
que est. dictus pronepos quasi natus
porro post. Ex hoc quoque gradu
incipit vocari et progenies quasi post
genita. Nam filii et nepotes non sunt
progenies quia non est in eis longa
posteritas. Sicut autem inferius longe
edita progenies dicuntur. Ita superius
proavi atavi qui et progenitores
appellantur quasi porro generantes.
Pronepos dicitur qui prope nepotem.
Abnepos qui se iungitur a nepote. est
enim inter illum et nepotem pronepos.
Trinepos adnepotis filius qui post
nepotem quartus in ordine est quasi
tetrinepos. Minores autem non
dicimus nisi quotiens gradum deficit
nomen ut puta filius. nepos. pronepos
abnepos adnepos. trinepos. ubi hi sunt
gradus et deficiunt. merito iam
dicimus minores sunt et maiores dicimus
post patres. avi. proavi. abavi.
atavi. tritavi. quod vocabulum

agnati dicti eo quod accedunt pro natis
dum desunt filii qui ideo prius ingeritur(?)
agnoscuntur qui veniunt patrili
sexus personae velut frater eodem patre
natus ut fratris filius nepos ut ex eo
patruus. Cognati dicti quia et ipsi
propinquitate cognationis coniuncti
qui inde post agnatos habentur.
quia per feminini sexus personas veniunt
nec sunt agnati sed alias naturali iure
cognati. Proximi propter proximitatem
sanguinis appellati. Consanguinei
vocati eo quod ex uno sanguine id est ex uno
patris semine nati sunt. nam semen
viri spuma est sanguinis ad instar
in scopulos(?) quae aquas spumam candidam
facit ut sicut vinum nigrum quod in calice
agitatum spumam albentem reddidit.
Fratres dicti eo quod sint ex eodem fructu.
id est ex eodem semine nati. Germani
vero de eadem genetrice manantes
non ut multi dicunt de eodem
germine quorum iam fratres vocantur. ergo
fratres ex eodem fructu. germani ex eadem
genetrice manantes. Uterini vocati
quod sint ex diversis patribus et uno
utero editi. nam uterus tantum mulieris
est. Quattuor autem modis in scripturis
divinis fratres dicuntur. Natura gente
cognatione affectu. Natura
ut Esau et Iacob. Andreas et Petrus.
Iacobus et Iohannes. Gente ut omnes
iudei fratres inter se vocantur in deutero
nomio. Si autem emeris fratrem tuum
qui est ebreus et upsalt obtaubum

In quid ego anathema esse a xpo
pro fratribus meis qui sunt cognati
mei secundum carnem qui sunt israhelitae.
Porro cognatione fratres uocantur
qui sunt de una familia id est
de patria quas latini paternitates
interpretantur quia ex una radice
multa generis turba diffunditur.
ut in genesi. Dixit abraham
ad loth. Non sit rixa inter me
et te et inter pastores tuos et
pastores meos quia omnes fratres nos sumus.
Et certe loth non erat frater abrahe.
sed filius fratris eius aran. Quarto
modo affectu fratres dici qui in duo
scinduntur spiritale et commune.
Spiritale quia omnes xpiani fratres uocamur.
ut ecce quam bonum et quam
iucundum habitare fratres in unum.
In commune quia et omnes homines
ex uno patre nati. pari inter nos
germanitate coniungimur.
scriptura loquente. Dicite his qui
oderunt uos fratres nostri estis.
Germana item intellegitur ut
germanus eadem genetrice manans.
Soror autem ut frater. nam soror est
ex eodem semine quod solum cum
fratribus in sorte agnationis habeatur
Fratres patrueles dicti eo quod patres
eorum germani fratres inter se fuerunt.
Consubrini uero uocati quia
ex sorore et fratre aut ex duobus
sororibus nati quasi consubrini.
Fratrueles autem matertere filii sunt.

Subrini consubrinorum filii. Illus.
gradum est. Patruus frater patris est
quasi pater alius. unde et moriente
patre pupillum prior patruus
suscepit et quasi filium lege tuetur.
Auunculus est matris frater. cuius nomen
formam diminutiui habere uidetur.
qui ab auo uenire monstratur.
Amita est soror patris. quasi mater
altera. matertera est soror matris.
quasi mater altera. Socer est
qui filiam dedit. Gener est qui
filiam duxit. gener autem dicitur.
quod adsciscatur ad augendum
genus. Socer autem et socrus
quod generum et nurum sibi
adsociant. Uitricus est
qui uxorem ex alio uiro filium uel
filiam habentem duxit et dicitur
uitricus quasi nouitricus quia
a matre superducitur nouus. Priuignus
est qui ex alio patre natus est et pri
uignus dici putatur quasi priuigenus
quasi prius genitus. unde et
uulgo antenatus. Uocabula
a genere haec uidentur declinata.
genitor. genetrix. agnati. agnatae.
cognati cognatae. Progenitores
Progenitrices. Germani. Germanae.

IN NOMINE DOMINI IHESU CHRISTI INCIPIT EXPLANATIO DANIELIS PROPHETE AB VICTORE BEATI HIERONIMI. INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO DANIELIS

Contra prophetam danielem duodecimum librum scripsit porfirius. nolens eum ab ipso cuius scriptus est nomine esse conpositum sed a quodam qui temporibus antiochi qui appellatus est epifanes fuerit in iudea. et non tam danielem uentura dixisse. quam illum narrasse praeterita. Denique quicquid usque ad antiochum dixerit. ueram historiam continere. Siquid autem ultra opinatus sit. quia futura nescierit esse mentitum. Cui sollertissime responderunt. eusebius caesariensis episcopus tribus uoluminibus octauo decimo et nonodecimo et uicesimo. Apollinaris quoque uno grandi libro hoc est uicesimo sexto. et ante hos ex parte metodius. Verum quia nobis propositum est non aduersarii calumniis respondere quae longo sermone indigent. Sed ea quae a propheta dicta sunt nostris disserere. Id est christianis. illud

prefatione commoneo. nullum prophetarum tam aperte dixisse de xp̄o. Non solum scribit eum esse uenturum quod est commune cum ceteris. sed quo tempore uenturus sit docet. et reges per ordinem digerit et annos enumerat. ac manifestissima signa prenuntiat. quę quia uidit porfirius uniuersa completa. et transacta negare non poterat superatus storię ueritatem in hac prorupit calumniam.

Ut ea quę in consummatione mundi de antixp̄o futura dicuntur. propter gestorum in quibusdam similitudinem sub antiocho epifane impleta esse contendat.

Cuius inpugnatio testimonium ueritatis est. tanta enim dictorum fides fuit ut propheta incredulis hominibus non uideatur futura dixisse sed narrasse preterita. Et tamen sicubi se occasio in explanatione eiusdem uoluminis dederit. calumnię illius strictim respondere conabor. et philosophię artis immo malitię sęculi per quam subuertere nititur ueritatem. et quibusdam prestigiis clarum oculorum lumen auferre. explanatione simplici non eruere. Iamque obsecro uos pammachi. φιλομαθε et marcella unicum romę sanctitatis exemplar lucitę sanguine. ut coniuuetis meas orationibus adlubentes. et dn̄s nr̄ saluator procuratu suo suo sensu meo ore respondeat.

Qui loquitur ad prophetam. aperi os tuum et adimplebo illud. Sicut enim cum adprehensi fuerimus ante iudices et tribunalia. monet ne cogitemus quid respondere debeamus. quanto magis contra aduersarios blasfemantes sua poterit bella bellare. Unde et capitulum plurimi illud ebraicum quod in titulis ponitur lum en esse pro quo septuaginta transtulerunt in finem. magis pro uictoria continentia uertila enim interpretatur est. ΤΩΝΙΚΟΠΟΙΟ. hoc est ei qui prebet uictoriam. simul et ΤΟΝΙΚΙΟΝ. quod proprie triumphum palmamque significat. Sed et hoc nosse debemus inter cetera porfirium in danielis librum nobis obicere.

Id circo illum apparere confictum nec haberi apud ebreos. sed graeci sermonis esse commentum. quia in susanne fabula contineatur dicente daniele ad presbiteros. ΑΠΟΤΟΥ CΧΙΝΟ CΧΙCΗ CΟ ΕC ΚΑΙ ΑΠΟΤΟΥ. ΠΡΙΝΟΥ ΠΡΙCΗ CΕ quam et ο ινα οσιανι. magis greco sermone quam ebreo. Cui et eusebius et apollinaris pari sententia responderunt susanne belis que et draconis fabulas non contineri in ebraico. sed partem esse prophetię abbacuc filii ihu de tribu leui. sicut iuxta septuaginta interpretes in titulo eiusdem belis fabule ponitur.

Homo quidam erat sacerdos nomine
daniel filius abda . conuiua regis
babilonis . quem danielem et tres
pueros de tribu iuda fuisse sancta
scriptura testatur . Unde et nos
ante annos plurimos quum uerte
remus danielem has uisiones obolo
praenotauimus . significantes eas in he
braico non haberi . et miror quosdam
ΜΕΜΨΙΜΟΙΡΟΥΣ indignari mihi
quasi ego decurtauerim librum .
quum et origenes et eusebius et
appollinaris . aliique ecclesiastici uiri
et doctores greciae . has ut dixi
uisiones non haberi . apud ebreos
fateantur . nec se debere respondere
porfirio pro his que nullam scripturae
sanctae auctoritatem prebeant illud
quoque lectorem admoneo danielem
non iuxta septuaginta interpretes .
sed iuxta theodotionem ecclesias legere .
Qui utique post aduentum christi incre
dulus fuit . licet eum quidam dicant
ebionitam . qui altero genere iudaeus
est . Sed et origenes de theodotionis
opere in editione uulgata asteriscis
composita docet defuisse que addita
sunt et rursum quaedam uersus
obelis praenotabit superflua quoque
designans . quumque omnes christi ecclesiae .
tam grecorum quam latinorum syrorumque
et egyptiorum hanc sub asteriscis
et obelis editionem legant . Ignos
cant inuidi labori meo . qui uolui
habere nostros quod greci in aquile
et theodotionis ac simmachi editionibus
lectitant . et si illi interpretes
diuitias doctrinarum non contem
nunt scaudica omnium iudeorum .
quur latina pauperitas despiciat
hominem christianum cuius ut opus
displiceat certe uoluntas recipi
enda est . Uerum iam tempus est
ut prius prophetae uerba texamus .
Non iuxta consuetudinem nostram
proponentes omnia . et omnia disse
rentes ut in xii prophetis fecimus sed breuiter
et per interualla et tantum quae obscura
sunt explanantes ne librorum innumera
bilium magnitudo lectori fastidium
faciant . Ad intellegendas autem extremas
partes danielis multiplex grecorum
historia necessaria est . Sunt ergo uidelicet
calinici . diodori . hieronimi . polibi .
possidoni . claudi . theonis . et andronici .
cognomento alipii . quos et porfirius
secutum esse se dicit . iosephi quoque .
et eorum quos ponit iosephus praecipueque
nostri libii pompei . troi atque iustini . qui omnem
extremae uisionis narrant historiam et post
alexandrum usque ad caesarem augustum
syriae et egypti . idem seleuci et antiochi .
et ptolomei eorum bella describunt .
Siquando cogimur litterarum recordari .
et aliqua ex his dicere quae olim omisimus
non nostrae est uoluntatis sed ut ita dicam
grauissime necessitatis ut probemus ea .
quae a sanctis prophetis ante saecula multa praedicta sunt .
Tam grecorum quam latinorum et aliarum
gentium litteris contineri . EXPLICIT PROLOGUS .

INCPT UISIO PRIMA IN DANIELIS PROPHETE



Iheremias plorans alfabeto




ISTI SE PUGNANT . HIRSLM


UBI NABUQUODONOSOR SEDECIAM . ORBAT ET FILIOS EIUS IUGULAT

ANNO TERTIO REGNI IOACIM REGIS.
Venit nabuchodonosor rex babilonis
in hierusalem et obsedit eam. Ioacim
filius iosie cuius tertiodecimo anno
prophetare orsus est hieremias.
Sub quo et quam oldā mulier propheta
bat. Ipse est. qui alio nomine
appellatur eliacim. et regnabit
sup tribum iudam et hierusalem annis
undecim. Cui successit in regnum
filius eius ioacim. cognomento iecho
nias. qui tertio mense regni sui
die decima captus a ducibus
nabuchodonosor. ductus que est
in babilone. et in loco eius constitu
tus est sedecia filius iosie patruus
eius cuius anno undecimo hierusalem
capta. adque subuersa est. Nemo
igitur putet eundem in danielis
principio esse iohacim qui in eze
chielis exordio iohacim scribitur.
Iste enim extremam sillabam habet.
ille chimet. ob hanc causam in
euangelio secundum matheum. una
uidetur esse generatio. quia secunda
chim desinet filium iosie. et tertia
incipit a ioacin filio iohacim.
Quod ignorans porfirius calumniam
instruit ecclesie. suam ostendens im
peritiam. dum euangeliste mathei
arguere nititur falsitatem quoque
erudiatur scribitur iohacim
monstrat non aduersariorum forti
tudinis fuisse uictoriam sed dn̄i
uoluntatem. et partem uasorum
domus dei asportabit et in terram
sennaar in domum dei sui et uasa
intulit in domum thesauri dei sui.
Terra sennaar locus est babilonis in
quo fuit campus durum. et turris quam
usque ad celum hi qui ab oriente
mouerant pedes suos edificare conati
sunt. Unde et a confusione linguarum
locus nomen accepit babilon. quae in
linguam nostram transfertur confusio.
Simulque animaduertendum secundum
ANAΓΝΗ. quod rex babilonis non po
tuerit uniuersa dei uasa transferre.
et in idolo quod sibi uinxerat collocare
sed partem uasorum templi dei. quae cunc
ta legenda sunt doctrinae ueritatis
si enim cunctos philosophorum
reuoluas libros necesse est ut in his
repperias aliquam partem uasorum dei.
Et apud platonem fabricatorem mundi
dm̄ et apud zenonem. stoycorum
principem inferos et inmortales animas.
et unum bonum honestatem.
Sed quia iunxerunt mendacium ueritati
et naturae bonum multas perdunt
multis ideo partem uasorum dei.
et non omnia uasa in integrum atque
perfectam cepisse memorantur.
Et ait rex: asphanez preposito eunu
chorum suorum ut introduceret de filiis isrl.
et de semine regio. et tyrannorum pueros
in quibus nulla esset macula.
Pro asphanez in editione uulgata
ad lexdi. scriptum repperi et pro
porthomim quod theodotio posuit.

septuaginta et aquila electos
transtulerunt. symmachus parthos
pro verbo nomen gentis intellegens
quod nos iuxta editionem ebreorum
quae ΚΑΤΑ ΑΚΡΙΒΙΑΝ. legitur intarun
nos vertimus maxime quia proce
dit de regio semine. Unde et arbitran
tur ebrei danielem. et ananiam
et misahelem. et azariam fuisse
eunucos impletam illam prophetiam
quae ad ezechiam per esaiam prophetam
dicitur. Et de semine tuo tollent.
et facient eunucos in domum regis.
Si autem de semine fuerint regio nulli
dubium quin de genere fuerint david.
nisi forte huic sensui illud contrarium
sit quod sequitur pueros sive iuvenes
in quibus nulla esset macula ut
doceret eos litteras et linguam caldeorum.
Philo arbitratur linguam ebreorum
ipsam esse caldeam. quia abraham
de caldeis fuerit. quod si recipimus
quaerendum est quomodo nunc ebrei
pueri linguam quam non noverant
doceri iubeantur nisi forte iuxta
quorundam opinionem duas abra
ham linguas. et hebreorum et caldeorum
scisse dicimus. Et inposuit eis
praepositus eunucorum nomina daniel
baltasar. et ananiae sidrac.
misaheli misac. et azariae abdinago.
Princeps eunuchorum accepit a deo
largitatem. Non solum praepositus
sive magister eunuchorum et ut aquila
transtulerunt. ΑΡΧΙΕΥΝΟΥΧΟΣ scis

inmutata nomina. Sed et furuo
ioseph in aegypto appellabit
somptophanec noluerint eos in terra
captivitatis vocabula habere
iudaeae unde et propheta dicit in
psalmo. quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena.
Porro dominus in bonum pastorum nomina
mutat antiqua. et crebris inponit
virtutum vocabula ut abram
appellaret abraam et sarai sarram.
In evangelio quoque quondam symon
petri nomen accepit. et filii zebedei
appellati sunt filii tonitrui. quod
non ut plerique putant beanerges.
sed emendatius legitur banerges.
Proposuit autem daniel in corde suo
ne pollueretur de mensa regis neque
de vino potus eius. Qui de mensa regis
et de vino potus eius noluit comedere
ne pollueretur utique si sapientiam
atque doctrinam babiloniorum sciret
esse peccatum numquam adquiesceret
discere quod non licebat.
Discunt autem non ut sequantur.
sed ut iudicent atque convincant.
Quomodo siquis peritum adversum
mathematicos velit scribere
imperitus ΝΑΕΝΜΑΤΟΟ risui pateat
et adversum philosophos disputans si
ignoret dogmata philosophorum. Discunt
ergo ea mente doctrinam caldaicam
qua et moyses omnem sapientiam
aegyptiorum didicerat. Dedit autem deus danieli
gratiam et misericordiam in conspectu

principis eunuchorum. Qui propter pecca-
tum maiorum ductus est in captivi-
tatem. propter virtutum suarum
magnitudinem statim meretur
accepit. Posuit enim in corde suo
ne pollueretur de mensa regis et epulis
regis. Propositum velut cibos.
Idcirco gratiam et misericordiam
in conspectu principum eunuchorum
accepit domino largiente. Ex quo in-
telligimus pro necessitate rerum
si quando sancti diliguntur ab infide-
libus dei esse misericordiae non boni-
tatis hominum perversorum.
Tempta nos obsecro servos tuos diebus
decem. et dentur nobis legumina
ad vescendum et aqua ad bibendum.
Incredulis fidei magnitudo non solum
sibi corpulentiam polliceri qui melio-
ris cibi. sed tempus statuit.
Non ita ergo abstinentia sed fidei
obsequium regias dapes contempserunt.
Pueris autem his dedit deus scientiam et
disciplinam in omni libro et sapien-
tiam. Danihel autem intellegentiam
omnium visionum et somniorum.
Nota quod deus dederit sanctis pueris scien-
tiam et disciplinam saecularium
litterarum in omni libro et sapientiam
pro qua Symmachus interpretatus est
artem grammaticam. Ut cuncta
quae legebant intellegerent.
et spiritu dei Chaldeorum scientiam
iudicarent. Danihel autem hoc tempo-
re puer habebatur insignem.

quod visiones et somnia quibus prin-
cipalia quaedam et aenigmata et futu-
ra monstrantur. Sagaci mente
contueretur. ut quod alii videbant
in figura et mute hic oculis cordis
aspiceret. Completis itaque diebus
quos dixerat rex ut introducerentur.
Introduxit eos praepositus eunuchorum
in conspectu Nabuquodonosor.
Completos dies et tempus intellege
quod rex constituerat tribus annis
postea starent in conspectu regis.
et omne verbum sapientiae et in-
tellectus quod sciscitatus est
ab eis rex invenit in eis duplum super
cunctos ariolos et magos qui erant
in universo regno eius. Pro ariolis et
magos vulgata editio sophistas
et philosophos transtulit.
Non luxat hanc philosophiam et
sophisticam disciplinam quam
Graecorum studio pollicetur. sed
doctrinam gentis barbarae quam usque
hodie philosophantur Chaldei.
Fuit autem Danihel usque ad annum
Cyri regis. hic fuisse describitur.
Postea et tertio anno eiusdem Cyri regis
et primo Darii fuisse memoratur.

EXPLICIT VISIO PRIMA

INCIPIT VISIO SECUNDA

IN ANNO SECUNDO REGNI NABUQUODONOSOR. SOMNIUM ET RELIQUA.


LAPIS SINE MANIBUS UBI FACTUS EST
VELUT MONS MAGNUS
STATUAM QUAM VIDIT NABUQUODONOSOR
MONS
EXPULSIO LAPIDIS
UBI NABUQUODONOSOR IN STRATU SUO SOMNIUM VIDIT
LAPIS SINE MANIBUS
NABUQUODONOSOR UBI SAPIENTES BABILONIS SUPER SOMNIUM SUUM INTEROGAT.

Si post exitum anni pueri ingressi sunt in conspectu eius. ut ipse praeceperat: quomodo nunc secundo anno regni sui. somnium vidisse narratur. Quod ita solvunt hebrei secundum hic annum dici regni eius. omnium gentium barbarorum non tantum chaldeorum. sed assiriorum quoque et aegyptiorum. et moabitarum. et reliquarum nationum quas domino concedente superavit. Unde et iosephus in decimo antiquitatum scribit libro. Post annum secundum vastationis rex nabuchodonosor vidit mirabile somnium et fugit ab eo. et spiritus eius et somnium eius fugit ab eo. Videt rex impius somnium futurorum. ut interpretatione sancti quod viderat deus glorificetur. et captivorum deoque in captivitate servientium sit grande solacium. hoc idem in pharao et nabuchodonosor videre meruerunt. sed quod ioseph et daniel digni fuerint qui inter praevaricatione eius omnibus praeferantur. Praecepit ergo rex ut convocarentur arioli et magi et malefici et chaldei. quos nos ariolos et ceteri ΕΠΑΟΙΔΟΥΣ interpretati sunt. id est incantatores. ergo videntur mihi incantatores esse qui verbis rem peragunt. Magi qui de singulis philosophantur. Malefici. qui sanguine utuntur et victimis. et saepe contingunt corpora mortuorum. porro in chaldeis ΓΕΝΕΘΛΙΑΛΟΓΟΥΣ significari puto quos vulgus mathematicos vocat. consuetudo autem et sermo communis magos pro maleficiis accepit qui aliter habentur apud gentem suam. eo quod sint philosophi chaldeorum. et artis huius scientiam reges quoque et principes eiusdem gentis omnia faciunt. Unde et in nativitate domini salvatoris ipsi primum ortum eius intellexerunt. et venientes in sanctam bethlem adoraverunt puerum. stella desuper ostendente. Et dixit ad eos rex. vidi somnium et mente confusus. ignoro quid viderim. Umbra quaedam et ut ita dicam aura somnii et vestigium remanserat in corde regis. ut ex parvis aliis posset reminisci eorum quae viderat. et nequaquam eum deciperent mentientes. Responderunt caldei regi sirie. Hucusque lecta sunt sermone narrantur hebreo. ab hoc loco usque ad visionem anni tertii regis baltasar quam daniel vidit in susis hebraicis quidem litteris sed lingua scribuntur caldeica quam siriacam vocant. Nisi indicaveritis mihi somnium et coniecturam eius. peribitis vos et domus vestrae publicabuntur. et reliqua. Comminatur et poenam. proponit et praemium. Si non potuerint somnium dicere. consequenter credat et eum his quae in cetero sunt. Hoc est quod significet somnium quod si non potuerint et dicere de quibus rex implorat confusus

poterat recordari et quam futurae
Interpraetationis perdunt fidem
denique sequatur. Somnium dicite
mihi ut sciam quod Interpraetationem
quoque eius ueram loquimini. Sermo
quem tu rex quaeris grauis est.
nec repperietur quisquam qui Indicet
illud In conspectu regis exceptis diis
quorum non est cum hominibus conuer
satio. Confitentur magi confiten
tur arioli et omnis scientia saecularis
litteraturae praescientiam futurorum
non esse hominis sed dei. Ex quo
probatur prophetas dei spiritu locutos
qui futura cecinerunt. Quo audito
rex In furore et Ira magna praecepit
ut perirent omnes sapientes babilonis.
et egressa sententia sapientes Interfi
ciebantur. Quaerebanturque daniel
et socii eius ut perirent. Quaerunt
hebrei quur daniel et tres pueri
non sint Ingressi ad regem cum aliis
sapientibus. et probata sententia
iubeantur perire cum ceteris. quod
lati dixerunt ut eo tempore quo rex
praemia et dona et honorem maximum
promittebat Ire noluerunt. Ne In
pudentes diuitias et dignitatem
caldeicam uiderentur adpetere.
At ubi certe Ipsi caldei et Inuidentes
quae eorum et scientiae soli Ingressi
sunt quasi soli praemia percepturi.
et postea In periculum uoluerunt habere
consortes. quos In spe quae repudiauerant.
et Interrogabit eum qui a rege acceperat

potestatem. quam ob causam tam
crudelis sententia a facie regis esset
Ingressa. Sciebant caldei quod decuplum
super cunctos ariolos et magos qui erant
In uniuersa caldea daniel et tres pueri
superarent Intellegentia. Celauerunt eos
Interrogationem regis ne praeferrentur
sibi Interpraetationem somnii et ob
hunc casum. Interrogat daniel
de crudelitatem sententiae. qui causam
sui periculi nesciebat. Daniel Ingressus
rogauit regem ut tempus daret sibi ad
solutionem Indicandum. Regi tempus
postulat non quod cunctationem et
sagacitate mentis occulta per
quireret. sed quod occultorum dominum
precaretur. et Ideo ananiam misa
elem et azariam iungit ad precem
ne solus deuotione uideatur
praesumere. Ut eorum et ut commune
discrimen communis esset et oratio.
Tunc daniel per uisionem nocte misterium
reuelatum est. Somnium regis suo
dixit somno. Immo et somnium et In
terpraetationem eius dei reuelatione
cognoscit. quod daemones Ignorabant
sapientia saeculi scire non poterat.
Unde et amplius misterium quod
cunctis retro generationibus fuerat
Ignoratum. domino reuelante
cognoscunt. Et daniel benedixit
deo celi. Ad distinctionem eorum
qui uocantur In terra. et daemoniis
artibus atque praestigiis terram deludunt.
Daniel deo celi benedicit. dii enim

qui non fecerunt celum et terram
pereant. Ipse mutat tempora et
etates transfert regna atque constituit.
Non ergo miremur si quando cernimus
et regibus reges et regnis regna succe
dere. que dei gubernantur et mu
tantur et finiuntur arbitrio.
cuiusque singulorum nota ille
qui conditor omnium est. sepe
malos reges patitur suscitari.
ut mali malos puniant. simulque
sub ostendit et generatione dispu
tatione prepararet auditorum.
somnium quod uidit esse demutati
one et successione regnorum.
Dat sapientiam sapientibus et scientiam
intellegentibus disciplinam. Iuxta
illud quod scriptum est. Audiet
sapiens et adponet sapientiam.
qui enim habet dabitur ei. et
anime que feruet amore sapientie
liberius spiritus dei infunditur.
In peruersam autem animam non in
troibit sapientia. Ipse reuelat
profunda et absconditum et nouit
in tenebris constitutum. et lux cum
eo est. Cui deus reuelat profunda
et potest dicere. O profundum
diuitiarum sapientie et scientie
dei. Iste habitante in se spiritu
sancto scrutatur et iam profunda
dei. et in profundo anime sue
fodit altissimos puteos et omnem
terram exigit que profundas
aquas operire consueuit. secundumque
mandatum dicitur. Bibe aquas
de tuis uasis et de puteorum tuorum
fonte quodque sequitur. Et nouit in
tenebris constitutum. et lux cum
eo est. Tenebre significant igno
rantiam. Lux scientiam adque
doctrinam. Itaque dominum ut perfectum
non celant lux recta ambiunt
atque circumdant. Siue lux in eo
perfundum est. quod tenebrarum
misterium quecumque et profunda signi
ficant. iuxta illud quod legimus
in prouerbiis intellegentiam quoque
parabolam et tenebrarum sermonem.
Hoc ipsum significat quod in psalmis
legimus. tenebrosa aqua in nubibus
aeris. Qui enim ad excelsa con
scendit. et terrena deserit. In sanctu
arium altissimum uertitur. et
eterna quecumque desiderat. Iste nubis
efficitur. ad quam ueritas dei
peruenit et que super sanctos pluere con
sueuit. repletusque scientie multi
tudine. habet multas aquas
in corde suo tenebrosas et inuoluitur
caligine quam moyses ingreditur
et loquitur deo facie ad faciem.
de quo scriptum est. Posuit tenebras
latibulum suum. Tibi deus patrum
meorum confiteor et laudo.
Nec cui uideatur mirum quod impe
ritia referret ad patrem lucratum.
et aduersariam dei qui sanctus est
et quam in captiuitate mirentur ei.
Et nunc ostendisti que rogauimus.

quod quattuor regna unum ostenditur
ut et adrogantiam fugiat ne solus
imperasse uideatur. et ugua gr(atiu)s
quod mysterium somnii solus uiderit.

Sapientes babylonis ne perdas.

Imitatur clementiam d(omi)ni qui pro
persecutoribus deprecatur. et non
uult eos perire p(ro)pter quos fuerat ipse
periturus. Inueni hominem de filiis
transmigrationis iudae. qui solutio-
nem regi adnuntiet. Dei gratia
si aduersum doctrinam babyloniorum
scire esse peccatum. numquam
adquiesceret discere quod non licebat.
Discunt autem non ut sequantur
sed ut iudicent atq(ue) conuincant.
quomodo si quispiam aduersum
mathematicos uelit scribere
imperitus. mathematicos risui
pateat. et aduersum philosophos
disputans si ignoret dogmata
philosophorum. discunt ergo ea
mente doctrinam chaldaeorum. qua
et moyses omnem sapientiam
aegyptiorum didicerat. Dedit d(eu)s
danieli gratiam et misericordiam in cons-
pectu principis eunuchorum.
Qui p(ro)pter peccata maiorum ducitur
erat in captiuitatem p(ro)pter uirtutem
suarum magnitudinem sanctam
mercedem recipit. Posuerat enim
in corde suo ne pollueretur de mensa
regis. et epulis regis praeposuerat
uiles cibos. idcirco gratiam et misericordiam
in conspectu non solum praeponitur

sine magister eunuchorum et uaculu
eunsaulerunt. a p(r)es NOS, XOC scis
inmutat nomina sed et ephratio
loseph in aegypto appellabit somtophanec
nolentes eos in terra captiuitatis
uocabula habere iudaea. Unde
propheta dicit in psalmo.
Quomodo cantabimus canticum
d(omi)ni in terra aliena. Porro d(omi)n(u)s in
bonum partem. nomina mutat
uniquique. et ex rebus imponit uirtuti
tum uocabula. ut abram. ut
appellaret abraham et sarum
saram. In euangelio quoq(ue) quondam
simon petri nomen accepit. et filii
zebedei. appellati sunt filii
tonitrui. quod non ut plerique
putant boanerges. sed emendatius
legitur banereem.

Proposuit autem daniel in corde suo
ne pollueretur de mensa regis neque
de uino potus eius. Qui de mensa
regis et de uino potus eius non uult
commedere. oscitat ne pollueretur
utique si sapientiam ad quam
regum diligentiam inuenisse
se dicit. Quam daniel se ultro
obtulerit ut introduceretur ad
regem in quo hoc ostenditur
nuntiorum qui cum bona
nuntiantia suum uideri uolunt.
qui autem solutionem somnii repro-
mittat utique ante narrauerit eta
somnium. et nota quod de filiis
iuda sit daniel non sacerdos

sicut in fine beli fabula con
tinetur. Putas ne uere potestis in
dicare mihi somnium quod uidi
et interpretationem eius. Seruat
ordinem questionis ut primum
somnium quod se magi ignorare
responderant et postea interpreta
tionem querat somnii. ut quum
somnium audierit atque uiderit
recognouerit. tunc credat. et in
terpretationi que uaria recipit
conlectatur. Misterium quod rex
interrogat sapientes magi et arioli.
et aruspices non queunt indicare
regi. Pro aruspicibus quod nos
uertimus in hebraico [illegible]
habet. quos solus simachus
[illegible] appellare. qui
extauis inspiciunt. et ex his futura
predicunt. Misterium autem uocat
ordinem somnii reuelari ostendit
quicquid occultum est et ab hominibus
ignoratur posse misterium nun
cupari. tollit quoque regi prauam
suspicionem. ne humanam extimet
inuenire posse sollertiam quod dei
solius notitie reseruatur.
Sed est deus in celo qui reuelat mis
teria. et cetera usque. Frustra igitur
ab hominibus queris in terra. quod
deus solus nouit in celo. et occulte
reuocat eum a multorum deorum
cultu. ad unius dei notitiam
religio. Qui indicabit tibi rex
nabuchodonosor que uentura sunt
nouissimis temporibus. Absque adu
lationis uitio ueritatis sociatur
blanditur ut regi quod illi a deo
sint misteria reuelata que nouis
simis sint uentura temporibus nouis
simi autem dies iuxta eos numerandi
sunt a tempore quo danihelis somnium
reuelatum est. usque ad consummatio
nem mundi. Aut certe hoc significan
dum quod uniuersa interpretatio
somnii tendat ad finem in quo imago
statuaque comminuta consumenda est.
Somnium tuum et uisiones capitis tui
in cubili tuo huiuscemodi sunt.
Non dixit uisiones oculorum tuorum.
ne quid putaremus esse corporis sensus
occupatos. Sapientes enim oculi
in capite eius in principali uidelicet
cordis iuxta illud quod in euangelio
legimus. Beati mundo corde.
quoniam ipsi deum uidebunt. et quid cogi
tatis in cordibus uestris. Alii uero ex
huius occasione capituli. ΤΟΝ
ΗΓΕΜΟΝΙΚΟΝ. non in corde. sed iuxta
platonem in celebro suspicantur.
Tu rex cogitare cepisti in strato tuo
quid esset futurum post hec.
Pro eo quod est post hec. soli septua
ginta die nouissimo transtulerunt.
quod si ita legitur. sollicitius requi
ramus ubi dies nouissimi scribti
sunt et redarguamus eos qui mundum
non putant esse periturum. Numquam
enim dies appellaretur nouissimus.
si mundus esset eternus. Quod dicit

aut rex cogitavit cepit et indicat
causam somnii. quod idcirco ei deus
futurorum misterium revelaverit.
quia ipse rex voluerit scire ventura.
Et tamen nabuchodonosor divine in
spirationis meruerit gratiam.
Non solum quid in somnio viderat
sed et ante somnium quid tacitus
cogitaverit exponit. Et qui revelat
misteria ostendit tibi que ventura
sunt. Illud quod in evangelio
legimus. qui solem suum oriri
facit super bonos et malos. etiam
super nabuchodonosor intellegimus
esse completum. tanta enim
clementia est omnipotentis patris dei ut etiam
nabuchodonosor dispensationis
sue qua mundum regit misterium
revelaverit. Interrogamus eos qui diversas
asserunt esse naturas. cuius nature
nabuchodonosor intellegant
bone an male. Si bone. quare
impius dicitur. Si male. quare
malo nature eorum iudicio idem cor. quo suo
deus sacramentum monstrabit.
Mihi quoque non in sapientia que est
in me plusquam in cunctis viventibus
sacramentum hoc revelatum
est sed ut interpretatio regi mani
festa fieret. Putaverat rex non
etiam futurorum scientiam mentem hu
mane posse comprehendi. et
ideo sapientes babilonis interfici
iusserat. ergo daniel et eos excusat
qui dicere non potuerant. et ipse

invidiam fugit ne quis extimet eum
qui dicturus erat propria dixisse
sapientia. Causa autem revelatio
nis prophetice regis erat desiderium
qui volebat ventura cognoscere.
Ergo non tantum regem quando propter
illius scientiam sibi dicit a deo
misterium revelatum. et hoc conside
randum quod somnia in quibus
aliqua ventura significantur.
Et quasi per nebulam ventura demons
trantur. non pertinent ad conlectoribus
et humane mentis arbitrio. sed
dei solius scientie. Tu rex videbas
et ecce quasi statua una grandis.
statua illa magna. et statura
sublimis stabat contra te.
Et intuitus eius erat terribilis. Huius
statue caput ex auro optimo erat.
Pectus autem et brachia de argento.
Porro venter et femora ex ere.
Tibie autem ferree. Pedum quedam
pars erat ferrea quedam fictilis.
Videbas ita donec abscisus est
lapis sine manibus et percussit
statuam in pedibus suis ferreis.
et fictilibus et comminuit eos.
Tunc contrita sunt pariter. ferrum.
testa. es. argentum et aurum.
et redacta quasi in favillam estive
aree rapta sunt vento. nullusque
locus inventus est eis. Lapis autem
qui percusserat statuam factus est
mons magnus. et implevit universam
terram. Pro statua idest.

antapiante · quod solus interpre-
tatus est somnium · ceterum autem
imaginem suscitaverunt · volentes
hoc nomine similitudinem osten-
dere futurorum · Sequamur inter-
pretationem propheticam et
danielis verba cunctaque sub illo
breviter dicta sunt latius expo-
namus · Caput inquid aureum
tu es rex · per quod ostenditur
regnum primum babiloniorum
auro pretiosissimo comparatum ·
Et post te consurget regnum aliud
minus te · Medorum videlicet atque
persarum quod argenti habet
similitudinem minus priore et non
multus sequente · Et regnum tertium
aliud aereum quod imperabit
universe terre · Alexandrum signi-
ficat · et regnum macedonum
successorumque alexandri quod
recte aereum dicitur · Inter omnia
enim metalla es vocabilius est ·
et tinnitum clarius et sonitus
eius longe lateque diffunditur ut
non solum famam et potentiam
regni sed eloquentiam greci sermonis
ostenderet · Regnum autem quartum ·
quod perspicue pertinet ad romanos ·
ferreum est quod comminuit et
domat omnia · sed pedes eius et
digiti ex parte ferrei · et ex parte sunt
fictiles · Quod hoc tempore mani-
festissime comprobatur sicut enim
in principio nihil romano imperio
fortius et durius fuit · ita in fine
rerum nihil inbecillius · quando et
in bellis civilibus · et adversum diversas
nationes aliarum gentium barbarum
indigemus auxilio · In fine autem horum
omnium regnorum auri argenti ·
eris et ferri abscisus est lapis · dominus
atque salvator sine manibus · id est
absque coitu · et humano semine
de utero virginali exoneratus omnibus
regnis · factus est mons magnus · et im-
plevit universam terram · quod
iudei et impius porphirius male
ad populum referunt israhel quem in fine
seculorum volunt esse fortissimum
et omnia regna conterere et regnare
in eternum · Deus magnus ostendit regi
que futura sunt postea · Rursum
revelationem somnii non sui dicit
meriti · sed ut interpretatio regi
manifesta fieret · et doceret regem
quod deus solus esset colendus ·
Tunc rex nabuchodonosor cecidit
in faciem suam · et danielem adoravit
et incensum precepit ut sacrificarent
ei · hunc locum calumniatur
porphirius quod numquam superbissimus
rex captivum adoraverit quasi
non et lycaones ob signorum magnitu-
dinem paulo et barnabe voluerint
hostias immolare · Error ergo gentilium
qui omne quod supra se est deos
putant scripture non debet
imputari que simpliciter refert
universa que gesta sunt · sed et hoc

possunt dicere quod causus adorauit deum et immolauerunt hostiarum et incensi uas sacrificii ipse rex exposuerit dicens ad danihelum. Vere deus deus uester deorum est. et dominus regum et reuelans misteria quoniam potuisti aperire sacramentum hoc. Ergo non tam danielem quam in daniele adorat deum qui misteria reuelabit. quod et alexandrum regem macedonum in pontifice iudae fecisse legimus. quod si duplicet hoc dicendum est nabuquodonosor signorum magnitudine et tempore confusum quid faceret ignorasse. et ut qui uerum deum intellegebat et dominum regnum seruum eius adoraret. et illi adolerent incensum. Tunc rex danielem in sublime extulit et munera magna et multa dedit ei. et constituit eum principem super omnes prouincias babilonis et praefectum et magistratuum super cunctos sapientes babilonis. Et in hoc calumniator sanctae prophetiae reprehendere nititur quia non recusauerit munera et honorem babiloniis libenter susceperit non considerans ideo regem uidisse somnium et interpretationis misteria per puerum reuelatum. ut daniel cresceret et in loco captiuitatis princeps omnium fieret caldeorum. et dei omnipotentia cognosceretur. quod quidem et ioseph et tempore pharaonum et tempore persarum factum legimus. et in mardocheo apud assuerum. et in utroque gentes habentia captiuitatis et peregrinantes conluderet solacia. uiderent hominem gentis suae et persarum esse principem uel caldeorum. Daniel autem postulauit a rege et constituit super opera prouinciae babilonis sidrac misac et abdinago. Non obliuiscitur eorum cum quibus dominum deprecatus est et secum periclitati fuerant. Itaque facit eos iudices prouinciae. Ipse autem a regis latere non recedit.

EXPLICIT UISIO SECUNDA

INCIPIT UISIO TERTIA

Nabuquodonosor rex fecit statuam auream. altitudine cubitorum sexaginta. Latitudine cubitorum sex.


CARMINA MUSICORUM
STATUAM AUREAM QUAM
EREXIT NABUQUODONOSOR
IN CAMPO DURA
ISTI ADORANT STATUAM


UBI NABUQUODONOSOR
IUSSIT TRES PUEROS
MITTERE IN FORNACE

Velox oblivio veritatis
ut qui dudum servum dei
quasi dominum adoraverat
nunc statuam sibi fieri iubeat
ut ipse adoretur in statua.
Quod autem aurea fit. et infinitae
ponderis. illud indicatur et ut
temporum videntibus credet. et rex
in imaginem adoretur ut et dum
unusquisque suum consecrat aurum
itum. datur quoque per occasionem
captivorum barbaris nationibus
salutis occasio ut qui primum
per danielis revelationem postea quam
cognoverant unius dei. In eorum
quoque puerorum fortitudinem dis-
cant mortem debere contemni
et idola non colere. Et statuit eam
in campo dura. provinciae babilonis.
Pro dura theodotio. deira simmacus
dorum septuaginta. ΠΙΡΙΒΟΛΟΝ
transtulerunt. Quod nos vivarium
ut conclusum dicere possumus.
Misit ad congregandos satrapas ma-
gistratus et iudices. duces et tyrannos
et praefectos omnesque principes regionum.
Excelsa periculosius stant et citius
corruunt quae sublimia sunt. Princi-
pes congregantur ad adorandum
statuam ut per principes seducantur
et gentes. qui enim divites sunt et po-
tentes. dum timent carere divitiis
et potentia facilius supplantantur.
Seductis autem magistratibus subditi
populi malorum exemplo pereunt.

Et praeco clamabat valenter vobis
dicitur populis tribus et linguis in hora
qua audieritis sonitum tubae. fistulae.
citharae. sambucae. psalterii. et sym-
phoniae. et universi generis musicorum
cadentes adorate statuam auream
quam constituit nabuchodonosor
rex. Si quis autem non cadens et
adoraverit. eadem hora mittetur in
fornacem ignis ardentis. Non quod
omnes populi universarum nationum
in campo duram potuerint congregari
et adorare statuam auream. sed
quod in principibus cunctarum gentium
omnes gentes et populi adorasse credantur
omnem scripturam sanctam mente per-
curro. nisi tamen me fallat oblivio.
Nequaquam repperio. quod sanctorum quisquam
dominum cadens adoraverit. sed quicumque
idola et daemones et res illicitas
adoraverit. cadere in illicitis
dicitur adorare. Et in praesenti loco
non semel sed crebrius. Et in evangelio
diabolus loquitur ad dominum. Haec omnia
tibi dabo. si cadens adoraveris me.
Sed et hoc dicendum omnes hereticos
qui fulgore eloquentiaeque saecularis
falsum dogma componunt auream
statuam facere et qui cantum in se et a
praevisione complere ut cadentes
adorent idolum fabricatum.
Statim ut audierunt omnes populi sonitum
tubae fistulae citharae. Eodem sensu
accipiendum quo supra ut omnes populos
intellegamus in principibus. neque enim ut ea

esse universe simul potuerunt ratione.
Statimque et in ipso tempore accedunt
viri caldei et accusaverunt iudeos.
Quia prepositos in babilone regis operibus
invidebant et offendebantur peregrina
cultu et detestatione idolorum, nunc tali
occasione criminantur ut eos denique
sequatur. Sunt viri iudei quos
constituisti super opera regis babilonis
sedrac misac et abdinago qui contemp-
serunt decretum tuum. Et quod itamodo
sic locuntur quos praetulisti nobis et
captivos ac servos principes esse fecisti
elati in superbiam tuum praeceptum contem-
nunt. Deos tuos non colunt et sta-
tuam auream quam erexisti non ado-
rant. Quod in principio huius diximus
visionis hic manifestatur ut probetur
alios esse deos nabuchodonosor.
et aliam statuam auream quam
in culturam sui iussit erigi. Nam
et in consequentibus ipse rex loquitur.
Deos meos non colitis et statuam
auream quam constitui non
adoratis. Alii hunc dicunt scrip-
ture sancte consuetudinem ut unum
idolum appellaret pluraliter ut et
illud in exodo de vitulo: Isti sunt
dii tui israhel qui eduxerunt te de terra
egypti. Et in regum volumine hiero-
boam ponens aureum vitulum in
bethel idola fecisse narratur. Et con-
trario multa demonia singulari
numero appellantur. Interusu in-
clinabit se et adorabit illud.

et vocatum fuciens dicta. dr mis tau.
Prosternite vos et adorate statuam
quam feci. Quod si non adoraveritis
eadem hora mittemini in fornacem
ignis ardentem. Quamquam in furore
preceperat adduci pueros, tamen
dat spatium penitudinis ut si coti-
dierunt et adoraverint prior culpa
veniam consequatur. Si autem adorare
contempserint, pereant pena sua fornacis
ardentis. Et quis est deus qui eripiat
vos de manu mea? Ille videlicet cuius
servum dudum adoravit, quem vere
deum deorum et dominum regum esse dixerat.
Nabuchodonosor rex, non oportet nos
de hac re respondere tibi. In hebreo
non habet regem, ne idolum videretur
impio, cum regem vocare qui ad
iniquitatem compelleret. Quod si quis
contentiosus tamen quoque legerit
dicimus eos non procucieret regem
ad effusionem sui sanguinis pro-
vocare. Sed tamen reddere regi hono-
rem debitum, ut dei cultus non
lederetur. Quod autem ait non oportet
nos de hac re respondere tibi: Ille
sensus est non debet audire verba
quorum iam rebus ipsis probabis
fortitudinem atque constantiam.
Ecce enim deus noster quem colimus potest
eripere nos de camino ignis ardentis
et de manibus tuis rex liberare.
Unde seputabat terrere pueros inde
certa inest materium fortitudinis.
nec in longum differunt sed presens

sibi pollicentur auxilium dicentes.
Ecce enim deus noster quem colimus.
Ipse nos et de eo quod minatus in
cendio et de tuis potestate manibus
liberare. Quod si noluerit pulchre
absque quod dixerint potest eripere nos
non in itali contrarium si non
potuerit. ut non inpossibilitatis
dei sed voluntatis sit si perierint.
Notum tibi sit rex quia deos tuos
non colimus et statuam auream
quam erexisti non adoramus.
Sive statuam ut simmachus. sive
statuam auream ut ceteri interpreta
tiunt voluerimus legere cultores dei
eam adorare non debent. ergo iudi
ces et principes saeculi qui imperatorum
statuas adorant et imagines hoc
se facere intellegant. quod tres pueri
facere nolentes placuerunt deo. et
notandum proprietatis deos colere ima
ginem adorare dicunt. Tunc nabu
chodonosor repletus est furore.
et aspectus faciei illius commuta
tus est. In quibusdam psalmis
tituli praenotantur. pro his qui
commutabuntur. sermo igitur
commutationis ambiguus est.
et de bono in malum. et de malo in
bonum. neque enim commutatio
vultus nabuchodonosor. bene
putari potest. co aptari licet
quidam et in scriptione psalmorum
de bono ad malum rettulerunt quod hi
qui naturaliter debuerunt intellegere

dm contra xpm et scor elus pertubu
atione mentis et furore mutati sunt.
Et praecepit ut succenderetur fornax
septuplum quam incendi consue
verat. quasi non possit simplex
et solitus ignis trium puerorum con
summare corpora sed furor et ira
que insanie proxima erat modum
tenere non poterat. et vult eos mul
tiplicis pene commutatione terrere
quos paratos videbat ad mortem.
Et confestim viri illi vincti cum
braccis suis. et tiaris et calcia
mentis et vestibus missi sunt in
fornacem ignis ardentis. Braccas
quas simmachus ANAXYRIDAS inter
pretatus est. aquila et theodo
tio. sarabala dixerunt. et non
ut corrupte legitur sarabara.
Lingua autem chaldeorum crura
omnium vocantur et tibiae.
ετομανιμωο et quam bracce eorum
quibus crura teguntur et tibiae.
quas crurales et tibiales appellave
runt. Tiara autem verbum graecum
est. et usu verum in latinum de quo
et vergilius. sceptrumque sacerque
tiaras. est autem genus pillioli
quo persarum chaldeorumque
genus utitur. Porro viros illos
qui miserunt sedrac misac et
abdinago. in fornacem flamma ignis.
eos viros de quibus supra dixerat
et viris fortissimis de exercitu suo
iussit ut alligatis pedibus sedrac

misac et abdinago miserunt eos in
fornacem ignis ardentem. non ergo
fortitudo quorumcumque ministros
perdidit nabuquodonosor. sed
uiros fortes de toto exercitu suo
ad bella promptissimos ut non
solum miraculo pertimesceret.
sed exercitus sui damna sentiret.
Uiri autem isti tres: sedrac misac
et abdinago. ceciderunt in medio
camini ignis ardentis conligati.
Grande miraculum ligati mittun
tur in fornace. et cadunt in medium
ignis precipites. Ardent uincula
quibus ligati sunt. et uinctorum
corpora tenuis flamma non
attigit. Huc usque hebrei legunt
media que secuntur. usque ad finem
cantici trium puerorum. in hebraico
non habentur de quibus ne omnino
preterisse uideamur pauca dicen
di sunt. Benedictus es domine deus patrum
nostrorum. et laudabilis et gloriosum nomen
tuum in secula. quia iustus es in
omnibus que fecisti nobis et uniuersa
opera tua uera et uie tue recte. et
omnia iudicia tua uera. Iudicia
enim uera fecisti iuxta omnia
que induxisti super nos. quando diuersis
premimur angustiis. de toto corde
hoc loquimur affectu. et quicquid
nobis acciderit iuste nos sustinere
fateamur ut compleatur in nobis
illud quod scriptum est. exultabe
runt et letate sunt filie iude in omnibus
iudiciis tuis domine. Peccauimus enim
et inique egimus recedentes a te et
deliquimus in omnibus. Et certe tres
pueri non peccauerunt nec etatis
erant quando ducti sunt
in babilone. ut propter sua uitia
punirentur. ergo quomodo hii ex
persona populi locuntur sic et illud
apostoli legendum est. non enim quod
uolo hoc ago. sed quod nolo illud
operor. et cetera que in eodem loco
scripta sunt. Quia domine imminuti
sumus plus quam omnes gentes. et sumus
humiles in uniuersa terra hodie
propter peccata nostra. et non est in hoc
tempore princeps propheta et dux. neque
olocaustum. neque oblatio. neque
sacrificium. neque incensum. neque
locus primitiarum coram te. ut
possimus inuenire misericordiam. His
uersiculis utendum est siquando
ecclesie propter peccata populi sanctorum uirorum
et magistrorum qui in dei lege doctis
simi sunt sustinent penuriam.
et quando in persecutionibus non offerunt
sacrificium et oblatio quidam
hunc locum ad celestem referunt
ierusalem quod anime ad terram delapse
et in loco lacrimarum et confessionis posite
plangunt antiqua delicta et totum
quod propheticus sermo complectitur. sed
hec non recipit ecclesia dei. Sed in
animo contrito et spiritu humilitatis
suscipiamur. et ex presenti loco
et eo quod sequitur. benedicite.

Spr et anime iustorum dnm.
Et in psalmis. sacrificium deo spr
contribulatus cor contritum et
humiliatum ds non despicit.
Sunt qui alium uelint esse spm in
homine excepto spu sco. et alia
manus ad laborandum et arte.
quomodo absque carne et anima
spr sci duae substantiae. et duo in
teriores homines in uno homine
esse dicuntur. Et non cessabant
qui miserant eos ministri regis suc
cendere fornacem. napta et stuppa
et pice et malleolis. Et sallustius
scribit in historiis quod napta
genus sit fomitis apud persas quo
uel maxime nutriuntur incendia.
Alii ossa oliuarum quae proiciuntur
cum amurca arefacta. napta
appellari putant unde et graece
ceтaypinnn dicitur ab eo quod тт ypi
idem ignem nutriat. Angelus autem
dni descendit cum azaria et sociis eius
in fornace. Et excussit flammam
ignis de fornace. et fecit medium
fornacis quasi uentum roris flantem.
Et non tetigit omnino ignis neque
contristauit. nec quicquam molestiae
intulit. Oppressa tribulationibus
anima et uariis molestiis occupata
cum hominum desperauit auxilium
et totam ad dm fiducia mentis conuertit
descendet ad eam angelus scilicet
sermo diuinus et excutiet flammae
temptationis ardores ita ne quaquam
ignita iacula inimici cordis nri
ardentia penetrent. nec illius fornace
claudamur. Benedicite sci et hu
miles corde dnm. Humilitatem
cordis habere et prestent uersiculus
docet. et illud quod in euangelio
dicitur. discite a me quia mitis
sum et humilis corde et inuenietis
requiem animabus uris. Cordis autem
illa est humilitas quae in alio loco
paupertas spr appellatur. ut non
erigamur superbia. Nec fincta quae
humilitate quaerimus. sed toto
corde inclinemur. Benedicite omnia
opera dni dnm. Generali laudatione
premissa quod omnis creatura debeat
laudare dm in consequentibus propter
singula cohortatur angelos et caelos.
aquas. uirtutes. solem. et lunam.
imbrem. et rorem. spm ignem et estum.
Frigus et gelu. et cetera quae longum est
texere. lau ut a fontes quoque et
maria. et cete. et uolucres bestiasque
et pecora ad laudem dni prouocet
et filios hominum. et post omne
hominum genus specialem et de ipso
speciale. sacerdotes et seruos dni spr
animasque iustorum scos et humiles corde.
et ad extremum ananiam. azariam et mi
sahelem. qui ad laudes dni. presentibus
beneficio prouocantur. Omnis autem
creatura non uoce sed opere laudat dm
quia ex creaturis consequenter creator
intellegitur. et singulis operibus atque effec
tibus dei magnificentia demonstratur.

Tunc nabuchodonosor rex obstupuit
et surrexit propere. et ait obtima-
tibus suis. Huc usque de theodotionis
interpretatione pauca perstrinximus.
De confessionis et laudum carmine puerorum
quae non habentur in hebreo. Ceterum seque-
mur ebraicam veritatem. Et surrexit
propere et ait obtimatibus suis. Puniat
principibus rex compatitur. et tribus glori-
ficet dominum. Interrogat autem obtimates
suos quorum adcusatione et consilio
tres pueros in fornace. Ire eas nuntiate
et ostendat. Ecce ego video viros
quattuor solutos et deambulantes
in medio ignis. et nihil corruptionis
in eis est. et species quarti similitudo
filii dei. Rursum dicam. O quam su-
periis ignis. quam inmutabilis dei potest-
ate. vinculis stricta sunt corpora.
Exuruntur vincula. corpora non uruntur.
Speciem autem quarti quem similem dicit
filio dei ut angelum debet accipere ut sep-
tuaginta transtulerunt. ut cetere ta-
plerique arbitrantur dominum salvatorem.
sed nescio quomodo rex impius dei filium
videre meruerit. Ergo iuxta simmachum
qui interpretatus est. species autem quarti
similitudo filiorum. non dei sed deorum.
Angeli intellegendi sunt. qui et dei et deorum.
ut dei filii saepissime nuncupantur. Hoc
iuxta sacrum. Ceterum in typo prae-
figurat hic angelus sive filius dei. dominum
nostrum ihesum christum qui ad fornacem descendit
inferni in quo clausae expectabantur et
iustorum animae tenebantur. ut absque
exustione et noxa sui eos qui tenebantur
inclusi mortis vincula liberaret.
Tunc accessit nabuchodonosor ad ostium
fornacis ignis ardentis. et ait.
Pavore perterritus non prius ausus quaerit
a pueris. sed ipse eos quaerit et nomine
vocat servos dei excelsi appellans.
et petens ut audire egrediantur quos
vinctos in fornace miserat. Benedictus
deus sidrac misac et abdenago qui misit
angelum suum et eruit servos suos. Quem
supra filium dei. hic angelum vocat
quamquam in superioribus similitudo filii dei.
non veritas appellata sit. Rursum ergo
nabuchodonosor dei confessionem reci-
pit. et damnatis idolis laudat tres pueros
qui noluerunt servire et adorare omnem
deum. excepto deo suo. et ministratis. quod sciret
dei ignis tangere non potuerit quod autem
ait. A me propositum est decretum ut
omnis populus tribus et lingua quaecumque locuta
fuerit blasphemiam. Contra deum sidrac
misac et abdenago disperat. et domus
eius vastetur. Neque enim est alius deus
qui possit salvare. Quidam pessime
ad diabolum referunt quod in con-
summatione et fine mundi etiam
ipse recipiat notitiam dei. et omnes
ad paenitentiam cohortetur et hunc
volentes esse regem nimiae.
Qui novissime descendit de throno
superbiae et humiliatus paenitentiam
consecutus est. Tunc rex promovit
sidrac misac et abdenago in provin-
cia babilonis. qui dicunt supra eos

STORIA quidem manifesta
est et non magna interpre-
tatione indiget quod ad
ostentum dei nabuchodonosor uersus
in amentiam et septem annis inter
bruta animantia uixerit. et rursus
iudicibus aliatus sit. ut potentia dei medu
restituatur in regnum laudauerit.
et glorificauerit regem celi. quia
omnia opera eius uera. et uie eius
iudicia. et gradientes in superbia potest
humiliare. sed quid uolunt per
nabuchodonosor contrarium forti-
tudinem intellegere de qua dominus loquitur
in euangelio: Uidebam satanan
cadentem quasi fulgur de celo.
et iohannis apocalipsis quod draco
cadens in terram et aquam partem stellarum
secum traxerit. et quomodo quomodo
ceciderit lucifer qui mane oriebatur
asserunt nequaquam potuisse fieri
ut factio per septem annos uerteretur
homo qui nutritus erat in deliciis. et
septem annis absque ulla luctuatione
corporis sui inter bestias uixerit.
et quomodo uiuenti homini per
septem annos imperium reseruatum
sit regnumque potentissimum absque
rege tanto tempore fuerit ut
si alius ille succederet in regnum.
Cuius uecordie conmundus sit et
ut celeret imperio quod tanto
tempore possidebat. preterea cum
storie caldeorum nihil tale con-
tineant nec potuisse fieri ut quid

damculoribus scribserint. minoris
testicentia. Hec autem omnia que uero
et replicant ut accumlatoria non
secernant per nabuchodonosor diabolus
significatur. quod nos nequaquam
recipimus ne omnia que legimus umbre
uideantur et fabule. quis enim
amentes homines non cernat in star
brutorum animantium in agris
uiuere. locisque silbestribus. et ut ac cuncta
pretermittam cum multa incredibiliora
et grece et romane storie accidisse
hominibus prodiderunt. scillam quoque
et chimeram. hydram atque centauros.
aues. et feras. flores. et arbores. stellas
et lapides factos de hominibus numina
quid mirum est si ad ostendendam
potentiam dei et humiliandam
regum superbiam hoc dei iudicio sit
patratum. Quietus eram in domo
mea et florens in palatio meo siue
throno. Ut alter interpretatus est theodo-
tio. domum autem diaboli qui sensum
sequuntur contrarium mundum
istum intellegunt. De quo et in euan-
gelio ipse loquitur ad saluatorem.
Hec omnia mihi tradita sunt. et
apostolus dicit mundus in maligno
positus est. Somnium uidi quod
perterruit me. Respondent quale
somnium uiderit contraria forti-
tudo. nisi forte omne quod in hoc
mundo habere uideatur umbra et
somnium est. Et uisiones capitis
mei conturbauerunt me. Notandum quod

et nabuquodonosor uisionem oculorum
et cordis sed cupiat nobis et quia
propter gratiam seruorum dei futurorum
illi misteria reuelantur. Donec collega
ingressus est in conspectum meo daniel.
Excepta septuaginta cunctis interpretibus
qui haec omnia nescio qua ratione
praeterierunt. et reliqui collegam
interpretati sunt. unde magistrorum
perfecte editio eorum in hoc uolumine
repudiata est et theodotionis uulgo
legitur quae et hebraico et ceteris trans-
latoribus congruit. Unde et origenes
in nono stromatum uolumine asserit
se quae sequuntur ab hoc loco in propheta
daniele. Non iuxta septuaginta
interpretes qui multum ab hebraica
ueritate discordant. sed iuxta
theodotionis editionem disserere.
Qui habet spiritum deorum sanctorum in semet ipso.
Pro eo quod hic dicitur deorum sanctorum
lingua caldea qua scriptum est
daniel legimus. HELAINCADISIN. quod
deos sanctos et non deum sanctum significat.
ut a theodotione interpretatum est.
Nec mirum si errat nabuquodonosor
et quicquid supra se cernit non deum sed
deos arbitratur denique et in consequen-
tibus. Baltasar inquit princeps
ariolum quem ego scio quod spiritum deorum
sanctorum habeat in se. Baltasar
princeps ariolum siue incantatorum
ut alii interpretati sunt. non mirum
si princeps ariolum omnium consti-
tutus est qui ad praeceptum regis
sapientiam quam didicerat caldeorum et
decuplum omnium sapientior fuerat
inuentus. Quaerimus ab his qui in
hac uisione non recipiunt satirum.
quis iste sit nabuquodonosor qui
somnium uiderit. et quis daniel
qui somnium eius edisserit et
uentura praedicat. et quomodo hic
ipse daniel qui utique iuxta eos
sanctus intellegendus est fortitudo.
a nabuquodonosor princeps ariolum
eius constituatur et collega appel-
letur. Videbam et ecce arbor in me-
dio terrae et altitudo eius nimia.
magna arbor et fortis. et proceritas
eius contingens caelum. aspectus illius
erat usque ad terminos uniuersae terrae.
Non solum de nabuquodonosor rege
caldeo sed de omnibus impiis propheta
loquitur. Vidi impium superexaltatum
et eleuatum sicut cedros libani.
qui non uirtutum magnitudine
sed sua eleuantur superbia. et ideo
succiduntur et corruunt. Unde bonum
est illud sectari quod dominus docet
in euangelio. Discite a me quia mitis
sum et humilis corde. Quod autem
ista iuxta theodotionem. ΤΟ ΚΙΤΟϹ.
idest altitudo eius. ΝΕΤΥΡΙΑ. siue
ut porta ipse interpretatus est. idest
dominatio pro quo nos uertimus
aspectus eius idem contemptores historiae
calumniantur. quod nequaquam
dominatio nabuquodhonosor
orbem terrarum possiderit neque enim

grecis ut barbaris cunctisque septen
trionis et occidentis nationibus im
peraret . sed cunctum hominis
prouincias . id est . assyriam . Non europam
et libiam . Ex quo intellegi uolunt
ad diabolum cuncta referenda .
Quum haec omnia nos quasi symbolice
dicta . debeamus accipere ob superbiam
regis impii qui cunctum gloriatus
incrassatus ut caelum ascendere se luceat .
et orbem terrarum quasi nidum et
oua uolucrum . Et ecce uigil et sanctus
de caelo descendit . Pro uigil theodotio
ipsum chaldaicum uerbum posuit hir .
quod per ir litteras . ΑΥΗΟΔΡΕS scribitur
significat autem angelos qui semper
uigilant et ad dei imperium sunt
separati . unde et nos crebri per no
ctationibus imitamur angelorum
officia et de domino dicitur non dormita
bit neque dormiet qui custodit israhel .
Deinde et in consequentibus legimus .
In sententia uigilum hoc est angelorum
decretum est et sermo sanctorum et petitio .
Consuetudo autem graeci latinique
sermonis hirim . uocat quod multis
colorem utrum uideamus descendere
dicitur . Et tunc daniel cuius nomen
baltasar coepit intra semet ipsum
taciturus cogitare quasi hora una . et
cogitationes eius conturbabant eum .
Respondensque rex ait . Baltasar .
somnium et interpretatio eius non
conturbent te . Tacitus intellegit
daniel somnium esse contra regem .

et timorem cordis uultus pallore
significabat . dolebatque pro eo qui ei
honoris plurimum detulerat . et ne
uideretur insultare uel laetari
contra hostium regem deinceps detestantis
id quod uidebat loquitur
ad eum . Domine mi somnium hoc
his qui te oderunt et interpretatio
eius hostibus tuis sit . Uidens ergo
nabuchodonosor eum metuere
nec in se eum quid uel contrarium
contra regem dicere uideretur .
cohortatur ut simpliciter et uere
loquatur . quod intellegit nequicquam
metuat . Arborem quam uidisti
sublimem atque robustam . tu es rex
qui magnificatus es et inualuisti .
et magnitudo tua creuit et potestas
tua in terminos uniuersae terrae .
Absque regis iniuria explicat
utrumque et non tam superbiae sed
potentiae uideatur arguere .
Et uinciatur ferro et aere in herbis foris
et rore caeli conspergatur . et cum
feris sit pabulum eius . donec septem
tempora mutentur super eum . et
supra similiter scriptum est .
Quaerunt ergo a nobis . quilscumque
contradicunt quomodo in uinculo
ferreo et aereo fuerit nabuchodonosor .
uita qui eum uinxerit . et compedibus
alligauerit quam perspicuum sit
omnes furiosos ne se praecipitent .
et alios ferro inuadant catenis
ligari . Haec est interpretatio clarissimi

que pervenit super dominum meum regem. Duritiam sententie verborum temperat blandimentis. et quamquam dura predixerit. maioribus repromissis relevat animum et tamen denique infert. Regnum tuum tibi manebit postquam cognoveris potestatem esse celestem. Unde hi qui satanam contradicunt. et volunt diabolo reddi pristinam dignitatem in hoc loco velificant. quod post amentiam. post effeminationem. post herbas et feni cibos. et septem annorum circulos. confiteatur dominum et sit qui prius fuerit. qui respondere debent quomodo congruat ut angeli qui numquam corruerunt eum rursus principem habeant qui per penitentiam sit reversus.

Quam ob rem rex consilium meum placeat tibi. et peccata tua elemosinis redime. et iniquitates tuas misericordiis pauperum. forsitan ignoscet delictis tuis. Si predicta sententia dei que non poterat inmutari. quomodo hortatur ad elemosinas et misericordiam pauperum. ut dei sententia commutetur. quod facile solvitur ezechie regis exemplo quem esaias dixerat esse moriturum. et ninivitarum ad quos dictum est. et ninive subvertetur. et tamen ad preces ezechie et ninive dei sententia commutata est. non vanitate iudicii. sed eorum conversione qui meruere indulgentiam. Alioquin et in hieremia loquitur deus se malum minari super gentem et si bonum fecerit minas clementia commutare. rursum bonum agentibus et iustitiam polliceri et si malum fecerit dicit se mutare sententiam. non scilicet in homines opera que mutata sunt.

Neque enim deus hominibus sed vitiis irascitur. que cum in homine non fuerint. nequaquam punit quod quod mutatum est. Dicunt et hebrei fecisse quidem nabuchodonosor iuxta danielis consilium misertus in pauperes. Idcirco usque ad mensem duodecimum lenitam esse dilatam sententiam sed quia postea ambulans in aula in babilonis gloriatur et dicit.

Nonne hec est babilon magna quam ego edificavi. in domum regni. in robore fortitudinis mee. et in gloria nominis mei. Bonum misericordie perdidit malo superbie. Forsitan ignoscet delictis suis. quam beatus daniel prescius futurorum de sententiam dei dubitet et rem. temerarium faciunt qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur. et tamen sciendum quod si nabuchodonosor bona opera faciente venia repromittitur multo magis illis promittetur qui leviora peccaverint. Legimus et in hieremiam preceptum per propheta iudeis ut orent pro babilonis quia in pace eorum sit pax captivorum. Quam adhuc

sermo esset in ore regis . uox de celo ruit :
et tibi dicitur nabuchodonosor . regnum
transiit a te . Ab rogans gloriatio
statim punitur a domino . et ideo non
differtur sententia ne uideatur
misericordia in pauperes minime fuisse
sed statim ut loquitur et superbit
perdidit regnum quod ob elemosinas
fuerat seruatum . Donec scias quod
dominetur excelsus in regno hominum .
Magnum miserie consolatio quando
in adiunctam ponitur sit prosperum .
quam quam nabuchodonosor erat tunc
furoris sit et amentie . ut malorum
tempore bonorum que et dominus promiserat
sit non fuerit recordatus .
Ego nabuchodonosor oculos meos
ad celum leuaui et sensus meus redditus
est mihi . Nisi oculos leuasset ad
celum sensum pristinum non recepe
perat . quando autem dicit sibi sensum
redditum . ostendit non formam
se amisisse . sed mentem . Et regnum eius
in generatione et generatione . Si hoc
quod in scripturis dicitur in generatio
ne et generatione simpliciter accipi
mus . pro eo quod est in omni futuri
temporis . nulla questio est . Sin autem
ut sepe diximus generatio et generatio .
duas generationes significat . Legis
et euangelii querendum est quomodo
nabuchodonosor dei sacramentum
cognouerit nisi forte hoc dicamus
quod postquam oculos leuauit
ad celum . et recepit pristinum

statum et gratulabitur et benedixit
dominum uiuentem in sempiternum et quam
hec non ignorauerit . Iuxta uoluntatem
enim suam facit tam in celo
quam in terra . et non est qui resistat
manui eius . et dicat quare fecisti .
et hoc loquitur quasi homo sciens non
enim quod uult hoc facit . sed quod
bonum est . hoc uult deus . Nabuchodonosor
nosor autem sic loquitur . ut dum
potentiam dei predicat iustitiam eius
uideatur arguere . quod inmeritas
penas sustinuerit . Et honorem
mei . et magistratus mei . requisierunt
me . et in regnum meum restitutus sum
et magnificentia amplior addita
est mihi . Ergo iuxta eos qui scriptorum
contentiosi sunt . omnes angelice fortitu
dines requisierunt regnum diabolum
et in statum eum suum reddiderunt potestatem .
qui condum aduersum dominum superbierat .
ut malos futurus sit quam fuit
ante peccatum . Quia omnia
opera eius uera . et uie eius iudicia .
et gradientes in superbia potest hu
miliare . Intellegit nabuchodonosor
quare septem annis penas
sustinuerit . et idcirco se humiliauit .
quia contra dominum superbierat . F

BALTASAR REX FECIT GRANDE
CONUIUIUM . OBTIMATIBUS SUIS
MILLE . ET UNUSQUISQUE SECUNDUM
SUAM BIBEBAT ETATEM .


CANDELABRUM
DANIEL CONTRA
SCRIPTURAM
RESPICIENS
MANE
TECHEL
FARES
ARTICULOS
SCRIBENTIS
INPARIETE
BALTASAR INCONUIUIUM
CUMOPTIMATIBUS
SUIS

Sciendum est non esse hunc filiū
nabuchodonosor . ut uulgo
legentes arbitrantur . Sed iuxta
historicum qui caldeam scribit historiam .
et iosippum qui historicum sequitur .
post nabuchodonosor . qui regnabit
annis xl et iii . successisse in regnum eius
filium qui uocatur euilmarodac . de
quo scribit et hieremias quod in primo
anno regni sui leuauerit caput ioachim
regis iudę . et eduxerit eum de domo
carceris . Refert igitur iosephus quod
post mortem euilmarodach in regnū
patris successerit filius eius neglisar .
Post quem rursum filius eius laborsordoc .
quo mortuo baltasar filius eius regnū
tenuerit . quem nunc scriptura
commemorat . quo interfecto a dario
rege medorum . qui cyri regis persarum
auunculus fuit . et cyro per quę duo
regna aulus adolescentem bige et simili
et unum uocat destructum esse impe
rium caldeorum . quod quidem
xenophon in cyri maioris scribit in
fantia . et pompeius trogus . et multi
alii qui barbaras scripsere historias . hūc
darium in graecis uoluminibus quidam
artaxerxen alii artaxerxis filium putant .
Et alio apud eos appellari nomine .
unusquisque autem principum uocatos
iuxta suum bibebat aetatem . siue ut
ceteri in aspectu eius saltarent .
bibebat ipse rex uinum coram cunctis
principibus quos uocauerat . Praecepit
ergo iam temulentus ut afferrentur
uasa aurea ad argentea quę aspor
tauerat nabuchodonosor pater
eius de templo quod fuit in hierusalem
ut biberent in eis . rex et optimates
eius . uxoresque eius et concubinae .
Tradunt hebraei huiusmodi fabulam .
usque ad septuagesimum annum
quod hieremias captiuitatem populi
iudaeorum dixerat esse soluendum .
De quo et zacharias in principio
uoluminis sui loquitur . irritam
putans dei pollicitationem baltasar .
Falsumque promissum . uertit in gaudium .
facit grande conuiuium insultans
quodammodo spei iudaeorum et uasis
templi dei . sed statim ultio con
secuta est . quod autem baltasaris
patrem nabuchodonosor uocat .
non faciunt errorem scientibus scę
scripturae consuetudinem qua
patres omnes proaui et maiores
uocantur . et hoc considerandum
quod sobrius ista non faciat .
sed temulentus oblitus quę pater
que nabuchodonosor proauum
illius consecuere . Bibebant uinū
et laudabant deos suos . aureos .
et argenteos . et aereos . ferreos ligneosque
et lapideos . Quanta stultitia
in uasis uiui bibentes deos ligneos
laudabant et lapideos . quam
diu uasa fuerunt in idolo babilonis .
non est iratus dominus . uidebantur
enim rem dei secundum prauam quidem
opinionem tamen diuino cultui

consecrata. Postquam autem
humanis usibus divina contami
nata. statim pena post ea fuerit
legitur. Laudant autem deos
suos. insultantes deo Iudeorum.
Quod illius victoriam attribuentibus
bibunt in vasis eius. Iuxta
tropologiam hoc dicendum est.
quod omnes heretici et doctrina
contraria veritati. que ad summa
verba prophetarum et sacramentis
divine scripture abutantur ad
sensum suum. et dabunt bibere his
quos deceperint et cum quibus fornicati
sunt. tollunt vasa templi dei. et
inebriantur eis. et non domini cultus
vasa sunt. sed deos laudent aureos
et argenteos. et ereos. et ferreos.
ligneosque et lapideos. Aurei mihi
videntur dii qui seculari ratione
compositi sunt. Argentei. qui
habent eloquii venustatem. et
rethorica arte contexti sunt.
Qui autem ferunt fabulas poetarum
et vetustatis vanitatis traditionibus.
habentes in ore multarum ut eleguntie. vel scolastice differentiam
litterarum vocantur enei et ferrei.
Qui autem penitus ineptias proponunt
lignei appellantur et lapidei. quos
omnes induunt pariter devoto nomini
dividit scribens. maledictus omnis
qui facit sculptile. et conflatile
opus manuum artificis et ponet illud
in absconditio. Absconduntur enim
omnes heretici et operiunt mendacio
suorum dogmatum varugiatem
in obscuro tenentes corde. In eadem hora
apparuerunt digiti quasi manus
hominis scribentis contra cande-
labrum in superficie parietis aule
regie et rex aspiciebat articulos
manus scribentis. Pulchre dixit
in eadem hora. sicut et supra legimus
de nabuquodonosor. Cum adhuc
sermo esset in ore regis. vox de celo ruit.
Ne ob aliud sibi inlatum supplicium sed
ob blasphemium cognosceret. Videntur
autem digiti in pariete scribere contra
candelabrum. ne et minus esset quod
scribebatur longius a lumine non
pateret. et scribunt in pariete
aule regie ut intellegat rex adesse
pertinere quod scribitur. cuius regis
facies commutata est. et hic
notandum propter eos psalmos qui habent
titulos. pro his qui commutabuntur
quod in mutatio. non solum sceleris
sed peccatoris quoque dicitur.
Nam et in consequentibus legimus rex
Baltasar turbatus est. et
vultus illius commutatus est.
Exclamavit itaque rex fortiter. ut in
troducerent magos chaldeos et arus
pices. Oblitus eorum que nabuquod
onosor acciderunt. utique ut in
olitum gentis sue sequitur errorem.
ut non dei prophetam sed magos et chal
deos. et aruspices vocet. Purpura
vestietur. et torquem auream habebit

In collo. Rem quidem facio ridiculam
ut in expositione prophetarum de verbo-
rum generibus quasi grammaticus disputem
sed quia a quodam nihil sciente
et omnia pollicente reprehensus sum
quod torquem genere feminino autum-
tauerim breuiter adnotabo. quod
Cicero in Murrio torquem genere femi-
nino. Liuius masculino dixerit.
Et tertius in regno meo eris. Vel tertius post
me ut unus e tribus principibus
quos alibi tristatas legimus.
Regina autem pro re quae acciderat
regi et optimatibus suis domum con-
uiuii ingressa est. et proloquitur usque.
Hanc Iosephus auiam Baltassaris
originis narrat scribunt. unde
et nouit praeterita quae rex ignora-
bat. Euigilet ergo Porphyrius qui eam
Baltassaris somniatur uxorem
et illudit plus eam scire quam maritum.
Est uir in regno tuo qui spiritum deorum
habet in se. Praeter simulacrum qui
Chaldaicum uanitatem secutus erat.
ceteri spiritum dei interpretati sunt.
Et in diebus patris tui scientia et sapi-
entia inuentae sunt in eo. Patrem
uocat Nabuchodonosor ut supra
diximus pro auo est secundum consuetu-
dinem scripturarum imitandum erat
sancti uiri et inter barbaros conuersatio-
ut regis auia ut mariti prouitatum
magnitudinem tantis eum laudibus
eleuet. Ad quae respondens Daniel ait
coram rege: Munera tua sint tibi.

et dona domus tuae alteri da.
Scripturam autem legam tibi rex.
et interpretationem ostendam.
Emulantur Danielem regis dignitate
qui absque pretio profert ueritatem.
Iam illo tempore praeceptum euangelicum
sequebatur. Gratis accepistis.
gratis date. Alioquin. et tertia
numquam inde ceterum libenter
dona suscipere. Quos uolebat
interficiebat. et quos uolebat
percutiebat. quos uolebat exal-
tabat humiliabat. Nabuchodonosor
pro cuius potentia exemplum.
ut et dei iustitiam doceat. et propter
superbiam eius pro nepotem similia
sustinere confirmet. Si autem Nabu-
chodonosor. quos uolebat interfi-
ciebat. et quos uolebat percutie-
bat. et quos uolebat exaltabat.
et quos uolebat humiliabat.
In his scandali honoribus et percussio-
nibus exaltatione et humiliatione
non erat dei prouidentia nec praecep-
tum sed eorum uoluntas qui per-
cutiunt. quos uoluerint exaltant.
Quod quam sit quaerendum est quod
scriptum illud legatur cor regis in
manu domini. Quodcumque uoluerit.
illuc declinabitur. Nisi forte sanctum
quemque dicimus regem. cuius non
regnat peccatum in mortali corpore
et cuius ideo seruatur cor. quia
in manu dei est. quicquid autem in manu
dei positum fuerit nullus poterit rapere.

gere. et quicumque superbus fuerit intellegat in manu dei non fuisse.

Tu quoque filius eius baltasar non humiliasti cor tuum cum scires haec omnia. Pro uariis autem quia eleuatum est cor eius et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam depositus est de solio regni sui et gloria eius ablata est et reliqua. Et ait igitur quam hoc de patre cognosceret et sciret quod superbis deus resistat humilibus autem dat gratiam.

Non debuerat aduersum dominatorem caeli eleuare cor suum et insultare illius magestati et ea facere quae fecit. Hunc locum quidam ad antichristum referunt. quod imitaturus pueris sui diaboli superbiam contra dominum erectus sit. Sed quaerendum est ubi sit daniel qui ei scripturam dei interpretetur. et qui medi et persae occiderint eum. et successerint in regnum eius. nulli enim dubium quin post antichristum sancti regnaturi sint. Haec est autem scriptura quae digesta est. Mane. Thecel. Fares.

Et haec est interpretatio sermonis.

Mane. numerauit deus regnum tuum et compleuit illud. Thecel. adpensus es in statera et inuentus es minus habens. Fares. diuisum est regnum tuum. et datum est medis et persis. Tria tantum uerba in pariete signabantur.

Mane. Thecel. Fares. quorum prius numerum ad pensionem sonat. non solum ergo lectione opus fuit sed interpretatione eorum quae legerat ut intellegeret quid haec uerba praedicarent quod scilicet numerasset deus regnum illius atque complesset. et adpendisset statera iudicii sui. ut ante eum iugulasset gladius quam natura dissolueret. et imperium eius in medos diuideretur et persas. Cyrus enim ut ante iam diximus rex persarum iunctus sibi dario auunculo subuertit imperium chaldeorum.

Tunc iubente rege indutus est daniel purpura et circumdata est torques aurea collo eius. et praedicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno sue tertiae partis regni. Accepit autem insigne regium torquem et purpuram ut in regnum fieret notior. et pre notitia honoratior. Nec mirum si baltasar audiens tristitiam soluerit praemium quod pollicitus est. cum enim longo post tempore crediderit uentura quae dixerat. Aut quando dei prophetam honorat sperauit se ueniam consecuturum. quam si non impetrabit. melius fuisse credendum est sacrilegium in deum quam honorem in hominem.

Eadem nocte interfectus est baltasar rex chaldeus. et darius medus successit in regnum annos natus est sexaginta duo. Iosephus scribit in decimo iudaicae antiquitatis

libro obsessa babilone a medis
et persis . dario uidelicet et cyro
tantum uenisse baltasar regem
babilonis obliuionem sui ita cele
brantem in illo conuiuium . et
in uasis templi biberet et obsessus
uacaret epulis unde potest sciri
historia quod eadem nocte sit captus
atque iugulatus . dum omnes tota
uisionis interpretationisque pauore
exterrentur . tota occupata sunt
festiuitate . et ebrietate conuiui .
quod autem uincente cyro rege persis
et dario rege medorum . solus darius
successisse in regnum scribitur .
ordo etatis et propinquitatis
et regni est . darius enim LXII annorum
erat . et maius regnum medorum
quam persarum legimus . et auunculus .
qui prior erat iure naturae successor
regni debuit numerari . unde et
in uisionem quae contra babilonem
in esaia legitur post multa quae
longum est ponere . haec futura
narrantur . ecce ego suscitabo sup(er)
eos medos qui argentum non quaerant .
nec aurum uelint . sed sagittis
paruulos interficiant et lactantibus
uteri non misereantur . et hieremias .
sanctificate in quid contra eam gentes
mediae duces eius et uniuersos magis
tratus eius cunctamque terram
potestatis illius . et in consequen
tibus filia babilon quasi area
tempus triturae eius . adhuc modicum

et ueniet tempus messionis eius .
quod autem in conuiuio capta sit
babilon quam ornauit ad pugnam
manifestatur scribit babilon
dilecta mea facta est mihi in
miraculum pone mensam con
templare in specula comedentes
bibentes surgite principes ad
ripite clipeum . Placuit dario
et constituit super regnum satrapes
centum uiginti ut essent in toto
regno suo . et super eos principes tres
ex quibus erat daniel unus .

Iosephus de quo supra diximus scribens
historiam . ita loquutus est . Darius
autem qui babiloniorum destruxit
imperium iubante se et patriae
dimicante . cyro propinquo suo
annum uitae agebat LXII .
quando cepit babilonem eratque
filius astiagis . qui aliter apud
grecos uocatur nomine . tulitque
secum danielum prophetam . et abdu
xit in mediam et unum fecit de tribus
principibus qui uniuerso regno eius
preherant . ex quo intellegimus
sub uersa babilone darium reuersum
ad regnum suum in mediam . secumque
abduxisse danielum in eodem onore
quo a baltasar profectum accepe
rat . nec ambiguum est audisse
eum signum atque portentum .
quod baltasar acciderat . et inter
pretationem quam daniel
exposuerat . et quomodo medorum

regnum persarumque praedixerat .:
Nemo ergo turbetur quod nunc
in regno darii . nunc in regno cyri .
daniel fuisse dicatur .: Pro dario
septuaginta . artaxerxen inter
pretati sunt . quod utrum ordo pre
posterus sit . ut ante sub dario
narretur storia quam sub baltas
sar . quod postea lecturi sumus
qui a dario interfectus est . illud
mihi videtur quod statim storia
storie copulabit .: Insinuat enim
superioris dixerat visionis . et
darius medus successit in regnum
annos lxii . sub hoc igitur dario
qui interfecit baltasar . hec gesta
sunt que dicturi sumus .:
Igitur daniel . superabat omnes
principes . et satrapes . quia sps dei
amplius erat in eo .: Porro rex cogi
tabat constituere eum super omne
regnum . unde principes et satrape
querebant occasionem ut inveni
rent danieli ex latere regis .:
Principibus quos simachus [illegible]
theodotio . ΤΑΚΤΙΚΟΥ . aquila
ΣΤΗΕΡΤΙΚΟΣ ΣΤΗΕΡΔΤΙΒΑΣ interpre
tatus est .: Cumque quererem qui essent
isti principes ΤΑΚΤΙΚΟΣ . In septua
ginta editione legi manifestius .
qui dixerunt et duos viros quos
constituit cum . et satrape . cpc .
quia igitur duobus principibus
inter quos tertius erat . hunc primum
facere cogitabat . invidie et in
sidiarum nata occasio est .
querebant occasiones ut invenirent
danieli ex latere regi . et cetera .
et in hoc loco hebrei tale nescio
quod suspicantur eius regina esse
ut concubine eius ceteraeque uxores
que ex latere dormiunt .: querebant
ergo occasionem his rebus huius sermo
ni . si in sermone . actu . nutu .
intemptatio posset accusare .
danielem .: sed nullum inquiunt
causam .: et suspicionem repperire
potuerunt . quia eunuchus erat . et eum
inter . stupri arguere non potuerunt .
hoc illi dixerunt . qui propter occasionem
unius verbi longas solent fabulas
texere .: Nos interpretamur simpliciter
quod nullum occasionem adversum
eum repperiunt in qua regi noxius
fuerit eo quod fidelis esset . et omnis
culpe suspicio . non invenietur in eo .
et aquila .: ΑΕΒΒΛΑΒΗΑΔΑ inter
pretati sunt . que caldeice dicitur
bestasdu .: Cumque ab hebreo quererem
quid significaret . respondit . vim verbi
sonare .: deaep quam nos in laeebrum
sive cφaaaa . hoc est erroneum pos
sumus dicere .: Porro euripides in medea
ΑΒΒΙΤΑ ΑΡΒΙΑΓΡΕΡΙΑ . non per . b .
ΑΜΑΡΤΙΑΣ . idest peccata appellat .:
Dixerunt ergo viri illi non inveniemus
danieli aliquam occasionem nisi
forte in lege dei sui .: Felix conversatio
in qua inimici nullam repperiunt
occasionem . nisi legitimis dei .:

Tunc principes et satrape subripue
runt regi. et sic locuti sunt.
Pulchre dixit subripuerunt. non enim
hoc locuti sunt quod agere cogita
bant. sed per honorem regis inimico
moliuntur insidias. Nunc itaque rex
confirma sententiam et scribe decretum
quod statutum est a medis atque
persis. Perspicuum fit quod supra
diximus unum regnum fuisse sub
dario et cyro medorum atque persarum.
Quod cum daniel conperisset. id est
constitutam legem ingressus est
domum suam. et fenestris apertis
in cenaculo suo contra hierusalem tribus
temporibus in die flectebat genua.
De omni scriptura celeri memoria
congregandum est ubi id est. ἀνώγαιον quae
latine dicitur meniana. ut ecau-
siue solaria. ἀνάγαια et
nunc daniel regis iussa contempnens
et in deo habens fiduciam. Non orat
in humili loco. id est cenacula legeri
mus. Nam et dominus noster pascha
celebrat in cenaculo. et in actibus
apostolorum. Super centum uigin
ti animas credentium spiritus sanctus
descendit in cenaculo. Sed in excel
so et fenestris apertis contra hierusalem
ubi erat uisio pacis. Orat autem
secundum preceptum dei dicatique
salomonis qui contra templum
orandum esse memorabit.
Tria autem tempora quibus deo flectenda
sunt genua. tertiam. horam et sextam

et nonam. ecclesiastica traditio
intellegit. Denique. tertia hora descen
dit super apostolos spiritus sanctus. Sexta
uolens petrus comedere. ad orationem
ascendit cenaculum. Nona
petrus et iohannes pergebant ad
templum. Uiri igitur illi curiosius
inquirentes inuenerunt danielem
orantem. et obsecrantem dominum suum.
Ex hoc loco discimus ne temere nos offeramus
periculis. sed quantum in nobis est
insidias declinemus. Unde et daniel
non in foro. non in plateis faciebat
contra regis imperium. sed in abscon
dito. nec tamen ueri optat iussa
neglegere. Rex numquid constituisti
ut omnis homo qui rogaret
quemquam de diis et hominibus
usque ad dies triginta nisi te rex mitteret
tur in lacum leonum. Tacentes de
danielis nomine. ut quam rex
generaliter se iussisse responderit.
uerbo suo teneatur. ne aliter super
daniele faciat quod locutus est.
Uerus sermo iuxta decretum medi
orum atque persarum quod preuaricari
non licet. Crebrius admonuimus
ubicumque dicitur regnum medorum atque
persarum. ut absoluamus difficillimam
questionem quia nunc sub dario.
nunc cyro. daniel fuisse memoretur.
Tunc respondentes dixerunt coram rege.
daniel de filiis captiuitatis iudee.
Ut amulos sua indignitate contemneret
eum qui regis iussa contempnit dicunt

esse captiuum. Quod uerbum cum
audisset rex, satis contristatus est,
et pro daniele posuit cor ut liberaret
eum. Intellexit se propria responsione
deceptum, et quod causa insidiarum
esset inuidia. Itaque ne contra suam
legem facere uideretur. Non auctori-
tate regia, sed ratione atque consilio
uult danielem de discrimine liberare.
Et in tantum nititur et laborat
ut rex potentissimus usque ad solis
occasum cibum non accipiat. et
illis tantum in malo permanentibus ita.
ut nec uoluntate regis mouerentur
nec iniuria. Viri autem illi intellegentes
regem. dixerunt. Scito rex quia lex
medorum atque persarum. ut omne
decretum quod constituerit rex non liceat
inmutari. Sicut rex intellegebat
principes accusare propter inuidiam
sic et illi intellegebant regis animum
quod uellet danielem de praesenti
morte eruere. Unde iuxta legem
medorum atque persarum dicunt regis
iussa non posse irrita fieri. Tunc
rex praecepit et adduxerunt danielem
et miserunt eum in lacum leonum.
Dixitque rex danieli. Deus tuus quem colis
semper. ipse liberabit te. Credit
multitudini et consequentibus ad
uerturis moram in mihi non audet
negare quodque ipse obtinere non po-
tuit. dei tradit potentiae. Nec
ambigue loquitur ut dicat si potue-
rit liberare te. sed audacter et confidenter.

Deus inquit tuus quem colis semper.
ipse liberabit te. Audierat enim tres
pueros qui inferioris ad danihele
gradus erant flammas uicisse
babylonias. et danieli multa mysteria
reuelata. Unde et diligebat
eum hominem quem captiuum
habebat in honore maximo.
Adque adlatus est lapis unus et posi-
tus super os laci. quem obsignauit
rex anulo suo et anulo optimatium
suorum. Obsignat anulo suo lapi-
dem quo os laci claudebatur. ne quid
contra danielum molirentur inimici.
Credit enim eum dei potentiae. et qui
de leonibus securus est de hominibus
pertimescit. Obsignat autem et
anulo optimatium suorum ne quid
suspicionis contra eos habere uideretur.
Et abiit rex in domum suam. et dormi-
uit incenatus. cibique non sunt inlati
cum eo. Insuper et somnus recessit ab eo.
Quantae regis beniuolentiae ut cibum
nec die. nec nocte caperet et somnum
oculis non concederet. sed periclitantem
propheta ipse penderet affectu.
Si autem rex nesciens deum hoc facit pro
ulato quem uult a discrimine liberari.
quanto magis nos pro peccatis
propriis. in edia et uigiliis debemus
deum ad clementiam quam flectere.
Tunc rex primo diluculo festinus
consurgens ad lacum leonum
pergit.


LACUS LEONUM
UBI DANIEL FUIT MISSUS:
ET ABACCUC PORTANS ILLI
PRANDIUM


REX INCENATUS PRO DANIELO DOLENS
FUIT SOMNIUM AB OCULIS EIUS

Lacum uocant depressum in terram fobeam uel cisternam in qua leones nutriebantur. Festinans autem primo diluculo pergit ad lacum credens eum uiuere. Lacus latine aquarum dulcium congregatio nuncupatur.

Yalacus barcus calurius ex ceteri quam greci . ΔΙΑΝΗΝ . idest sanguinem uocant. Adpropinquansque lacui Danielem uoce lacrimabili inclamabit. Cordis affectum lacrimis indicat. et oblitus regie dignitatis uictor ad captiuum. dominus clamat ad seruum. Daniel serue dei uiuentis. Viuentem uocat ad distinctionem deorum gentilium quia simulacra sunt omnium mortuorum.

Deus tuus cui seruis semper putas ne ualuit liberare te a leonibus. Non quod dubitet de potentia eius supra dixerat deus tuus quem colis semper ipse liberabit te.

Sed de ambiguum sententiam temperat ut quanto daniel inlesus appareret quanto rex incredibilior erat tanto aduersum principes iustitia maior indignatio sit. Rex in aeternum uiue.

Honorat honorantem et uitam inprecatur aeternam. Deus meus misit angelum suum et conclusit ora leonum et non nocuerunt mihi. quia coram eo iustitia inuenta est in me. et coram te rex delictum non feci. Non leonum feritas inmutata est. sed rictus eorum et rabies conclusa est ab angelo. et ad clauditur quia per hec bona opera precesserunt ut non tantum gratia liberationis sit.

quam iustitiae retributio. Hic autem uocet omnis uir sanctus profetat. qui erutus est de ore leonum inuisibilium et de lacu inferni quia credidit in deum suum.

Tunc Darius rex scripsit uniuersis populis tribubus et linguis habitantibus in uniuersa terra.

Sicut nabuchodonosor scribentem linguis et gentibus quidam interpretantur et in conuersus fortitudines. ita et darium interpretantur quod omnes ad penitentiam prouocet. et quaerit utrum hoc in isto mundo factum sit an in altero. ut ceteri post alios mundos quaeros pro deliramentis excussis ducentes fabulis. hoc solum dicimus ideo signum fieri per eos dei apud barbaras nationes. ut unius dei cultus et religio predicetur.

Porro danihel perseuerabit usque ad regnum darii. regnumque cyri persae. Ergo quod supra in fine primae legimus uisionis. fuit autem daniel usque ad annum primum cyri regis non uite illius tempus accipiendum est. siquidem in sequenti legimus uisione. Anno tertio cyri regis persarum uerbum reuelatum est danieli cognomento baltasar. sed hoc significatur quo usque ad primum annum cyri regis qui chaldeorum destruxit imperium. daniel potens fuerit in chaldea. postea uero a dario in medos translatus est. EXPLICIT UISIO IIII

INCIPIT UISIO QUINTA

Anno primo baltasaris regis babilonis. daniel somnium uidit.


MILIA MILIUM
IUDICIUM SEDIT ET LIBRI APERTI SUNT
LEENA ALAS AQUILE ABENS
REGNUM BABILO
NIUM
PARDUS QUATUOR ABENS CAPITA
REGNŪ ALAXAN DRINŪ
OS LOQENS TERRI
BILIS INGENTIA
REGNUM
ROMANORUM
URSUS CŪ TRIBUS
DENTIŪ ORDINIBUS
REGNUM MEDORŪ ATQ;
PERSARUM

Haec visio septima quam nunc conamur exponere et sequitur de qua dicturi sumus priorem iuxta storiam quam duae superiores. Illa enim et sequens primo et tertio anno Baltasar regis accidisse memorantur. Illa autem quae ante superiorem lecta est novissimo anno immo novissimo die regni Balthasar scribitur. Et hoc non solum in Daniele sed in Hieremia quoque et Ezechiel legimus, sicut in locis ipsis si vita comes fuerit docere poterimus. Sed in superioribus storiae ordo sequitur qui sub Nabuchodonosor et Baltasar et Dario sive Cyro mirabilium signorum acciderint. In his vero narrantur somnia quae singulis sunt visa temporibus, quorum solus propheta conscius erat, et nullum habebat apud barbaros signi ut revelationis magnitudinem, sed tantum scribitur ut apud posteros eorum quae visa sunt memoria perveniret.

Videbam in visione mea nocte et ecce quattuor venti caeli pugnabant in mari magno, et IIII bestiae grandes ascendebant de mari diversae inter se.

Quattuor venti caeli IIII arbitror angelicas potestates quibus principalia regna commissa sunt. Iuxta illud quod in Deuteronomio legimus: quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israhel. Pars autem domini populus eius Iacob funiculum hereditatis eius.

Mare autem mundum istum saeculumque significat salsis amarisque fluctibus redundantem, sicut dominus in parabola sagenae missae in mare interpretatur.

Unde et draco rex dicitur omniumque in aquis sunt. Et in psalmis secundum David in mari confringuntur capita. Et in Amos legimus: si descenderint in profundum maris, ibi mandabo draconi et mordebit eum. Quattuor autem bestiae quae ascendebant de mari et sunt inter se, angelo disserente noscimus.

Haec inquid IIII bestiae magnae IIII regna consurgent de terra. Quattuor autem venti qui pugnabant in mari magno ideo venti caeli esse dicuntur, quia unusquisque angelus facit pro eo regno quod sibi creditum erat. Et hoc notandum quod regnorum feritas vel crudelitas bestiarum nomine demonstratur.

Prima quasi leaena et alas habebat aquilae. Aspiciebam donec evulsae sunt alae eius et sublata est de terra et super pedes quasi homo stetit et cor eius datum est ei. Regnum Babylonium propter saevitiam et crudelitatem sive propter luxuriam et vitam libidinis servientem non leo sed leaena appellatur.

Aiunt enim hii qui de bestiarum scripsere naturis leaenas esse ferociores maxime si catulos nutriant et semper gestare ad coitum. Quod autem habebat alas aquilae superbiam significabat

regni potentissimi. cuius princeps loquitur per esaiam. Super sidera celi ponam thronum meum. et ero similis altissimo unde dicitur ad eum. Si alte fueris ut aquila. Inde te detraham. Aliequin ut alio in esaia. Ita ut aquila in terra, uel regnum etiam. Sed hoc dicendum aquilam multo tempore uiuere. et regnum assiriorum multis temporibus fuisse dominatum.

Quod autem euulse sunt ale eius. id est leene siue aquile. cetera regna significat quibus prius imperabat et uolitabat in mundo. *Aspiciebam donec euulse sunt ale eius. et sublata est de terra.* Sub baltasar uidelicet imperio caldeorum quoque sequitur.

Et super pedes quasi homo stetit. et cor eius datum est ei. Si de nabuchodonosor intellegimus perspicuum est.

Quod postquam perdidit regnum et potentia eius ablata est rursum in pristinum statum restitutus sit. et non leenam sed hominem se esse didicerit. et quod receperit quod amiserat. Sin autem generaliter de regno caldeorum hoc intellegendum est. quod interfecto baltasar et a medis persisque imperium succedentibus homines babilonii et humiles fragilesque naturae se esse intellexerint.

Notandum ordinem qui in imagine caput aureum dicitur. hic leena appellatur. *Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit et tres ordines erant in ore eius.* et in dentibus eius. et sic dicebant ei. surge comede carnes plurimas.

Bestiam secundam urso similem. Ipsum esse de qua in uisione statuae legimus. pectus eius et brachia de argento.

Hoc ob duritiam et ferocitatem urso comparantur rigidum enim et pertinacioris uictus. In more autem lucem denominorum regnum persarum fuit. Ita ut in pulmentario sale uescerentur secundum morem. Legimus et in multorum. In fine quoque dicitur in parte una stetit. Sic hebrei interpretantur. nihil eos aduersum stetit crudele gessere. Unde et zaccharias propheta.

Et qui ibi appellantur. tres ordines siue uersus qui erant in ore eius. et in dentibus eius quidam sic interpretati sunt ut regnum persarum inter tres principes dicant fuisse diuisum sicut ΙΝΤΕΡΠΡΟΤΑΤΗ babilonis et danihelis legimus tres fuisse principes qui centum uiginti satrapes praefuerint. Alii autem tres reges post cyrum fuisse persarum autumant. et qui illis nomina tradiderunt.

Nos uero quum post cyrum qui regnauit annis XXX. scimus apud persas regnasse. cambisen filium eius. et fratres magos. et deinde darium cuius secundo anno edificari coeptum est templum in hierusalem.

Quintum. herxen filium darii.

Sextum. artabanum.

Septimum. artaxersen qui ΜΑΚΡΟΧΕΙΡ.

cognominatus est . Octauum xerxen . Nonum . sogdianum . Decimum darium cognomento nothon . Undecimum . artaxerxen . qui appellatus est . ΜΝΗΜωΝ . Duodecimum alium artaxerxen . qui et ipse cognominatus est ochus . Tertium decimum arsen ochi filium . Quartum decimum darium arsami filium qui ab alexandro macedonum rege superatus est . quomodo ergo tres reges persarum fuisse dicimus . nisi forte eligamus aliquos seuissimos quos in historiis repperire non possumus . Ergo tres ordines In ore regni persarum et In dentibus eius tria regna debemus accipere .

Babiloniorum medorum atque persarum . que In unum redacta sunt regnum quod autem Insequitur et sic dicebant ei . Surge comede carnes plurimas .

Illud tempus significat quando sub assuero quem ipse artaxerxen uocat adsugestionem aman agagite una die omnes Iudei iussi sunt occidi .

et sepulture non data desorubus eorum . sed sic dicebant ei ut conatus tantum fuerit et nequaquam rei effectus consecutus . Post hoc aspiciebam et ecce alia quasi pardus et alas habebat auis quattuor et quattuor capita erant In bestia et potestas data est ei . Tertium regnum macedonum de quo In statua legimus . uenter et femora eius aerea . pardo bestiae uelocissime et ΟΡΜΗΤΙΚΗ comparatur que praeceps fertur . ad sanguinem . et saltu In mortem ruit .

Et alas habebat IIII . Nihil enim alexandri uictoria uelocius fuit qui ab Illirico et adriatico mari usque ad Indicum oceanum . et gangen . flubium non tam preliis quam uictoriis percucurrit . et in sex annis europe partem et omnem sibi asiam subiugauit .

Quattuor autem capita eosdem dicit duces eius . qui postea successores regni extiterunt . ptolomeum . seleucum . philippum . antigonum quoque ad dicitur . et potestas data est ei . ostendit non alexandri fortitudinis . sed domini uoluntatis fuisse . Post hoc aspiciebam In uisione noctis . et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis dentes ferreos habebat magnos comedens atque comminuens et reliqua pedibus suis conculcans .

Quartum quod nunc orbem tenet Imperium romanorum est de quo In statua dicitur tibie eius ferree pedum quedam pars ferrea quedam fictilis . et tamen Ipsius ferri comparat nunc mentionem dentes eos ferreos et magnos esse contestatur . satisque miror quod cum supra leenam et ursum et pardum In tribus regnis posuerit . romanum regnum nulli bestiae comparauit . nisi forte ut formidolosum faceret bestiam . uocabulum tacuit . ut quicquid ferocius cogitauerimus In bestiis hic romanos Intellegamus . hebrei quod hic tacitum est In psalmis dictum putant .

Vursa ubi eum aper dentibus. et singu
laris ferus depastus est eum. Pro quo
in hebreo habet omnes bestiae lacerabe
runt illum. dum in uno imperio roma
norum omnia simul regna cognosci
mus que prius fuerunt separata.
Illud autem quod sequitur comedens
atque comminuens. et reliqua pedibus
suis conculcans. Significat omnes
nationes ut interfecerit alias uel
tributarias et uectigales subiugauerit.
Dissimilis autem in quid erat ceteris bes
tiis quas uideram prius. In prioribus
enim singula in hac omnia sunt.
Et habebat cornua decem. Porfirius
duas posteriores bestias macedonum
et romanorum in uno macedonum
regno ponit. et diuidit. pardum
uolens intellegi ipsum alexandrum
bestiam autem dissimilem ceteris bestiis
quattuor alexandri successores.
et deinde usque ad antiochum cogno
mento epiphanen. decem reges enume
rat qui fuerunt seuissimi ipsosque
reges non unius ponit regni. Verbi
gratia. macedonie. sirie. asie.
egipti. sed diuersis regnis unum
efficit regnum. Ordinem uidelicet
et que scripta sunt. os loquens ingen
tia. non de antichristo sed de antiocho
dicta credantur. Et habebat cor
nua decem. Considerabam cornua.
et ecce cornu aliud paruulum. ortum
est de medio eorum et tria de cornibus pri
mis euulsa sunt a facie eius. et ecce oculi

quasi oculi hominis erant in cornu isto
et os loquens ingentia. Frustra porfi
rius cornu paruulum quod post decem
cornua natum est epiphanen an
tiochum suspicatur et de decem cornibus
tria euulsa cornua sextum ptolomeum
cognomento philometorem. et septimum
ptolomeum euergetem. et artaxiam
regem armenie. quorum priores multo
ante quam antiochus nasceretur mortui
sunt. Contra artaxiam uero dimi
casse quidem antiochum nouimus
sed illum in regno pristino permansisse.
Ergo dicamus quod omnes scriptores
ecclesiastici tradiderunt. In con
summatione mundi quando
regnum destruendum est romanorum
decem futuros reges qui orbem roma
num inter se diuidant. et undeci
mum surrecturum esse paruulum
regem qui tres reges de decem regibus
superaturus sit. id est egiptiorum regem
et africe. et ethiopie. sicut et in con
sequentibus manifestius dicemus. et quibus
interfectis etiam septem alii reges uic
tori colla submittant. Ecce ut
oculi quasi oculi hominis erant in
cornu isto. Ne eum putemus iuxta
quorundam opinionem uel diabolum
esse uel demonem. sed unum de hominibus
in quo totus satanas habitaturus
sit corporaliter. et os loquens ingentia.
Est enim homo peccati filius perditionis
ita ut in templo dei sedere audeat faci
ens se quasi deum. Aspiciebam donec

throni positi sunt et antiquus dierum
sedit et reliqua. Similiter Iohannis
apocalypsin legimus. Post haec statim
fui in spiritu et ecce thronus positus erat in
caelo. et super thronum sedens. et qui sede
bat similitudinem habebat lapidis
iaspidis. et sardini et iris in circuitu
throni. similis aspectui smaragdino.
et circa thronum alii throni xxiiii. et
supra xxiiii thronos. xxiiii seniores sedentes
amictos vestibus candidis. et supra
capita eorum coronas aureas. et de
throno egrediebantur fulgura et voces.
et tonitrua. et vii lampades ignis
ardentes in conspectu throni sicut
mare vitreum simile cristallo.
Multi igitur throni quos vidit daniel
hi mihi videntur esse. quos Iohannes
xxiiii thronos nuncupat. vetustus
autem dierum ille est qui apud Iohannem
solus in throno sedet. filius quoque hominis
qui venit ad vetustum dierum. ipse
est qui apud Iohannem leo dicitur de
tribu iuda. radix david. et cetera his
similia. Hos thronos esse reor de quibus
et paulus apostolus loquitur. Sive
throni. sive dominationes. et in evan
gelio legimus. Vos autem sedebitis
super duodecim thronos iudicantes xii
tribus israhel. Sedens autem et vetustus
dierum dicitur deus ut aeterni iudicis
ubique demonstretur. Vestimentum
eius quasi nix candidum. et capilli
capitis eius quasi lana munda.
Et subductos crines formatur in monte

coetum divinae maiestatis adsumentis
in candidis videatur vestibus quoque capi
lli capitis eius quasi lanae mundissimae
comparantur. Purum ostenditur
sincerumque iudicium et nullum pronum
in iudicando recipiens. senex quoque
describitur ut maturitas sententiae
comprobetur. Thronus eius flamma ignis.
Ut peccatores tormentorum magnitudi
nem pertimescant. et iusti sublevantur
si tamen quasi plenam. Rotae eius
ignis accensus sive currus est. et in eze
chiel quadrigae sedens inducitur deus. et
omnia dei flammea sunt de quo et alibi
dicitur deus. Ignis consumens ut lignum.
fenum stipulam aurum in die iudicii
noverimus. et in psalmis legimus.
Ignis ante eum praecedet et inflammabit
in circuitu omnes inimicos eius. Fluvius
igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.
Ut peccatores trudat in gehennam.
Milia milium ministrabant ei. et decies
milies centena milia adsistebant ei.
Non quod tot ministrorum dei numerus
definitus sit. sed quod multitudinem mul
titudinem humanus sermo explicare
non queat. Sicut sunt milia
et sex miriades. de quibus in psalmis
legimus. Currus dei decem milibus multi
plex milia laetantium dominus in eis.
Et in alio loco. Qui facit angelos suos
spiritus et ministros suos ignem urentem.
Duplex autem angelorum officium est.
aliorum qui praemia iustis tribuunt.
aliorum qui singulis poena cruciatibus.

Iudicium sedit et libri aperti sunt.
Conscientiae et opera singulorum. In
utramque partem ut bonum ut malum
omnibus revelantur. Bonus liber ille
est, quem saepe legimus, liber viventium.
Malus liber qui in accusatoris tenetur
manu, qui est inimicus et vindex.
De quo et in apocalipsin legimus: accu
sator fratrum nostrorum. Liber iste
terrenus est de quo et propheta dicit
in terra scribantur. Aspiciebam propter
verba sermonum grandium quos cornu
illud loquebatur. Et quia iudicium
dei venit propter humiliandum superbum.
Idcirco romanum deletur regnum,
quia cornu illud loquitur grandia.
Et vidi quoniam interfecta esset bestia et
perisset corpus eius et traditum esset
ad conburendum igni. Aliarum
quoque bestiarum ablatam esse
potestatem et tempora vitae constituta
essent eis usque ad tempus et tempus. In uno
romano imperio propter antichristum blas
phemantem omnia simul regna
deleta sunt, et nequaquam terrenum
imperium erit, sed sanctorum conversatio
et adventus filii dei triumphantis,
de quo dicitur: Ecce cum nubibus celi
quasi filius hominis veniebat.
Qui in somnio Nabuchodonosor lapis
scribitur abscisus sine manibus et
crevisse in montem magnum et
comminuisse testam, ferrum,
aes, et argentum et aurum.
Nunc sub persona filii hominis
introducitur, ut adsumptio carnis
humanae significetur in filio dei.
Iuxta illud quod in actibus apostolorum
legimus: Viri galilaei, quid statis
intuentes in celum? Hic Iesus qui ad
sumptus est a vobis in celum, sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem
in celum. Et usque ad antiquum dierum
pervenit. Totum quod dicitur
oblatum eum deo patri et accepisse
potestatem et honorem et regnum,
iuxta illud accipiendum est, qui cum
in forma dei esset non rapinam arbi
tratus est esse se equalem deo, sed
semet ipsum exinanivit formam
servi accipiens in similitudinem
hominum factus et habitu inventus
ut homo humiliavit semet ipsum
factus oboediens usque ad mortem,
et mortem crucis. Et omnes populi tribus
ac linguae ipsi servient. Potestas eius
potestas aeterna quae non auferetur, et
regnum eius non corrumpetur.
Hoc cui potest hominum convenire
respondeat Porfirius, aut quis iste
tam potens sit, qui cornu parvum
quem antiochum interpretatur
fregerit vel contriverit. Si respon
derit antiochi principes a iuda
maccabeo fuisse superatos, docere
debet quomodo cum nubibus celi
veniat quasi filius hominis et
offeratur vetusto dierum et detur ei
potestas et regnum et omnes populi
ac tribus serviant illi, et potestas

eius aeternum sit . quae nullo fine clauditur . Haec bestiae magnae quattuor quattuor regna consurgent de terra suscipient autem regnum sancti dei altissimi . Quattuor regna de quibus supra diximus fuere terrena . Omne enim quod de terra est . reuertetur in terram . Sancti autem nequaquam habebunt terrenum regnum . sed caeleste . Cesset enim mille annorum fabula . Et obtinebunt regnum usque in saeculum saeculi . et in saecula saeculorum . Si hoc de machabeis intellegitur doceat qui ista contendit . quomodo regnum eorum perpetuum sit . Et sermones contra excelsum loquetur . Siue ut interpretatus est symmachus sermones quasi deus loquetur . ita qui dei ad summam potentiam uerba quoque diuina uindicet mulier[illegible] . Et sanctos altissimi conteret . et putabit quod possit mutare tempora et leges . Praeualebit enim antichristus contra sanctos . et superabit eos . in tantum quae erigatur superbia . ut leges dei et caerimonias mutare conetur . Et eleuatur super omne quod dicitur deus . et religio cuncta suae subiciat potestati . Et tradentur in manus eius usque ad tempus et tempora . et dimidium temporis . Tempus . annum significat . Tempora . iuxta hebraici sermonis proprietatem qui et ipsi dualem numerum habent . duos annos praefigurant . Dimidium autem temporis sex menses . quibus sancti potestati antichristi permittendi sunt . ut condemnentur iudaei . qui non credentes ueritati . susceperunt mendacium . De quo tempore et saluator in euangelio loquitur . Nisi adbreuiati essent dies illi . nequaquam salua esset ulla caro . Non conuenire antiochi in praesenti uisione dicantur . Et iudicium sedebit ut auferatur potentia et conteratur et dispereat usque in finem . Hoc de antichristo . id est de cornu paruulo quo grandia loquebatur . quia regnum eius destruendum sit in perpetuum . Regnum autem et potestas et magnitudo regni quae est subter omne caelum . hoc de christi imperio . quod sempiternum est . Huc usque finis uerbi . Haec uerba sermonis quae mihi in praesenti uisione dominus reuelabit . Ego daniel multum cogitationibus meis conturbabar et facies mea mutata est in me . uerbum autem in corde meo conseruaui . Actenus liber danielis chaldaico syroque sermone conscriptus est . Et caetera quae sequuntur usque ad finem uoluminis hebraice legimus .

EXPLICIT UISIO QUINTA

INCIPIT UISIO SEXTA

QUI EST SECUNDA TEMPORE CUI SUPRA .

ANNO tertio regni baltasar regis . uisio apparuit mihi .


hic ircus caprarum
regnū alaxandrinum
significat.
ubi aries ab irco superatus est.
duo cornua eius
suse civitas.
hic aries qui dt darius
rx medorum adq persarum

Post duos annos superioris revelationis haec visio. illa enim in primo anno balthasar. haec in tertio cernitur. Unde infert post id quod videram in principio. *Vidi in visione mea cum essem in susis castro quod est in elam regione.* Sive ut symmachus interpretatus est civitatem atque. et tamen regio non accepit. ut a babilone. ΒΑΒΣΑΩΝΙΑΣ et ab helam elamitae. pro qua lxx. elam eandem regionem interpretati sunt. Susis autem metropolis est regionis elamitarum. In qua daniel secundum istoriam iosippi turrem construxit excelsam. et quadro aedificatam marmore tanteque magnitudinis ac pulchritudinis. ut usque in presens nova esse videatur. In qua regnum persarum atque medorum conditur reliquie custodiuntur. sive athaus ut sacerdos eiusdem loci iudeus erat.

Cum essem in susis castro. Non quod castrum sit urbs ut diximus metropolis et potentissima. sed quod tanta fortitudine aedificata ut castrum esse videatur. *Vidi autem in visione esse me super portam ulachi.*

Pro quo aquila transtulit super ubalulap. theodotio super hubal.
Symmachus super paludem hulay.
Sciendum est autem et hulay esse nomen loci sive portae. ut in atrio hic et portam et apud romanos carmentalis dicitur. habentes singule et propriis causis originem nominum.

et levavi oculos meos et vidi. Quum vis in somnis videantur. in umbra videlicet et imagine tamen ne ipsa quidem videre possumus. sine oculis elevatis. *Et ecce aries unus. stabat ante paludem sive ante portam. quod hebraice dicitur. ubal habens cornua excelsa. et unum excelsius altero atque succrescens.* Arietem darium vocat avunculum cyri. qui post astyagen puerum regnabit in medis. Cornu autem uno excelsius altero atque succrescens ipsum cyrum significat. qui post astyagen avum maternum cum avunculo dario quem greci cyaxarem vocant medis imperabit et persis. *Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem et contra aquilonem et contra meridiem.*

Non ipsum arietem cyrum videlicet vel darium. sed eiusdem regni arietem. id est darium ultimum qui ultimus potentiae persicae rex fuit. et quem superabit alexander filippi filius rex macedonum. Quod autem darius iste rex potentissimus et ditissimus fuerit tam greca quam latina abbarbare narrant istorie. Et ego inquid intellegebam. Ex superioribus enim visionibus in quibus secundum regnum per argenteum et auctum significatum erat.

Et quum nunc intellegit quod medorum atque persarum cernat imperium.

Ecce autem hircus caprarum. veniebat ab occidente super faciem totius terrae.

et non tangebat terram. Porro hircus
habebat cornu insigne inter oculos
suos et venit usque ad arietem illum
cornutum quem videram stantem
ante portam et cucurrit ad eum
in impetu fortitudinis suae. Cumque
adpropinquasset prope arietem
comminuit duo cornua eius et non
poterat aries resistere ei. Cumque
misisset eum in terram conculcavit
eum et nemo quibat liberare
arietem de manu eius. Hircus autem
caprarum magnus factus est nimis.
Cumque crevisset fractum est cornu
magnum et ortum sunt cornua
quattuor subter illud per quattuor
ventos caeli. De uno autem ex eis egressum
est cornu unum modicum et
factum est grande. Neque me puto
proprium sensum ponere. Gabriel
exponentis visionem prophetae verba
dicimus. Aries inquit quem vidisti
habere cornua duo rex medorum est
atque persarum. Darius videlicet filius
arsami in quo medorum et persarum
regnum destructum est. Porro hircus
caprarum qui veniebat ab occidente
et propter nimiam velocitatem terram
tangere non videbatur alexander
est rex graecorum qui subversa thebis
in persas intulit conpugnat et apud
granicum flumen in ciatio certamine
duri duces superavit.
Et ad extremum ipsum percussit arietem
et duo eius confregit cornua medos
atque persas. mittatque eos sub pedibus
suis. et utrumque cornu suo sub
iugavit imperio. Cornu autem
grande ipse est rex primus alexan
der. quo xxxii aetatis suae anno
mortuo in babylone surrexerunt
pro eo quattuor duces eius qui sibi
imperium diviserunt. Egyptum
enim ptolomeus lagi filius tenuit.
Macedones filippus qui et arrideus
frater alexandri. Syriam et babylonem
et omnia regna orientis. Seleucus
nicanor. Asiae regnavit antigonus.
sed non inquit in fortitudine eius.
Nullus enim magnitudini alexandri
potuit coaequari. Et post multa
tempora surget rex inpudens facie.
et intellegens propositiones.
Consurget antiochus epiphanes filius
seleuci qui et philopator appe
llatus est quum obses fuisset romae.
Et nesciente senatu per dolum cepisse
imperium contra ptolomeum philo
metorem dimicavit. Hoc est contra
meridiem. Et contra egyptios rursumque
ad orientem contra eos qui res novas
in perside moliebantur. Ad extremum
contra iudeos dimicans capta
iudea ingressus est hierosolimam
et in templo dei simulachrum
iobis olimpi statuit. Et usque
ad fortitudinem caeli. Id est filios
israhel qui angelorum vallabantur
auxilio. Et fecit magnificentiam
suam. Iam vadetis plurimos.

idolatrie subiectae. et calcat stellas
celi conculcare pedibus suis. uasq
lat factum est ut meridiem et
orientem idest egiptum et partidem
suo alterae imperio quoque usta.
et usque ad principem fortitudinis
magnificatus est. hoc significat
quod erectus sit contra dominum et scos
illius persecutus sit et abstulerit
ENΔΕΛΕΧΙΣΜΟΝ. idest iuge sacrificium
quod mane offerebatur et uespere.
et polluerit locum scificationis eius.
et hoc non sua uirtute sed propter
peccata populi. ad quem talis factum est
ut ueritas prosternatur in terra.
et cultu idolorum florente dei religio
conquiescente. et audiui unum de scis
loquentem. et dixit unus scs alteri
nescio cui loquentem. pro altero nescio
quo. quod symmachus interpretatus
est. ΤΙΝΙ ΟΤΕ. quem et nos secuti
sumus aquila et theodotion. et
septuaginta pelmoni. ipsum uerbum
hebraicum posuerunt. unus ergo
angeli auctoritate generaliter unum quem
libet de angelis indicabit. usque quo
et uisio et iuge sacrificium et pecca
tum desolationis quae facta erat et sanc
tuarium. et fortitudo conculcabitur.
Unus angelus interrogat alterum
angelum usque ad quo tempus dei iudicio
sub antioco rege syrie templum
futurum sit desolatum et simulacrum
iouis steterit in templo dei. et dixit ei.
usque ad uesperum. et mane dies duo milia

ccc. et mundabitur scuarium.
Legimus machabeorum libros et iosippi
istorium ibique scriptum repperimus centesi
simo x° tertio anno a seleuco qui primus
regnabit in syria. post alexandrum
ingressum antiochum hierosolymam
uniuersa uastasse. rursum quoque anno
tertio in templo posuisse statuam iouis.
et usque ad iudam machabeum. idest
usque ad annum centesimum quadra
gesimum octauum per annos uastatam
hierusalem contaminationis autem templi
esse duo milia ccc dies et tres menses
esse completos post quos templum purga
tum est. quidam pro duobus milibus
trecentis duo milia cc legunt. ne
sex annis. III menses super esse uideantur.
Hunc locum plerique nostrorum ad antexpm
referunt. et quod sub antiocho in
typo factum est sub illo in ueritate
dicunt esse conplendum. quod autem
infert mundabitur scuarium.
Iudae macchabei significat tempora
qui de uico modeim filius ac propinquis
secum adiunctis aemulans de populo
iudeorum. antiochi duces superauit lysiam
timotheum qui nicopolis dicitur. quo
audiens antiochus qui contra prin
cipem principum surrexerat. idest dominum
atque et regem regum in helimaidem. de qua
regione prius et templum diane spoliare
cupiens. quo habebat pretiosa dona
ria. et ibi quoque amisso exercitu
sine manibus conteritus est. idest tristitia
et morbo periit. uesperi autem et mane

successionem diei noctisque significat.

Explicit uisio sexta.

INCIPIT UISIO SEPTIMA QUI EST TERTIA

TEMPORE CUI SUPRA

Factum est autem cum viderem ego daniel uisionem. et quererem intellegentiam quae videbam uisionem p picaturum et imaginem et illius intellegentiam quam nesciebam.



Non ergo omnes qui uidet intellegit
quomodo et scripturarum sanctarum
legimus oculis et corde non intelle
gimus. Ecce stetit in conspectu
meo quasi species uiri. Non enim uiri
sunt angeli. sed in specie uidentur
uirorum. Sicut abraham ad quercum
mambre tres uisi sunt uiri. qui tamen
uiri non erant. e quibus unus ado
ratur ut dominus. Unde et saluator
loquitur in euangelio. Abraham
uidit diem meum et laetatus est.
Et audiui uocem uiri inter ulai et cla
mauit. et ait gabriel. fac intellegere
istum uisionem. Virum istum qui
gabrielo praecepit. ut danielem faciat
intellegere uisionem. Iudei michael
autumant. consequenter autem quia
uisio de proeliis erat. Regnumque certa
minibus immo regnorum successio
nibus gabriel qui praepositus proeliis
huic officio mancipatur. Gabriel
enim in linguam nostram uertitur
fortitudo uel robustus dei. Unde eo
tempore quo erat dominus nasciturus
et inducturus bellum daemonibus et
triumphaturus de mundo. Gabriel
uenit ad zachariam et ad mariam
et postea in psalmis de domino legimus
triumphantem. quis est iste rex gloriae.
dominus fortis et potens. dominus fortis in proe
lio. Ipse est rex gloriae. Ubicumque autem
medicina et sanatio necessaria est.
raphael mittitur qui interpretatur
curatio uel medicina dei. sicut autem
placet a nobis librum recipere. Porro
ubi populo prospera promittitur et ΕΙΛΑCΜΟC
quod nos ut propitiationem possumus
uel propitiationem dicere. necessarium est
michael dirigitur qui interpretatur
quis ut deus. hoc uidelicet nominis inter
pretatione signante quod in deo sit
auxilium. Et ait ad me intellege fili
hominis. Et ezechiel. et daniel. et
zacharias quia saepe inter angelos
esse se cernunt. ne eleuentur in super
biam et angelicae uel naturae ut dig
nitatis credant. admonentur fragi
litatis suae. et filii hominum nuncu
pantur ut homines esse se nouerint.
Et tetigit me. et statuit me in gradu meo.
Prophetam qui pauore conlapsus quadru
pes et pronus iacebat in terra. ad tactum
dei angeli erigitur. ut possit absque
formidine audire et intellegere quae dicuntur.
Tu ergo signa uisionem quia post multos
dies erit conpositam. Gabriel angelus uisionem
quam supra ut potuit edissertauit ponit
in finem. Tu ergo signa uisionem quia
post dies multos erit conuerbo. ostendens
signaculi obscura esse quae dicebantur.
et non parere multorum auditui nec
posse in unum intellegi nisi rebus
et operibus impleantur. Ego daniel
elangui et aegrotaui per dies. Hoc est
illud quod in genesi de abraham legimus
quod post deum audierit sibi. terram
et cinerem esse se dixerit. Ergo daniel
ad uisionis terrorem languisse et aegro
tasse se dicit. et dum surrexerit

fecisse opera · quae sibi a rege fuerant
imperata redderet omnibus omnia
et euangelium illud sciret reddite
caesaris caesari et quae sunt dei deo :'
et stupebam ad uisionem · et non erat
qui interpretaretur :' Si non erat qui
interpretaretur · quomodo supra inter-
pretatus est angelus sed quod dicit
hoc est rege audierat · et eorum nemo
nesciebat :' Futura cognouerat
et quo futura essent tempore dubius
fluctuabat :' Itaque quod solum facere
poterat stupebat ad uisionem · et de
cunctatione scientiaeque relinquebat :'
In anno primo darii filii asueri de semi-
ne medorum · qui imperauit super
regnum chaldeorum :' Hic est darius
qui cum cyro chaldeos babilonios que
superauit :' ne putemus illum darium
cuius secundo anno templum aedifica-
tum est · quod porfirius suspicatur
ut annos danihelis extendat ut eum
qui ab alexandro macedonum rege
superatus est :' Addidit ergo num
pueris · addiditque uictorium :'
Quia primus de semine medorum sub-
uertit regnum chaldeorum :' ut cause-
tur propter similitudinem nominis
lectoris errorem :' ego daniel in-
tellexi in libris numerum annorum
de quo factus est sermo domini ad hieremiam
prophetam · ut complerentur desola-
tionis hierusalem septuaginta anni ·
et posui faciem meam ad dominum
deum rogare et deprecari in ieiuniis

sacco et cinere :' Praedixerat hiere-
mias septuaginta annos desolatio-
nis templi · post quos rursum uenire
populus in iudaeam et aedificaretur
templum in hierusalem :' Quae res danielem
non facit neglegentem · sed magis
prouocat ad rogandum ut quod deus
promiserat per eum clementiam per
horum impleret preces neglegentiaeque
superbia pareret offensam :' Denique
et in genesi legimus centum XX annos
paenitentiae constitutos ante
diluuium :' quia qui tanto tempore
hoc est centum annis noluerint
agere paenitentiam :' nequaquam
expectauit ut XX expleti · ubi comple-
untur · sed infert ante quod postea
fuerat comminatus :' et ad hieremiam
dicitur :' Obdurationem cordis populi
iudaeorum · ne ores pro populo hoc
quia non exaudiam te :' et ad samuel
usquequo luges super saulem · et ego
abieci eum :' Incinere igitur et sacco
postulat impleri quod promiserat
deus · non quo esset incredulus futurorum
sed ne securitas neglegentiam ·
et neglegentia pareret offensam :'
Et oraui dominum deum meum et confes-
sus sum et dixi :' obsecro domine deus magne
et terribilis aduersum eos qui tua
praecepta contemnunt · custodiens
pactum et misericordiam diligentibus te :'
et custodientibus mandata tua :'
Non ergo quod pollicetur deus securum
futurum est · sed in eos sua promissa

complet qui custodiunt mandata
illius. Peccavimus. Inique fecimus.
Impie egimus. Peccata populi quia
unus ex populo erat numerat ex persona
sua. quod et apostolum in epistula ad
romanos fecisse legimus. Tibi domine
iustitia nobis autem confusio faciei
sicut est odie. Iuste enim patimur
quod meremur. Tibi domine deo nostro
misericordia et propitiatio. De quo supra
dixerat. tibi domine iustitia. nunc
quia dominus non solum iustus. sed et
misericors est dicit tibi misericordia.
ut post sententiam iudicantis etiam
provocet ad clementiam. Et stillabit
super nos maledictio et detestatio.
Non statim in nos effudisti iram quam
ferre non potuimus. sed stillam furo
ris tui. ut correpti in plaga. ad te
reverteremur. Maledictio et detesta
tio. quia scripta est in libro mosi
servi dei. Inde utroque nomine male
dictiones et benedictiones dei legimus
que postea dicta sunt in monte
garizin et ebal. super iustos et pecca
tores. Omne malum hoc venit super nos.
et non rogavimus faciem tuam domine
deus noster. ut reverteremur ab iniquitati
bus nostris et cogitaremus veritatem tuam.
Grandis duritia ut et in plagis posi
ti dominum non rogarent. quod et si roga
runt. ideo non rogarunt quia non
sunt reversi ab iniquitatibus suis.
Recedere autem ab iniquitate est
cogitare veritatem dei. Et vigilabit
dominus super malitiam. et adduxit eam
super nos. Quando propter peccata corripimur
vigilat super nos deus et visitat nos.
Quando vero a deo deserimur et non
iudicamur. indigni que sumus correp
tione domini. tunc dormire dicitur.
Unde et in psalmis legimus. Surge.
quasi dormiens dominus et quasi potens
crapulatus a vino. Malitia enim nostra
inebriat deum que quando in nobis
compleatur et vigilare dicitur et de vi
ebrietate consurgere. ut nos peccato
ebrios vigilare faciat iustitie.
Et nunc domine deus. qui eduxisti populum tuum
de terra egypti in manu forti.
Memor esto unicuique beneficii. ut ad simi
lem deum clementiam provocet.
Ostende faciem tuam super sanctuarium
tuum quod desertum est. Imple opere
quod sermone pollicitus est. ut in
desolationis tempus impleatur.
Inclina deus meus aurem tuam et audi.
aperi oculos tuos et vide desolationem
nostram et civitatem quam invocatum
est nomen tuum. Domine potentie hec
loquitur ut quando contemnimur. incli
nare deus videatur aurem suam. quando
respicere nos dignetur aperire oculos
suos. quando vero avertit faciem
et oculis eius et auribus. videmur
indigni. Cum que adhuc loquerer et orarem.
et confiterer peccata mei populi israhel.
Ergo ut supra diximus. non populi tantum
peccata. sed et sua replicat quia
unus ex populo erat. sive humiliter quam

292

295

peccatum ipse non fecerit et se iungit
populo peccatori. ut et humilitate veniam
consequatur. Notandum quod hic dixerit
quum confiterer peccatum meum. In
multis enim sanctae scripturae locis con
fessio non paenitentiae sed laudan
tis est. Adhuc me loquente in oratione
ecce vir gabrihel quem videram in
visione in principio. Principium
vocat praeteritam visionem quam
haec sequitur et grandis orationibus
effectus est. Impletur et promissio
domini qui ait. adhuc loquente te di
cam ecce adsum. videtur autem ga
briel non angelus. ut archangelus
sed vir nequaquam sexu. sed
nomine virtutis ostenditur. Et volans
tetigit me in tempore sacrificii vesp
ertini. Voluit dicere quia statim
apparuerit. et in tempore sacrificii
vespertini. quia oratio prophetae a sa
crificio matutino usque ad sacrifici
um vespertinum pervenit. et apparet eum
dei in se flexisse mentem. Et docuit
me et locutus est mihi et dixit.
Obscura erat visio. et apparitio angeli
doctrina indiget. Daniel. nunc
egressus sum. ut docerem te et intelle
geres. Nunc autem missus sum. et egres
sus sum non a facie dei ne ubi esset de
serat. sed ut ad te venirem. Ab exor
dio precum tuarum egressus est sermo
ut rogare coepisti. statim imperatum
mandatum dei. Et egressa sententia
est. et ego idcirco missus sum ut tibi

exponerem quae ignoras. quia vir
desideriorum es. sive amabilis.
et dei amore dignus ut salomon
appellatus est ididia. sive vir
desideriorum. quod pro desiderio.
tuo dei secreta audire merueris
et esse conscius futurorum.
Tu ergo animadverte sermonem et
intellege visionem. Si danieli dicitur
diligenter attende ut audias in
tellegas quod videt. quid nos facere
oportet quorum oculi ignorantiae
tenebris obcaecati sunt. Septua
ginta ebdomades adbreviatae sunt
super populum tuum. et super civitatem
sanctam tuam. Quia et propheta
dixerat. adiuvisti populum tuum.
et nomen sanctum tuum invocatum est
super civitatem tuam et super populum
tuum. Propterea exponit deus. loquitur
ad gabriel. nequaquam propter deum et
sed propter tuus. nec urbs sancta dei sed
sancta tua dicitur tibi. simile quid et
in exodo legimus quando dominus loquitur
ad mosen descende. peccavit enim
populus tuus hoc est non populus meus qui
a me desciverit. Quia igitur
postulas pro hierusalem et oras pro populo
iudaeorum audi quod in septuaginta
annorum ebdomadibus futura sint
populo tuo et urbi tuae quae secuntur.
Scio de hac quaestione ab eruditissimis
viris varie disputatum. et unum
quemque pro captu ingenii sui dixisse
quod senserat. quia igitur periculosum est

de nugatorum secte iudicare ten
tationis et calumniarum presentem clari
dicum quod unusquisque sententia
lectoris arbitrio derelinquens cuius
expositionem sequi debeat.
Africanus in quinto temporum volu
mine de septuaginta ebdomadibus
haec locutus. ad verbum est capitu
lum quod in daniele de septuaginta
ebdomadibus multa et admirabilia
continet que nunc longum est dicere.
Ergo quod ad presens opus pertinet et de
temporibus disserendum est. Nulli
dubium quin de adventu christi predi
catio sit. qui post septuaginta
ebdomadas mundo apparuit.
post quam consummata sunt
delicta et finem accepit peccatum
et deleta est iniquitas. et adnun
tiata iustitia sempiterna que legis
iustitiam vinceret. et impleta est
visio et prophetia. quia lex et prophete
usque ad baptistam iohannem.
Et unctus sanctus sanctorum quem omnia prius
quam christus humanum corpus adsume
ret sperabantur magisquam tene
bantur. dicit autem ipse angelus
septuaginta annorum ebdomadas.
id est annos quadringentos nonagin
ta ab exitu sermonis ut responderetur
et ut edificaretur hierusalem. Vicesimum
artaxerxis regis persarum annum ha
bere principium. Nehemias quippe
huius pincerna sicut in esdre libro
legimus rogavit regem accepitque
responsum. ut edificaretur hierusalem
et iste egressus est sermo qui precaverat de
urbis et circumdaret muris dare
licentiam que usque ad illud tempus
vicinarum gentium prebebat in
cursibus. Siquidem ad cyri regis impe
rium qui volentibus reverti hierosolimam
dederat potestatem ihesus pontifex et
zorobabel. et postea ezras sacerdos
et ceteri qui cum eis proficisci voluerant
templum et urbem. et muros eius edifica
re conati sunt. Prohibentibus incircum
cisis nationibus ne impleretur opus
quasi hoc rex non iussisset. mansit
itaque imperfectum opus usque ad nehemiam
et vicesimum annum regis artaxerxis.
quo tempore regni persarum centum
et quindecim anni fuerunt evoluti.
captivitatis autem hierusalem centesimus
octogesimus et quintus annus erat.
Et tunc primus artaxerxes iussit muros
extrui hierusalem cui operi prefuit
nehemias. et edificata est platea
et muri circumdati sunt. et ex illo
tempore si numerare velis lxx annorum
ebdomadas usque ad christum poteris invenire.
Quod si aliunde principium ab illo tempore
voluerimus sumere et temporum non
concurrunt. et multa repperiemus
contraria. Nam et si a cyro et prima
intellegentia. qua iudeorum est laxa
ta captivitas. lxx numerentur.
ebdomades. c. et eo amplius invenientur
annos. qui et excedunt lxx. ebdoma
darum excedebant numerum et

mulat plus si qua die danieli
eloquutus est angelus addiderit que
amplior numerus si cupputaueris
exordium uolueris ebdomadarum
abere principium. Permansit enim
regnum persarum usque ad initium
macedonum annis ccxxx. et ipsi ma
cedones regnauerunt annis trecentis.
adque exinde usque ad annum quintode
cimo tiberii caesaris. quando passus
est xps numerantur anni lx. qui
simul faciunt annos quingentos
lx. Ita ut c. supsint anni.
A uicesimo autem anno artaxerxis regis
usque ad xpm. complentur ebdoma
des lxx. iuxta lunare hebreorum
supputationem. qui menses non
iuxta solis sed iuxta lunae cursum
numerant. Nam centesimum et quin
todecimo anno regni persarum arta
xerxis regis. eiusdem imperii. uicesimum
regni sui. habebat annum. et erat
octogesime. et tertie. olympiadis
quartus annus usque ad ducentesimum
olympiadem et secundum eiusdem olympia
dis annum tiberii caesaris annum
quintum decimum colliguntur anni
cccclxxu. qui faciunt annos hebrai
cos. ccccxc. iuxta lunares. ut dixi
mus menses. qui secundum illorum sup
putatione possunt facere per singulos
menses. dies uiginti noue semis.
Ita ut solis circulus per annos cccclxx
plus habeat dies ccclxu. et quartam
diei partem. et per xii menses singulos

annorum undecim dies. quarta
diei pars amplius repperiuntur.
Unde greci et iudei post octo annos
trium mensum. embolismos faciunt.
Si enim octies xi. et quartam partem
uolueris supputare xc dies hoc est
tres menses efficies. et in quadrigentis
lxxu annis. octonarii repperiuntur
anni quinquaginta noue et menses
tres. qui simul faciunt plus minusue.
annos quindecim. quod si quadrigen
tis septuaginta quinque annis
uolueris addere xu annorum facies
ebdomadas. Hoc est simul annos
ccccxc. Haec africanus hisdem uerbis
que expressimus locutus est.
Transitum ad eusebium pamphili
qui in octauo. euaggelikes. apo
deixeos libro ut de nescio quid suspi
catur non mihi uidetur frustra lxx
ebdomadarum facta diuisio ut
primum dicerentur septem deinde
lx et due. et ultima adderetur
ebdomada una que et ipsa duas
partes secaretur. scriptum est enim.
Scito et intellege ab exitu sermonis.
Ut respondeatur. et aedificetur Hierusalem
usque ad xpm ducem ebdomadas
septem. et ebdomadas lx due. et post
alia que narrabit in medio posita
in finem et conformabit testamentum
pluribus. ebdomada una. Haec non
frustra et absque inspiratione dei
et angelum respondisse manifestum
est. que obseruatio cauta. atque

sollicitu uideatur expectare. rationem
ua lector diligenter attendat. et
cunctam uisionis inquirat. Sin autem
necesse est. et nos dicere quod sentimus
liceat aliam expositionem quae in prae
senti lectione in eo quo angelus ait:
ab exitu sermonis ut respondeatur.
et aedificetur hierusalem usque ad christum du
cem. Non alios arbitramur quam
principes qui post hunc prophetiam
et reuersionem de babilone iudaico
populo praefuerunt. hos christos et pontifices
quos christos ab eo quod uncti sunt
scriptura cognominat quorum prin
ceps fuit ihesus filius iosedech sacerdos
magnus. et qui fuerunt usque ad ad
uentum domini saluatoris. hos que
significat. uaticinium prophetale
dicens. ab exitu sermonis ut respon
deatur. et aedificetur hierusalem usque ad
christum ducem. ebdomadas septem. et
ebdomades lx duae. Id est ut septem
ebdomades. et postea lx duae. quae faci
unt annos cccclxxxiii. ut a cyro nume
rentur. ut ne uideamur procacem
auctorum ferre sententiam et non pro
bare quod dicimus. numeremus eos qui post
ihesum filium iosedec. usque ad aduentum
saluatoris populo praefuerunt christi id est
unctum in pontificatum. primus
igitur. ut ante iam diximus. post danie
lis prophetiam quae facta est sub cyro
rege postquam de babilone reuersus est
populus ihesus filius iosedech fuit sacerdos
magnus. zorobabel filius salathiel.

qui templi fundamenta iecerunt.
impeditoque opere a samaritanis. et aliis
incitantibus nationibus septem ebdomadas
anni completi sunt. Id est xlviiii quibus in
perfectum opus templi fuit. et quia propheta
a reliquis lx. et duobus ebdomadibus
separat. Denique iudaei in euangelio hac
opinione loquuntur ad dominum. xl et sex annis
aedificatum est templum. et tu in tribus diebus
suscitabis illud. Quadraginta enim sunt anni
a primo anno. cyri regis qui libertatem
dedit uolentibus iudaeis. reuerti in patriam
usque ad sextum annum darii regis. sub quo
templi opus omne completum est. Porro iosippus
et alios tres annos addit. in quibus peribolus
templi. et quaedam alia quae remanserunt
perfecta sunt. qui additis tribus annis.
faciunt annos xlviiii. Id est septem annorum
ebdomades. Reliquas autem lxii. ebdo
madas. ab eo usque dein darii septimo anno
enumerant. quo tempore ihesus filius
iosedech. et zorobabel iam maioris
aetatis populo praefuerunt sub quibus prophe
tauerunt. aggeus. et zacharias. post
quos esdras et neemias de babilone
uenientes muros urbis extruxerunt. Deinde
et pontificatum ioacim filio ihesu cogno
mento iosedech post quem successit
in sacerdotium eliasib. deinde. ioiade.
et postea iohannes. post quem iaddus.
cuius et alexander rex macedonum con
didit alexandriam ut iosippus in an
tiquitatum libris loquitur. Venit quoque
hierosolimam et in templo uictimas
immolauit. Mortuo autem alexandro

centesimam tertiam decimam olimpiadem
anno ducentesimo tricesimo . septimo
regni persarum . quod ceperat primo anno
quinquagesimo quintae olimpiadis .
Quo tempore cyrus rex persarum babilonios
caldeosque superabat . postea morte iudas
sacerdotat . qui sub alexandro templo
praefuit . suscepit pontificatum leonius
qui tempore . seleucus . sub laguatu babi
lone diadema atque ius regni . cepit suo
imperium . anno xii mortuus alexan
dri in quo tempus supputantur omnes anni .
a cyri imperii . ducenti xviii . per quem autem
scriptura maccabeorum regnum macca
beorum enumerat . Post autem onium praefuit
iudeis pontifex eleazarus . quo tempore
lxx interpretes scripturas sanctas alexandriae
in graecum dicuntur uertisse sermonem .
Post quem alter onias cui successit
simon quo regente populo ihs filius sirach
scripsit librum qui graece . panareton . peroc .
appellatur et plerisque salomonis falso
dicitur . cuius successit in pontificatum
alium onias . quo tempore antio
chus iudeos diis gentium immolare coge
bat . quo mortuo iudas maccabeus pur
gabat templum et idolorum simulacra
contriuit . cui successit frater ionathan
et post eum rexit populum simon frater uterque
inclitus morte ducentesimo septimo regni
syriae impletus est anno . et usque ad hoc
tempus maccabeorum primus liber historiam
continet supputantque ad primo anno
cyri regis . persarum . usque ad finem macca
beorum primi uoluminis . et mortem

simonis pontificis anni ccccxcii .
Post quem iohannes tenuit pontifica
tum annis xxuiii . quo mortuo aristo
bolus uno anno praefuit populum qui primus
reuersus de babilone . diadema insigne
regis . possideat cum honore ponti
ficatus adsumsit . huius successor fuit
alexander rex pariter et pontifex qui
rexit populum annis xxuii . et autem
a primo anno regis cyri . et captiuorum
redditum reliqui qui in iudeam uenire
uoluerunt supputantur anni ccccxxxiii
quos septuaginta due ebdomades . id est
ccccxc simul efficiunt et hoc omni
tempore pontifices rexerunt populum
iudeorum quos ego nunc arbitror uocari
christos duces . mortuo autem nouissimo
eorum alexandro huc atque illuc inua
rius pariter ubique nullo duce gens iudeorum
seditionibus agitabatur in tantum ut
alexandram quae et salina uocatur eiusdem
alexandri uxor obtineret imperium .
et pontificatum quidem hircano filio
reseruauit . aristobolo autem alteri filio .
regnum tradidit . quod obtinuit annis
decem . Pugnantibus contra se autem in
certamen seditione germanis . et agentem
iudeorum in diuersa studia trahentibus
superueniens consul pompeius dux romani
exercitus . cepitque hierosolimam usque ad
sanctum templi ingressus est quo cubantur .
sancta sanctorum uinctumque aristobolum
romam misit seruans triumpho suo
et pontificatum . hircano fratri eius tradidit .
Tunc primum gens iudeorum romanis facta

ta tributaria .' Post quam herodes filius
antipatri ascalonitae hircano regnum
iudeorum senatus consulto accepit :
Et primus alienigena iudeis prebuit
qui pontificatum quoque nequaquam
iuxta legem mosi . moriturus pontificibus
tradebat liberis . sed alienis . etiam et ipsis
multo tempore . obgratiam . et pretium
diuine legis iussa contemnens . ponit
et alium idem eusebius explanationem
quam si uoluerint inlatinum sermonem
uertere . extendent libri magnitudinem :
Hec ita ergo In expositionis eius sententia :
Sexto anno darii . qui post cirum . et
cambisen filium eius regnabit . In ipsis
quando templi opera consummata sunt :
usque ad herodem octauianum augustum
numeru ebdomadas septem . et lx duę
quę faciunt annos cccclxxxiii . quando
xps . hoc est hircani nouissimi pontifex
degenere maccabeorum ab herode iugu
latus est . et cessabit iuxta legem pon
tificum dei successio . ciuitatem quoque
et ipsum sanctuarium . sub duce romano
romanus uastabit exercitus siue ipse
herodes qui per ambitionem . Indebitum
In iudeos adripuit Imperium quoque infert :
Confirmauit autem pactum . multis
ebdomadis una . Et in dimidium ebdo
madis deficiet ostia et sacrificium .
sic interpretatur . quod herodes regnante
apud iudeam . et augusto apud roma
nos xps natus sit . qui tribus annis et
sex mensibus iuxta euangelistam iohan
nem euangelium predicabit . et con
firmauit . uero deculatum multis ita
dubium . quin apostolos credentibus quando
post passionem dni . In dimidia autem
ebdomada facta hostia . et sacrificium :
quicquid enim post ea In templo factum est :
Non fuit sacrificium dei sed cultus dia
boli . cunctis In commune clamantibus
sanguis eius super nos et super filios nostros :
Et non habemus regem nisi cesarem :
Quem locum In cronica eiusdem eusebii
quem ante annos plurimos In latinum
linguam uertimus diligens lector plenius
edissertatum poterit inuenire : quod autem
perfectionem templi usque ad xmum augus
ti . Imperatoris annum . quando In
terfecto . hircano herodes iudeam obti
nuit . septem et lx duę ebdomades
id est cccclxxxiii . supputantur anni .
sic possumus adprobare sexagesime . sexte
olimpiadis primo anno . hoc est darius
sexto . completa est templi edificatio :
Et centesime octauagesime sexte olim
piadis anno tertio . id est augusti decimo
herodes In iudeos suscepit Imperium
qui faciunt annos cccclxxxiii . per sin
gulas olimpiadas quadriennium
supputato :' dicit idem eusebius . et
alium opinionem . quam et ipse non
reprobat . quod plerique unam ebdomadam
annorum In xxx annos extendunt per
singulas ebdomadas annos decennio
supputato :' et uolunt a passione
xpi usque ad neronis . Imperium annos esse
xxu . quando contra iudeos romani
primum commoti sunt . et hunc esse .

dimidium ebdomadem annorum septua
ginta. postea vero a vespasiano et
tito. et deinceps quando hierosolimam
templumque succensum est. usque ad tra
num alios esse annos lxxii et hunc esse
ebdomadem de qua angelus loquebatur
danieli. confirmabit autem pactum
multis ebdomadas una. In totum
enim orbem evangelium per apostolos
praedicatum est qui usque ad illum tempus
pervenerunt tradentibus ecclesiasticis
historiis iohannem evangelistam usque
ad tempora vixisse traiani. Sed nescio
quomodo superiores ebdomades septem
et lxii duas. per septem annos. et hunc unum
per denos. id est septuaginta possumus
accipere. Haec eusebius. Hippolytus
autem de isdem ebdomadibus. Ita
opinatus est septem ebdomadas ante
reditum populi supputat et lxii duas
post reditum usque ad nativitatem
christi quarum tempora omnino non
congruunt siquidem regni persarum
ccxxx supputantur anni. et macedonum
ccc. et post illos usque ad nativitatem
salvatoris anni xxx. Hoc est ubi maio
rem regis persarum usque ad adventum
salvatoris anni quingenti lx. novissi
ma quoque ebdomade ponit in con
summationem mundi quam dividit
in heliae tempora et antichristi temporibus
et tribus annis ultimae ebdomade
de novissimis confirmatur. de qua
dictum est. confirmatur. de qua
dictum est. Confirmabit pactum
multis ebdomadas una. et in temporibus
illis sub antichristo. deficiet olocaus
tum et sacrificium. adveniente autem
christo. et iniquum spiritu oris sui interfi
ciente usque ad consummationem
et finem perseverat desolatio.

APOLLINARIS. Laodocenus omnium prae
teritorum temporum delibans quaes
tionem vocat extendit in futurum
et periculose delinceat proferens sententiam
quae si forte hii qui post nos victuri sunt
statuto tempore completam non viderint
alium solutionem quaerere compellentur.
et magistrum erroris arguere. dicit ergo
ad verbum verbo interpretor. Ne
calumniam videar facere non dicentis
in quadringentis lx annis peccatum et
omnia quae peccaverat oriuntur iniqua con
primenda. Post quinta vita bona
et reconciliandum deum mundo in ad
ventum christi filii eius. Ab exitu autem verbi.
quando christus dominus generatus est
ex virgine usque ad quadragesimum nonum
annum. id est finem septem ebdomadarum
stellis. ex peccatorum paenitentiam.
Postea vero a bocatio claudii caesaris
anno contra iudaeos romana arma
correpta. Tricesimo enim iuxta
evangelistam lucam anno aetatis suae
incumbe cepit dominus evangelium praedi
care et iuxta iohannem evangelistam
per tum pascha duos postea implebit
annos et inde sub tiberii supputantur
anni. et quattuor gai. caesaris. cog
nomento caligule. et octo claudii.

id est simul anni xuiiii. qui faciunt
ebdomadas annorum septem quum
tum quadrigenti sexaginta et tres
anni. post haec fuerint evoluti. id est
lx duę ebdomades. tunc ab helia qui
venturus est iuxta sermonem domini salua-
toris. uaticinatura cor patrum ad filios
in ultima ebdomade aedificandum
Hierusalem et templum per annos tres semis.
Venturum quoque antichristum. et iuxta apostolum
sessurum in templo dei. et interficiendum
domini saluatoris. Post quam sanctos
dimicatoria uastatu fieri. ut media
ebdomadas confirmet testamentum dei
cum sanctis. Cessaturum media cessatione
uictimarum esse. permanentiae subtracta
christo. qui ponet abominationem desola-
tionis. id est idolum et statuam. propri dei
in templo. et certa consummatio uastatus. et
condemnatio populi iudeorum. qui spreta
ueritate christi receperunt antichristi menda-
cium. Attendit autem idem apollinaris
hunc etiam temporum capere conlocatu
quia africanus scriptor temporum. cuius
supra expositionem posui ultimam eb-
domadem in finem mundi extendit.
Nec posse fieri ut aliunde dividantur
ętates. sed omnia sibi iuxta prophetiam
danihel esse tempora copulanda. Clemens
uir eruditissimus presbyter alexandrinę
ęcclesię parum pendens annorum numerum
a cyro persarum. usque uespasianum. et titum
imperatores romanos septuaginta
annorum ebdomadas dicit esse comple-
tas id est annos cccclx. addit et in ipso

numero duobus milibus trecentis diebus de quibus
supra diximus. persarum quoque et macedonum
ceterorum temporum. In his ebdomadibus
enumerare conatur. quam iuxta diligen-
tissima supputatione. a primo anno
cyri regis persarum. adque malorum in quo impera-
bit darius. usque ad uespasiano. et euersione
templi supputantur. anni. sexcenti xc.
Origenes. cum praeposuisset. hoc idem capi-
tulum. ostendit etiam nos. ita quaerere quod
non intelligimus. Et quia locum non ha-
bebat allegoria in qua libere et dispu-
tationis suae ueritate concluditur. hic
in decimo stromatum volumine breviter
adnotabit. Studiosius requirenda
sunt tempora a primo anno darii filii
assueri usque ad adventum christi. quod
anni sunt et quot in illis gesta dicuntur
et uidendum utrum possimus adventui domini
coaptare. Tertullianus qui in altero libro
eius. quem contra iudeos scribit nosse
poterimus. cuius breviter uerba ponenda
sunt. Unde igitur ostendimus quia christus
uenit intra lx duas ebdomadas. numerandas
a primo anno darii. quoniam in ipso tempore
ostenditur danielo uisio ipsa. dicit enim
intellege et conice prophetationem sermo-
nis respondere haec. unde a primo anno
darii. debemus computare. quando hanc
uidit uisionem daniel. Videamus anni
quomodo impleantur. usque ad adventum
christi. darius regnabit annis decem et nouem
artaxerxes xl. Hoc usque ochus annis
xxiiii. arses. anno uno. Alius darius
qui et melus nominatus est annis xxi.

Alexander macedo . annis decem .
Deinde post alexandrum qui et medis
et persis . regnauerat quos deuicerat .
et in alexandria regnum suum firma
uerat . quando et nomine suo eam
appellabat . Post eum regnat illic
in alexandria soter . annis xxx et quinque .
Cui succedit filadelfus . regnans annis
xxxuiii . Post hunc euergetes regna
uit annis uiginti quinque . Deinde
philopator . annis decem et octo .
Post hunc epiphanes annis uiginti et
unum . Idem alius euergetes . annis
uiginti et unum . Soter . annis xxx et uno .
Ptolomeus annis xxx et unum . Cleopatra .
annis xx . mensibus ui . Idem cleopatra .
augustus . alius annis xx [illegible] impera
bit . Nam omnes anni imperii augusti
fuerunt numero xl ui . Videmus autem quoniam
in quadragesimo anno imperii augusti
qui post mortem cleopatre imperauit .
nascitur christus . Et superuixit idem au
gustus . ex quo natus est christus . annos
numero xu . Et erunt reliqua tempora
annorum in die natiuitatis christi . In
annum quadragesimum primum .
post mortem cleopatre . anni ccccxxxuii
menses ui . unde adimplentur lx ii .
quinque . ebdomades . et dimidium
que efficiunt annos ccccxxxuii .
et menses sex . In diem natiuitatis
christi . et manifestata est iustitia aeterna
et unctus est sanctus sanctorum id est christus .
et signata est uisio et prophetia .
et dimissa sunt peccata que per fidem

nominis christi [illegible]

nominis christi omnibus in eum credentibus
tribuuntur . Quid est autem quod dicit
signari uisio et prophetia . quoniam omnes
prophetae . nuntiabant de illo .
quod esset uenturus et pati haberet .
Igitur quoniam adimpleta est prophetia
per aduentum eius . propterea signari
uisionem et prophetiam dicebat .
quoniam ipse esset signaculum omnium prophetarum
adimplens omnia que retro de eo nuntia
bant . post aduentum enim et passio
nem eius iam non uisione . quae prophetaret
est . qui christum nuntiet esse uenturum .
Et post paululum . Videamus inquit
quid aliae septem et dimidia ebdoma
des . que sunt sub diuisae in abscisione
priorum ebdomadarum in quo actu
sunt adimplete . Post augustum enim
qui superuixit post natiuitatem christi
annis quindecim efficiuntur .
Cui successit tiberius caesar . et imperium
habuit annis xx duobus . mensibus uii
diebus xxuiii . Huius quintodecimo
anno imperii patitur christus . annos ha
bens quasi xxx . qui et caligula annis
tribus mensibus uiii dies xiii . Nero . annis
uiiii mensibus uiiii . diebus xiii . Galba .
mensibus uii . diebus xxuiii . Otho . mensibus
tribus diebus u . Vitellius . mensibus uiii
diebus xxuiii . Vespasianus anno primo
imperii sui . debellauit iudeos . et fiunt
anni numero quinquaginta duo .
menses sex . Nam imperabit annis
xi . atque ita in die sue expugnationis
iudei impleuerunt . ebdomadas lxx

praedicitur a danielo hebrei qui de
hoc loco sentiunt brebi sermoni pers-
tringi. fidem dictorum his a quibus
dicta sunt derelinquens. Dicunt
igitur. [illegible]. uaticinatur
manifestior fit. O daniel scio
quod audieris hunc quae tibi nunc
loquor. erat autem annus primus darii
qui occidit baltasar. et regnum
caldeorum imperium medorumque transtu-
lit usque ad septuagesimum annorum
ebdomadam. hoc est annos ccccxc.
Hec propter tuo populo accident. Primum
propitiabitur tibi deus. quem nunc
magnopere deprecaris et delebuntur
peccatum. et finem accipiet pre-
uaricatio. Nunc ergo urbe destructa
et templo usque ad fundamentum destructo
in luctum est populus constitutus
sed non post grande tempus instaura-
bitur. et non solum hoc fiet in his lx.
ebdomadibus. ut aedificetur ciuitas et
templum instauretur. Sed nascetur
christus sancta iustitia sempiterna. et signa-
bitur uisio et prophetae ut nequaquam
propheta inueniatur in israhel. et ungue-
tur sanctus sanctorum. de quo in psalterio legimus.
Propterea unxit te deus deus tuus oleo laetitiae
prae consortibus tuis. qui et in alio loco
dicit deus. Sancti estote. quia et ego sanctus
sum. Scito igitur quoniam a die huc
quae nunc tibi loquor. et dei sermone
promitto. quod reuertatur populus et
hierusalem instauretur. usque ad christum
ducem. et propter desolationem

templi ebdomadae. numerantur lx duo
necnon et aliae septem ebdomadae.
In quibus iuxta ordinem suum duae res
fiunt de quibus et antea iam dixi. quo
reuertetur. et aedificetur platea et moenia
et estu in fine eorum ebdomadarum
complebitur dei sententiaquam in angus-
tia temporum quando rursum des-
truetur templum. occupietur ciuitas.
Nam post lx duas ebdomadas occidetur
christus. et non erit eius populus qui eum nega-
turus est. siue ut illi dicunt non erit
illius imperium quod putabit se retenturum. et quid dico de christo occidendo.
et populus peribit deserendo auxilio dei
quum et ciuitatem et sanctuarium dis-
sipauerit ista populus romanus. quum duce
uenturo. uespasiano. quo mortuo sunt
acta septem ebdomadibus id est lxuiiii.
Helius adrianus a quo postea dominus
in hierusalem urbis elia condita est reuelan-
tes iudeos. tinnio rufo magistro exerci-
tus pugnante superabit. et tunc defe-
cit hostium et sacrificium. et usque
ad consummationem mundi. et finem
permanebit desolatio. Nec nos inquiunt
mouet quod primum numerentur septem
ebdomadae. et postea lx duae. et rursum
unaque in duas partes diuiditur est
enim hac id est sermonis ebraicu
et consuetudo quorum sermonis
tate minorem numerum supputent
et postea maiorem ubi consuetudinem nos
iuxta proprietatem linguae nostrae.
Nunc dicunt abraham uixit annos clxxu.

Ille continuo locutus est . et uixit abra
ham annis quinque et xc . et centum .
Non satis ualet quia satis impletur
sed tantum putet supputatur satis
finem accepit peccatum . nec ignorum
quorundam illorum dicere quod una
ebdomada . de qua scribtum est .
confirmabit pactum multis ebdoma
das . una diuiditur in uespasiano .
et adriano . quod iuxta sacrum iosippi .
uespasianus et titus . tribus annis . et sex
mensibus pacem cum iudeis fecerint .

Tres enim anni et sex menses sub adriano
supputantur quando ihrlm omnino
subuersa est . et iudeorum gens cateruatim
cesa . ita ut iudee quoque finibus pellerentur
ebrei . Non magnopere curandum a pri
mo anno darii . persarum usque ad extremum
euersione ihrlm . quo sub adriano
est accidit supputari olimpiadas
cxxiiii . id est annos sescentos xxvi . qui
faciunt ebdomadas ebraicas xxxiiii
et annos tres quando chochebas . dux
iudeorum oppressus . et ihrlm usque ad solum
diruta est . Finit .

Per sub diuisio e uisionis .
Anno tertio cyri regis persarum uerbum reuelatum est
danieli cognomento baltasar .



Et quomodo in fine primae legimus visionis: Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis: fuisse autem eum captivum Chaldaeorum in pristina dignitate per partes historiae usque ad primum annum Cyri regis intellegimus, quando sub imperio Chaldaeorum et postea coepit esse cum Dario filio Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldaeorum. Ita et ille iam Dario mortuo eius anno primo septuaginta ebdomadarum sacramentum cognoverat. Nunc tertio anno Cyri regis haec vidisse narratur. Et verum verbum et fortitudo magna. Sive Dei qui locuturus erat, sive prophetae qui haec intellecturus erat. In diebus illis ego Daniel lugebam trium ebdomadarum diebus. Panem desiderabilem non comedi et caro et vinum non introierunt in os meum. Sed neque unguento unctus sum donec complerentur trium ebdomadarum dies. Hoc docemur exemplo tempore ieiunii cibis delicatioribus abstinere, quod ego puto nunc dicit panem desiderabilem, nec carnem comedere nec vinum bibere. Insuper et unguentum non quaerere, qui mos apud Persas et Indos hodieque servatur, ut pro balneis utantur unguentis. Tres autem longas ebdomadas adfligebat animam suam, ne revelationis et fortitudinis videretur deprecatio secundum ἀναγωγήν. Vere hoc dicendum, quod qui in lacu tenebrarum erat et sponsi lugeret absentiam. Non comedit panem desiderabilem qui de caelo descendit

neque solidum capiat cibum qui intellegitur in carne. Nec vinum bibit quod laetificat cor hominis, nec exhilarat faciem in oleo, iuxta illud quod in psalmis legimus: ut exhilaret faciem in oleo.

Hoc autem ieiunio imperat viles fuit lugere quando sponsus fuerit ablatus ab eo. Recte quoque Daniel videt Dominum deprecari, qui iam septuagesimo primo anno regis Cyri Iudaeorum fuerit iuxta captivitatis. Eram iuxta fluvium magnum Tigrim. Et Ezechiel iuxta fluvium Chobar videt visionem magnam, et Domino salvatori vaticinante Iohannis super fluentia Iordanis aperiuntur caeli. Et levavi oculos meos et vidi. Elevatio opus erat oculorum, et visionem mysticam cernere volentium. Et ecce vir unus vestitus lineis. Pro lineis quod interpretatum est aquila, Theodotio: BADDIM, posuit septuaginta byssina, aquila: ἐξαίρετα, idem praecipua. Pro eo autem quod iuxta Hebraicum verum est: Ecce vir unus, septuaginta posuit quasi vir. Non enim vir erat, sed viri habebat similitudinem. Et renes eius accincti auro obrizo. Pro quo in Hebraeo legitur ophaz, quod aquila interpretatus erat: et lumbi eius accincti erant colore ophaz. Et corpus eius quasi chrysolitus. Pro chrysolito qui unus erat de duodecim lapidibus qui ponuntur in loco pontificis, in Hebraeo habet tharsis, quod Theodotio et Symmachus eodem verbo interpretati sunt, septuaginta vero mare appellaverunt. Iuxta illud quod in psalmis legimus

in spiritu violentiae confringes naves tharsis.
Idem mare et alonus fugere cupiebat
non in tharsum urbem ciliciae ut plerique
aestimant litterarum ponentes pro
littera ut in dictae regionem pervenit a
longius sed absolute in pelagus.
Vidi autem ego daniel solus visionem.
Viri autem qui erant mecum non viderunt.
sed terror nimius inruit super eos. et fugerunt in absconditum. et apostolus paulus
simile quid dicitur apostolus passus erat
ut ceteris non cernentibus visionem
solus aspiceret. et ecce manus tetigit me.
In hominis figura videtur angelus
et humanum ad prophetam loquentem
mittit manum sui generis corpus
aspicientis nequaquam paveat.
Et dixit ad me. vir desideriorum. congruenter vir desideriorum vocatur. qui
in instantia precum et adflictione
corporis. ieiuniorumque diuturnitate
cupit scire ventura. et dei secreta
cognoscere. Pro viro desideriorum
symmachus interpretatus est. virum
desiderabilem. omnis enim sanctus in se
animae pulchritudinem amatur a domino.
Et dixit ad me. noli metuere daniel
quia ex die primo quo posuisti cor tuum
ad intellegendum ut te adfligeres in conspectu dei tui. exaudita sunt verba
tua. et ego ingressus sum ad verba
tua vicesima quarta die mensis primi.
Id est nisan. expletis tribus ebdomadibus
hoc est viginti et uno diebus. cernit
hanc visionem. et audit ab angelo

quod ex die primo. quo orare coeperit
et adfligere se in conspectu domini. exau
dita sunt verba eius. quaeritur si statim
exauditus est. cur non statim ad eum
missus sit angelus. datur ei per
morum occasio amplius dominum depre
candi. ut et sciat quod plus desiderat
plus laboret plus audire mereatur.
Quod autem ait et ego ingressus sum
ad verba tua. hunc habet sensum.
Postquam tu coepisti bonis operibus. et
lacrimis. ac ieiunio dei. invocare
misericordiam. et ego accepi occasionem
ut ingrederer in conspectu dei et
orarem pro te. Princeps autem regni
persarum restitit mihi viginti uno
diebus. Videtur mihi hic esse angelus
cui persis credita est iuxta illud
quod in deuteronomio legimus quan
do dividebat altissimus gentes et
disseminabat filios adam. statuit
terminos gentium iuxta numerum
angelorum dei. Isti sunt principes
de quibus et paulus apostolus loquitur.
Sapientiam loquimur inter perfectos
quam nullus principum huius saeculi
cognovit. Si enim cognovissent
numquam dominum gloriae crucifixissent.
Restitit autem princeps id est angelus
persarum faciens pro credita sibi pro
vincia ne captivorum omnis populus dimitteretur
et forsitan quam primum die ex quo po
suit cor tuum propheta ad intellegendum
exauditus sit a domino. Id circo non statim
missus est angelus qui ei dei indulgentiam

nunquam te . quia uiginti et uno
dieb(us) restiterit ei princeps persarum et tantu-
merunt peccata populi iudeorum quod liceret
emendatus captiui et dimitti non debe-
rent . ecce micuel unus de principibus
primis uenit in adiutorium mihi .
Restitit enim persarum angelo . precibus eius
et meae loquationi . qui orationes eius
offerebant deo . uenit in adiutorium
mihi angelus miguel qui preest populo
israhel . principes autem primos hunc
angelos intelligimus . et ego remansi ibi
iuxta regem persarum . Angelum idem
principem uocat . et ostendit quod
iuxta michaelem paululum sit
moratus qui contra persarum principem
loquebatur . ueni autem ut docerem te
que uentura sunt populo tuo in nouissi-
mis diebus . quod daniel deprecatus
erat hoc a d(omi)no meretur audire . quod
futurum sit populo israhel . Non in uicino
tempore sed in nouissimis dieb(us) . id est
in consummationem seculi . D(omi)ne in uisione
tua conuersa sunt interiora mea in me .
Sic aheudoago interpretatus erat iuxta
illud quod in centesimum secundo psalmo
legim(us) . Benedic anima mea d(omi)no et
omnia interiora mea nomini s(an)c(t)o eius .
Prius enim quam d(e)i uisionem uidere
mereamur . interiora n(ost)ra foris aspi-
ciunt . quum autem uiderimus uisionem
dei . conuertuntur interiora n(ost)ra et
tota intus sumus de quib(us) in alio loco
scribitur . omnis gloria filie regis in-
trinsecus . Quumque loqueretur mecu(m)

in uultum et dixi . Loquere d(omi)ne quia con-
fortasti me . Nisi enim confortatus esset
tacuit quasi filius hominis et pudor
retinuisset et corde sacramenta dei non
poterat audire . et idcirco nunc dicit .
quia confortasti me loquere d(omi)ne .
tu enim fecisti ut possim q(uo)q(ue) loqui
et audire et sentire . et ait . numquid
scis quare uenerim ad te . et nunc reuer-
tar ut prelier aduersum principem persarum .
Quod dicit hoc est . ueni quidem ut do-
cerem te et conpauditas preces tuas . sed
reuersurus sum ut pugnem contra
principem persarum in conspectu dei
qui non uult de captiuitate populum
laxari . Quum enim egrederer appa-
ruit princeps grecorum ingrediens .
ego inquid egrediebar de conspectu dei
ut tibi nuntiarem que uentura sunt
populo tuo in dieb(us) nouissimis . Licet ad-
huc non sim securus in statione persarum
principe . et contradicente eius precib(us)
ac loquationi meae . et ecce princeps
grecorum idem macedonum ueniebat .
et ingressus erat in conspectu d(e)i . ut accu-
saret persarum principem atq(ue) medorum .
ut in locum eorum regnum macedonum
succederet . et reuerti mira sacramen-
ta dei . laxato enim de captiuitate
populo iudeorum persarum regnum et(iam)
macedonum interfecto dario sub-
uertit alexander rex macedonum .
et princeps grecorum uicit principem
persarum . Uerumtamen adnuntiabo
quod expressum est in scriptura ueritatis .

Hic ordo erat lectionis adhuc res in dubio
erat. Tertium praecunte dominum et me
offerente orationes tuas tertia ratione
princeps persarum et non ualet propterea
decaptiuitate loqui. Ego tantum quia
ueniet princeps grecorum et intret impug
nat contra principem persarum. Habes
illic michael in adiutorio donec illi
intrent dimicant. Referam tibi quid erit mihi
futuru praedixerat. et tibi narrandu
praedixerat. et tibi narrandu praedixerat.
et tibi narrandu praeceperat. Nullique
oriatur scripulus quare principem
grecorum dixerat. hoc erat EMHMAH
alexander enim rex macedonum primum
sub uetere grecium et sub lectate potestati
sue imperium totum conpuit.

Et nemo erat adiutor meus in omnibus his
nisi micael princeps uester. Ego inquid
sum angelus ille qui offero deo orationes
tuas. et nullus erat alius qui adiutor meus
rogandi pro uobis dominum. nisi micael angelus
cui creditus erat populus iudeorum. Et intrarem
hoc tempore ego et princeps grecorum
communi labore aduersum principem
persarum dimicauimus. Reuolbende sunt
ueteres storie. et considerandum uigore
illud tempus significat quando persae
a grecis superati sunt. Iuxta lectionem
uulgatam usque ad finem libri una
putatur uisio quae anno tertio cyri regis
persarum apparuit danieli. Porro
iuxta ebraicum ueritatem separata
contexuntur et scribit ordine preposito
decet usque ut supra diximus non enim

sub cyri anno tertio sed sub darii primo.
qui sub uertit a baltasar. numerantur
licet conscribat sunt. Explicit uisio VII.

INCIPIT UISIO OCTAUA QUI EST A TEMPORE DARII. ORDI PR PTO UITAT.

Et ego ab anno primo darii medi stabam ut confortaretur et roboraretur.

Ego inquid daniel ab anno primo
regis darii qui subuertit caldeos.
et me tenente inimicorum quintum
ipse fuit liberatus. Obturato dium
meum tectum lacum leonum suo sig
nasse anulo. ne me aduersarii inter
ficerent. Stabam in conspectu dei.
et rogabam eius clementiam. pro eo qui
me diligebat ut confortaretur. ut ipse
ut regnum eius. et roboraretur.
Cum quo in oratione persistem. haec domino
respondente cognoui. Consuetudinis
tantum erat prophetis repente pronus in
troducere sine ulla praefatione uerborum
ut erat illut in psalmo tricesimo primo.
quum enim rogasset dominum propheta et
dixisset. tu es refugium meum a tribu
latione quae circumdedit me exulta
tio mea erue me a circumdantibus me.
Repente pronu dei introducitur re
spondentibus. Intellectum dabo tibi
et instruam te in uia qua gradieris
firmabo super te oculos meos. Ergo et
nunc narrante propheta ab anno
darii medi stabam et deprecabar.
ut confortaretur. et roboraretur.

eius imperium. Et respicere respondit.
Et nunc ueritatem adnuntiabo tibi.
Et quaeris quia uis nosse de persarum
regibus quid futurum sit. audi ordinem
rerum. et ausculta quae loquoris.
Ecce adhuc tres reges stabunt in perside.
Et quartus ditabitur opibus nimis super
omnes. Et cum inualuerit diuitiis
suis. concitabit omnes aduersum regnum
grecie. Quattuor reges post cyrum
dicit in perside surrecturos. cambisen
filium cyri. et smerden magum. qui
pantapaten filium cambisis duxit
uxorem qui cum a septem magis fuisset
occisus. et in locum eius darius surre-
xisset imperium. eandem pantapaten
nubsit dario. Et ex eo xerxen filium
genuit. qui potentissimus rex et di-
tissimus aduersum greciam innume-
rabilem duxit exercitum. Et tamen
gesta quae grecorum narrant storie.
Succendit enim athenas sub principe
callia. bellumque eo tempore gestum est
in thermopilis. et pugna salaminum
naualis. certamen quando sopocles
et euripides clari habebantur. et
athenistocles imperius fugiens taurii
sanguine periit. Frustra
igitur quidam darium quartum
regem qui ab alexandro superatus est
scribit qui non quartus post cyrum
rex fuit sed quartus decimus quem
septimo imperii sui anno et supera-
uit et occidit alexander. Et no-
tandum quod iiiior post cyrum
regibus persarum enumerauit nouem
praetermisit. et transierit ad alexan-
drum. Non enim curae fuit spiritui
prophetali storie ordinem sequi sed
praeclara quaeque perstringere. *Surget uero*
rex fortissimus et dominabitur potestate
multa. et faciet quod placuerit ei.
Et cum steterit conteretur regnum eius.
Perspicue de magno alexandro rege
macedonum loquitur. qui filippi
filius fuit. hic enim illiris traciisque
superatis uictam greciam et his sub-
uersis tebis intrauit. et fugatis
darii ducibus. urbem sardis cepit.
Postea que capta india et urbe
alexandria condita cum xxx et ii
etatis haberet annos. et duodecimum
annum imperii in babilone ueneno
periit. *Et diuidetur in iiiior uentos*
caeli. sed non in posteros eius. neque secundum
potentiam illius. qua dominatus est.
Post alexandrum in quattuor uentos
caeli. orientem uidelicet et occidentem
meridiem et septentrionem. regnum
illius diuisum est. In egypto enim
primus regnauit ptolomeus lagi
filius. id est ad meridiem. In macedonia
filippus qui et aridaeus frater alexandri.
Id est. ad occidentem. Siriae. et babilonis
et superiorum locorum. Seleucus
nicanor. id est ad orientem usque et ponti
ceterarumque in supra plaga prouinciis.
Antigonus id est. ad septentrionem. hoc
secundum quattuor orbis plagas diximus.
Ceterum qui in iudea est ad aquilonem

strum et ad meridiem aegyptum habet.
Quod autem ait sed non in posteros eius
hoc significat quia liberos non ha
buerit. sed regnum ipsius in alienos
laceratum sit. Excepto fratre philippo
qui macedonias tenuit neque secundum po
tentiam illius quam dominatus erat.
Diuisum enim in quattuor partes
regnum inbecillius fuit dum ad
uersum se dimicant in aeterno furore
bacchantur. Lacerabitur enim
regnum eius etiam in exteros.
Exceptis his praeter regna quattuor
macedoniae. asiae. syriae. et aegypti
etiam in alios obscuriores et minores
reges macedonum regnum laceratum
erat. Significat autem perdiccam
et cratheron et lisimachum cappado
ciae. et armeniae bithyniae et heracleae bos
phorusque et aliae prouinciae de potestate
macedonum recedentes diuersos sibi
reges constituerunt. Et confortabitur
rex austri. Ptolomeum indicat lagi
filium qui primus regnabit in aegypto.
et uir prudentissimus fortissimusque ac ditis
simus fuit. et tantae potentiae ut pirrum
regem epirotarum expulsum resti
tueret in regnum. cyprumque obtineret
ac phoenicen. et uicto demetrio filio
antigoni. seleuco regni sui partem
quam ab antigono fuerat ablatam resti
tueret. Cariam quoque obtineret et
multas insulas urbesque ac regiones
de quibus non est huius temporis scribere.
Idcirco autem ceteris regnis dimissis

macedoniae uidelicet. et asiae. et tantum
de aegypti. et syriae. narrat regibus. quia
in medio iudaea posita. nunc ab illis
nunc ab istis regibus tenebatur et scrip
turae sanctae propositum erat non externam
absque iudaeis scribere historiam. sed
eam quae israheli populo copulata erat.
Et de principibus eius praeualebit super eum
et dominabitur dicione multa enim
dominatio eius. Iste est ptolomeus
philadelphus secundus rex aegypti. filius
ptolomei superioris sub quo septua
ginta interpretes. alexandriae scrip
turam sanctam in graecum dicuntur
uertisse sermonem. qui et eleazaro
pontifici multa hierosolimam. et in
templi donaria uasa transmisit.
Cuius bibliothecae praefuit demetrius pha
lereus. idem apud graecos orator et
philosophus. tantaeque potentiae fuisse
narratur. ut ptolomeum et patrem uin
ceret. narrantque mihi scriptores habuisse
eum peditum ducenta milia. Curruum
duo milia. Elefantos quos primus
adduxit ex aethiopia quadringentos.
equitum uiginti milia. Naues longas
quas nunc liburnas uocant mille
quingentas. alias ad cibaria
militum deportanda mille. Auri
quoque et argenti grande pondus.
Ita ut de aegypto per singulos annos
quattuordecim milia octingenta
talenta auri acciperet. et frumen
ti artabusque mensura tres modios.
et tertiam modii partem habet.

quinque et decem centena milia :

Et post finem annorum foederabuntur :

Siue ut Aethiopia interpretatus est
et post annos illius commiscebuntur :

Filia quoque regis austri ueniet ad regem
aquilonis facere amicitiam et non
obtinebit fortitudinem bracchii. nec
stabit semen eius et tradetur et ipsa
et qui adduxerunt eam iuuenes eius
et qui confortabant eam : In temporibus
primum Syriae regnabit ut diximus
Seleucus cognomento Nicanor :

Secundus antiochus. qui appellatus
est soter : tertius et ipse antiochus
qui uocatus est theos. id est deus. iste aduersum
ptolomeum philadelfum qui secundus
imperabat aegyptiis. gessit bellum
quam plurimum. et totis babylonis
atque orientis uiribus dimicabat. uolens
itaque ptolomeus filadelfus post mul
tos annos molestum finire certamen :

Filiam suam nomine beronicen anti
oco uxorem dedit qui de priori uxore
nomine laudice habebat duos filios.
seleucum qui cognominatus est
callinicus et alterum antiochum :

Deduxit que eam usque pelusium et infinita
auri et argenti milia dotis nomine
dedit : Unde phernophoros. id est dotalis
est appellatus : Antiochus autem
beronicen consortem regni habere se
dicens. et laudicen in concubinae locum :

Post multum temporis amore superatus
laudicen cum liberis suis reduxit in
regnum : quae metuens ambiguum
uiri animum ne beronicen reduceret
uirum per ministros ueneno interfecit :

Beronicen uero cum filio quem ex antioco
genuerat icusioni et genneo antio
chiae principibus occidendum tradidit :

Filium que suum maiorem seleucum
callinicum in patris loco regem consti
tuit : et hoc est quod nunc dicitur
post multos annos ptolomeus filadel
fus et antiochus theos facient amici
tias et filia regis austri hoc est ptolomei
ueniet ad regem aquilonis id est antio
chum ut instauret pacem ac uirum iungat
amicitias et non poterit obtinere
nec semen illius stare in regno syriae :

Sed et ipsa beronice. et qui eam addu
xerunt interficientur : Rex quoque antio
chus qui confortabat eam hoc est per
quem poterat praeualere ueneno uxoris
occisus est : Et stabit de germine
radicum eius plantatio. et ueniet cum
exercitu et ingredietur prouinciam
regis aquilonis et abutetur eis. et ob
tinebit insuper et deos eorum et sculp
tilia. uasa quoque pretiosa argenti et
auri captiua ducet in aegyptum. Ipse
praeualebit aduersum regem aquilonis
et intrabit in regnum rex austri et reuer
tetur ad terram suam. Occisa beronice
et mortuo ptolomeo philadelfo patre
eius in aegypto frater illius et ipse ptolomeus
cognomento euergetes tertius successio
ne in regnum de plantatione et germine
radicis eius eo quod esset germanus
uenit cum magno exercitu. et ingressus

et provinciam regis aquilonis id est
seleuci cognomento callinici qui
cum uxore laudice regnabat in syria
et abusus est eis et obtinuit in tantum
ut syriam caperet . et ciliciam supe
rioresque partes trans eufraten et orientem
prope modum universam asiam .
Cumque audisset in aegypto seditionem
moveri diripiens regnum seleuci
quadraginta milia talentorum
argenti . tulit et vasa pretiosa
simulacraque deorum duo milia quin
genta in quibus erant et illa quae cam
byses capta aegypto in persas portave
rat . denique gens aegyptiorum idola
tria sedita . quia post multos annos
deos eorum retulerat . euergetem eum
appellabat et syriam quidem ipse obti
nuit . ciliciam autem amico suo an
tiocho gubernandam tradidit et
huic xanthippo alteri duci provincias
trans eufraten . Filii autem eius provoca
buntur congregabunt multitudinem
exercituum plurimorum . et veniet
properans et inundans et pertransiet .
et concitabitur et congredietur cum
robore eius . et exaltabitur cor eius .
Post fugam et mortem seleuci callinici
duo filii eius seleucus cognomento
ceraunus et antiochus qui appella
tus est magnus . provocati spe victoriae
et ultionem parentis exercitu
congregato adversum ptolomeum
philopatorem arma corripiunt .
Cumque seleucus maior frater tertio anno
imperii occisus esset in phrygia . per
dolum nicanoris et apaturii exercitus
qui erat in syria antiochum fratrem eius
cognomento magnum de babilone
vocabit ad regnum et propterea
nunc infertur quod duo quidem filii
provocati sunt et congregaberunt
multitudinem exercituum plurimum .
sed unus antiochus magnus venerit
de babilone in syriam quae eo tempore
tenebatur a ptolomeo philopatore
filio euergetis . qui quartus regnabat
in aegypto . Cumque pugnasset adversum
duces eius immo prodigione theodotio
obtinuisset syriam quae per successione
lum a regibus aegypti tenebatur in
tantum venit audaciam contemta
luxuria philopatoris et magicis
artibus quibus insanire dicebatur .
et ultro aegyptis bellum conaretur
inferre . et provocatus rex austri .
egredietur . et pugnabit adversum
regem aquilonis . et preparabit
multitudinem nimium . et dabitur
multitudo in manus eius et capiet
multitudinem . et exaltabitur cor eius .
et deiciet milia multa . sed non
praevalebit . Ptolomeus enim
cognomento philopator amissa
syria prodigione et theodori congre
gavit plurimam multitudinem
et ingressus est adversum antiochum
magnum quem nunc regem aquilo
nis vocat iuxta raphiam aegypti
et iudeae provinciae idem enim locus

pro qualitate regionis vel austri vel ad austrum
vel ad aquilonem sitam esse urbi
gazam sive iudei dicunt egyptus
ad aquilonem situs ad austrum erat.
Initio ergo certamine iuxta oppidum
raphie quod in foribus egypti est omnem
antiochus amisit exercitum et per
desertum fugiens pene captus est.
Cumque certasset iterum ad exercitum
phalere et quibusdam condicionibus
pugna finita est. Et hoc est quod
scriptura nunc dicit deiciet multa
milia. Ptolomeus philopator sed
non praevalebit. Adversarium enim
suum capere non potuit quod reges.
Et convertetur rex aquilonis et preparabit
multitudinem multam multitudinem multo
maiorem quam prius et in finem
temporum annorum que veniet
properans cum exercitu magno et
opibus nimis. Et in temporibus illis
multi consurgent adversum regem
austri. Antiochum magnum
significat qui contemnit philopato-
ris ptolomei ignaviam eo quod de-
periret agathocliam psalteriam
sororem eius et ipsum agathoclem aberet
concubinum quem potestate ducem
egypti constituerat. Incredibile
de superioribus babilonis locis exerci-
tum congregabit. Et ptolomeo
philopatore mortuo adversum
filium eius qui tunc quattuor
annorum erat et vocabatur
ptolomeus. ΕΠΙΦΑΝΗC rupta
phalere movit exercitum. Cumque cum
dissolutionis et rupta agathocle
fuit vita sub die prius egypto provincie
revellentes. Ipse quoque egyptus seditionibus
agitaretur. Philippus quoque rex macedo-
num et magnus antiochus pacem
fecit adversum agathoclem et ptolo-
meum ephiphanem dimicantes
sub hac condicione ut proximas
civitates regno suo singuli de regno
ptolomei iungerent. Et hoc est quo-
modo dicit multos consurgere ad-
versum regem austri. Ptolomeum
scilicet epiphanem qui erat etate
puerili. *Filii quoque praevaricatorum*
populi tui extollentur ut impleant
visionem et corruent. Pugnantibus
contra se magno antiocho et ducibus
ptolomei in medio iudea posita
in contraria studia scindebatur
aliis antiocho aliis ptolomeo faven-
tibus. Denique onias sacerdos adsump-
tis iudeorum plurimis fugit in egyp-
tum et a ptolomeo honorifice suscep-
tus accepit eam regionem que
heliopoleos vocatur. Et concedente
rege templum extruxit in egypto
simile templum iudeorum quod per-
mansit usque ad imperium vespasiani
annis ducentis L. Ipsaque autem urbs
que vocabatur onie dimicantibus
postea adversum romanos iudeis
ad solum usque deleta est. Et neque
urbis neque templi ullum restat vesti-
gium sub occasione igitur onie

pontifex Onias cum multitudine Iudaeorum
Aegyptum confugerunt eo tempore
et Alexandria eorum multitudine reple
ta est. Asserebat enim Onias
esaiae implere uaticinium scribentis
erit altare dni in aegypto et titulus
dni in terminos eius. et hoc est quod
nunc dicit filii praeuaricatorum
populi tui. qui legem dni reliquerunt.
uolentes in alio loco praeter quam iussum
erat deo uictimas immolare.
Et extollentur in superbiam et uisionem
hoc est praeceptum dei se implere
putabunt. sed corruent. quia et
templum et urbs postea destructa est.
Cumque antiochus teneret iudaeam
missus scopas etoli filius dux
ptolomei partium aduersum antiochum
cum fortiter dimicabat. cepitque
iudaeam et optimates ptolomei par
tium secum abducens in aegyptum
reuersus est. Et ueniet rex aquilonis
et conportabit aggerem et capiet
urbes munitissimas. et brachia austri
non sustinebunt et consurgent electi
eius ad resistendum et non erit forti
tudo et faciet ueniens super eum iuxta
placitum suum et non erit qui stet
contra faciem eius. et stabit in terra
inclita et consumetur in manu eius.
Antiochus enim uolens recuperare
iudaeam et syriae urbes plurimas. sco
pam ducem ptolomei iuxta fontes
iordanis. ubi nunc paneas condita
est initio certamine fugauit.

et cum decem milibus armatorum
obsedit clausum obsidione.
Ob quem liberandum misit ptolomeus
duces inclitos eropum et menoclem
et damoxenum sed obsidionem soluere
non potuit donec fame superatus
scopas manus dedit. et nudus cum
sociis dimissus est quod ait.
Conportabit aggerem illud signifi
cat quod praesidium scopae in arce
hierosolymarum adiutoribus iudaeis
multo tempore obpugnari ceperit.
et ceteras urbes quae prius a ptolomei
partibus tenebantur syriae ciliciae.
et liciae. eo enim tempore captae sunt
aprondus. et soloe. et zefiron.
et mallos. et anemurium. et selenus.
et coracesium. et coricus. et andriace.
et limira. et patara. et xantus.
et ad extremum. ephesus. De quibus
uniuersis et graeca et romana narrat
historia. quod autem in alia scribit
in terra inclita et consumetur siue
perficietur in manu eius terra inclita
siue ut lxx interpretati sunt uolun
tatis hoc est quae conplacuit deo iudaea
significat et proprie hierusalem in qua
honorifice susceptus eos qui partium
scopae erant praecauit est. Pro terra
inclita quod interpretatus est
aquila quem nos in hoc loco secuti
sumus theodotio ipsum uerbum
hebraicum posuit sabi pro quo symmachus
uertit terram fortitudinis. Et ponet
faciem suam ut ueniat ad tenendum

universum regnum eius et tacere faciet
cum eo. et filiam feminarum dabit ei
ut evertat illum. hoc est ptolomei
sue illa toto regnum eius volens an
tiochus non solum syriam et ciliciam
et liciam et alias provincias que
ptolomei fuerunt partium possidere.
Sed in egyptum quoque regnum suum
extendere filiam suam cleopatram
per euclem roxium septimo regni anno
adulescentem desponsavit ptolomeo
et terciodecimo anno tradidit dotem et
datis nomine omni coelesyria et iudea.
Filiam autem feminarum petareonno
vocat ut dicta illa poetarum.
Sic enim locutus est et vocem quasi his
auribus aspi. Et non stabit nec
illius erit. et convertet faciem suam
ad insulas et capiet multas et cessare
faciet. principem opprobrii sui. et
opprobrium eius convertetur in eum
et convertet faciem suam ad imperium
terre sue et impinget et corruet et
non invenietur. Neque enim obtinere potu
it egyptum quia ptolomeus epi
phanes et duces eius senserunt dolum
cavitque egerunt et cleopatra magis
viri partes quam patris fovit.
Unde versus se ad aliam. et navali
certamine adversum plurimas in
sulas dimicans cepit rodum et sa
mum. et colofonium. et phocen.
et alias multas insulas. sed occurrit
ei scipio nasica cum fratre publio
scipione. africano qui annibalem

vicerat. quum enim consul nasica
frater africani heberonis esset in
grecia et conveniret regem potentissimum
senatus esset et nollet bellum credere
spontaneum legationem obtulit
africanus pro fratris iniuria. victus ergo
antiochus intra taurum regnare
iussus est et inde fugit in apamiam
ac susum et ad ultimas regni sui
pervenit urbes. cum quod adversum
elimeos expugnaret quum omni est
deletus exercitu. et hoc est quod nunc
scriptura dicit. quod multas in
sulas. et vincente romano regnum
usque perdiderit et opprobrium eius
conversum sit in caput illius et ad
extremum deinde fugiens reversus est
ad imperium terre sue et impegerit
usque corruerit et locus illius non est
inventus. et stabit in loco eius
vilissimus et indignus decore regio
et in paucis diebus conteretur non in
furore nec in prelio. Seleucum
dicit cognomento philopatora
filium magni antiochi qui nihil
dignum syrie et patris gessit imperio
et absque ullis preliis ingloriosus
periit. Porro porfirius hunc non
vult esse seleucum sed ptolomeum
epiphanem qui seleuco. id molitus
insidias et adversum eum exercitum
preparaverit. et idcirco. veneno sit
interfectus a ducibus suis. quod
quum unus ab illo quereret cunctas
res. molliens. ubi haberet pecuniam

respondit amicos sibi esse dicitque.
quod cum diuulgatum esset in aegypto.
timuerunt duces ne ui ut ferret eorum
subtraherentur. et idcirco eum multis
ictibus occiderunt. Sed quomo
do potest in loco magni antiochi
stare ptolomeus qui hoc omnino
non fecit maxime cum iam antea inter
fecti sunt. et stabit de iudice eius
plantatio una. de germine eius
et semine patrum dignitatem
imperii et in paucis diebus conteretur
absque ira et praelio. hebrei uilissimum
et indignum decore regio epiphanen
intellegi uolunt qui autor pueri
adripuit tyrannidem. et stabit
in loco eius dispectus et non tribuetur
ei honor regius. Et ueniet clam et
obtinebit regnum in fraudulentia.
Huc usque historiae ordo sequitur et inter
porphirium ac nos nulla contentio est.
Cetera quae sequuntur usque ad finem uolu
minis ille interpretatur super persona
antiochi qui cognominatus est
epiphanes fratris seleuci filio antiochi
magni qui post seleucum undecim
annis regnauit in syriam. obtinuitque
iudeam sub quo legis dei persecutio
et maccabeorum bella narrantur.
Nostri autem haec omnia de antichristo pro
phetari arbitrantur qui ultimo
tempore futurus est. Cumque eis
uidebatur illud opponi quare tan
tos in medio dereliquerit sermo
propheticus. a seleuco usque ad
consummationem mundi respon
dent quod in priori historia ubi de regibus
persis dicebatur quattuor tantum
reges post cyrum persarum posuit et
multis in medio annis relictis repente
uenerit ad alexandrum regem mace
donum. et hanc esse scripturae sanctae
consuetudinem non uniuersa
narrare sed ea quae maiora uideantur
exponere. Cumque multa quae postea
lecturi et exposituri sumus super antiochi
persona conueniant. typum
eum uolunt fuisse antichristi. et quae
in illo ex parte praecesserint. in antichristo
ex toto esse complenda. et hunc
esse morem scripturae sanctae ut futurorum
ueritatem praemittat in typis. iuxta
illud quod de domino saluatore in
septuagesimo primo psalmo dicitur
qui praenotatur salomonis et omnia
quae de eo dicuntur salomoni non
ualent conuenire. Neque enim
permansit ille cum sole et ante lunam
generationis et generationis. Neque
dominatus est a mari usque ad mare.
et a flumine usque ad terminos orbis
terrarum. Nec omnes gentes seruiunt ei.
Neque ante solem permansit nomen eius.
Nec benedictae sunt in ipso omnes tribus terrae
neque omnes gentes magnificabant
eum. Ex parte enim et quasi in umbra
et imagine ueritatis in salomone
praemissa sunt ut in domino saluatore
perfectius implerentur. Sicut igitur
saluator habet salomonem et ceteros

sc̄os in captivum adduceret sui . sic
et antexp̄s pessimum regem antiochio
cum qui sc̄os persecutus est . et templumq;
violaverat recte typum sui ha
buisse credendus est . Sequamur
igitur expositionis ordinem et iuxta
utrumq; explanationem quid adversa
riis . quid nr̄is videatur breviter
adnotemus . Stabit in loco eius
in loco seleuci fr̄ eius antiochus
epiphanes cui primum ab his qui
in siria ptolomeo favebant . non
dabatur honor regius . sed postea
simulatione clementiae obtinuit
regnum sirie et brachia pugnantis
ptolomei . et universa vastantis
expugnata sunt a facie antiochi
atque contrita . Brachia autem for
titudinem vocat unde et manus
appellatur exercitus multitudo
et non solum vicit ptolomeum vicit
in fraudulentia sed ducem quoque
foederis . hoc est iudam maccabeum
superavit dolis . Sive quod dicit
hoc quando ipse obtulisset pacem
ptholomeo . et fuisset dux foederis .
Postea et ea molitus insidias
pthaolomeum autem hic non epi
phanem significat . qui quintus
regnavit in egypto . sed pthaolomeum
philometorem . filium cleopatre
sororis antiochi . cuius hic avuncu
lus erat . Et quando post mortem
cleopatre eulaius eunucus nutri
cius philometoris . et leneus egyptum
regerent et repeterent siriam quam
antiochus fraude occupaverat .
Orta est inter avunculum et
puerum pthaolomeum prelium .
Cumque inter pelusium et montem
casium prelium commisissent .
victi sunt duces pthaolomei .
Porro antiochus parcens puero et
amicitias simulans ascendit
memfim . et ibi ex more egypti regnum
accipiens . puerique rebus providere
se dicens cum modico p̄p̄lo omnem
egyptum subiugavit . et habundantes
et uberrimas ingressus est civi
tates . fecitque que non fecerunt
patres eius et patres patrum eius .
Nullus enim regum sirie sic vasta
vit egyptum . et omnes eorum divitias
dissipavit . et tam callidus fuit
ut prudentes cogitationes eorum qui
duces pueri erant . sua fraude subverteret .
Haec porfirius sequens sutorium sermo
nem lucentissimo prosecutus est .
quem nos brevi compendio diximus .
Nr̄i autem et melius interpretantur
haec rectius quod in finem mundi
haec sit facturus antexp̄s
Qui consurgere habet de modicum
gente . id est de p̄p̄lo iudeorum . et tam
humilis erit atque dispectus ut ei
non detur honor regius et per in
sidias et fraudulentiam obtineat
principatum . et brachia pugnantis
p̄p̄li romani expugnabuntur ab eo
et conterentur . et hoc faciet

quia simulabit recte ducem foederis
hoc est legis et testamenti dei.
Et ingredietur urbes ditissimas et
faciet que non fecerunt patres eius
et patres patrum eius. Nullus iudeorum
absque antiocho in itato umquam
orbe regnavit et contra firmissimas
cogitationes sanctorum inivit consilium.
Faciet universa usque ad tempus donec
eum dei voluntas facere ista per
mittit. et concitabitur fortitudo
eius et cor eius adversum regem austri
in exercitu magno. et rex austri pro
vocabitur ad bellum multis auxiliis
et fortibus nimis. et non stabunt
quia inibunt adversum eum consi
lia. et comedentes panem cum eo
conterent illum. exercitusque eius
opprimetur et cadent interfecti
plurimi. Hec porphirius interpreta
tur de antiocho. qui adversum
ptholomeum sororis sue filium
profectus est cum exercitu magno.
Sed et rex austri id est duces ptholomei
provocabuntur ad bellum multis
auxiliis et fortibus nimis. et non po
terunt resistere antiochi consiliis
fraudulentis qui simulabat pacem
cum sororis filio. et comedit cum eo
panem et postea occupabit egyptum.
Nisi autem secundum superiorem sensum
interpretantur omnia de antichristo qui
nasciturus est de populo iudeorum et
de babilone venturus. primus supe
raturus est regem egypti qui est unus

de cornibus. de quibus ante iam diximus.
Duorum quoque regum cor erit ut malefa
ciant. et ad mensam unam men
dacium loquentur et non proficient
quia adhuc finis in aliud tempus.
et revertetur in terram suam cum
opibus multis. Nulli dubium est
quin antiochus pacem cum
ptolomeo fecerit et inierit cum eo
convivium et dolos machinatus
sit. et nihil profecerit quia regnum
eius obtinere non potuerit. sed
a militibus ptholomei eiectus sit.
Verum scio quia scriptura nunc dicit
duos fuisse reges. quorum corda fuerint
fraudulenta ut sibi mutuo
mala facerent. Hoc secundum historiam
demonstrari non potest. Ptho
lomeus enim puer parvus et deceptus
fraude antiochi illi malum cogi
tare quid poterat. Unde volunt
nostri hec omnia referre et ad antichristum
et ad regem egypti quem primum
superaturus est. et cor eius adversum
testamentum sanctum et faciet et
revertetur in terram suam. Statuto
tempore revertetur et veniet ad
austrum et non erit priori simile
novissimum et venient contra eum
et romani. et percutietur sive
ut alius interpretatus est. et commi
nabuntur ei. et greca et romana
narrat historia. Postquam reversus
est antiochus expulsus ab egyptiis
venisse eum in iudeam hoc est adversus

testamentum sanctum. et spoliasse tem-
plum et auri tulisse quam pluri-
mum. Posito in arce praesidio ma-
cedonum reversum in terram suam
et post biennium rursum contra
ptolomeum exercitum congregas-
se et venisse adversum. Cumque
duo fratres ptolomei cleopatrae filii
quorum avunculus erat obside-
rentur alexandriae legatos venisse
romanos quorum unus marcus po-
pilius lenas cum eum stantem
invenisset in litore senatus con-
sultum dedisset quo iubebatur
ab amicis populi romani recedere
et suo imperio contentus esse. et
ille responsionem ad amicorum con-
silium distulisset. orbem dicitur
fecisse in harenis baculo quem tene-
bat manu et circumscripsisse regem
atque dixisse senatus et populus romanus
praecipiunt ut in isto loco respondeas
quid consilii geras. quibus dictis ille
perterritus ait. Si hoc placet
senatui et populo romano recedendum est atque
ita statim movit exercitum.
percussus autem esse dicitur non quod
interierit. sed quod omnem adro-
gantiae perdiderit magnitudinem.
De antichristo nullus ambigit quin
pugnaturus sit adversum testa-
mentum sanctum. et primum contra
regem aegypti dimicans romanorum
pro eis auxilio terreatur. Haec autem
sub antiocho epiphane in imagine

praecesserunt ut antichristus sceleratissimus
qui praecessit erat populum dei persequi-
turus antichristum. qui christi populum persecuturus erat.
Unde multi nostrorum putant ob se-
vitiam et turpitudinis magnitu-
dinem domitium neronem antichristum
fore. et recesserit et indignatus fuerit
contra testamentum sanctuarii.
Haec plenius in maccabeorum gestis
legimus. quod postquam de aegypto
eum repulerunt romani indignatus
venerit contra testamentum sanc-
tuarii et ubi his inhabitatus sit
qui dereliquerunt legem dei et se
caerimoniis miscuerunt ethnicorum
quod plenius conplendum est sub
antichristo. qui indignabitur contra
testamentum dei. et cogitabit ad-
versum illos quos vult dei legem relin-
quere. Unde signatur interpreta-
tus est aquila. et cogitabit ut
deserat pactum sanctuarii. et
brachia ex eo stabunt et polluerunt
sanctuarium fortitudinis et aufe-
rent iuge sacrificium et dabunt
abominationem in desolationem.
Pro brachiis alius interpretatus est
semina. ut significet stirpem
atque progeniem. volunt autem eos signi-
ficari qui ab antiocho missi sunt
post biennium quando templum
spoliaverat ut tributa exigerent
iudaeis et auferrent cultum dei
et in templo hierusalem iovis olimpi
simulacrum et antiochi statuas

ponentque abominationem
desolationis uocat. quando abla
tum est olocaustum et iuge sacri
ficium. Quae uniuersa in antiocho
antixpi nostri praecessisse contendunt.
qui sessurus est in templo dei. et se
facturus ut deum. Iudei autem hoc
non de antiocho epiphane nec de
antixpo. sed de romanis intellegi
uolunt. de quibus supra dictum est.
et uenient trieres siue itali. atque
romani et humiliabitur. Post
multa inquid tempora de ipsis roma
nis qui ptolomeo uenere auxilio et
antiocho comminati sunt. con
surget rex uespasianus surgent bra
chia eius et titus filius
cum exercitu et polluent sanctuarium
auferentque iuge sacrificium. et tra
dunt templum aeternae desolationi.
sunt quippe et ceathim quos nos esse
et romanos interpretati sumus.
hebrei iudaeos uolunt intellegi ad
romanos et impii in testamentum
simulabunt fraudulenter. propter
autem sciens deum suum obtinebit et
faciet. et haec tamen maccabeis legimus
quod quidam simulauerint se legis
dei esse custodes et postea cum genti
libus fecerint. alii uero permanserunt
in religione quod et tunc et xpi temporibus
facturum arbitror quando restricte
curat multorum de quibus dns
loquitur in euangelio. putas ne
filius hominis ueniens inueniet
fidem super terram. et docti in populo
docebunt plurimos et ruent in
gladio. et in flamma. et in captiui
tate. et in rapina dierum. quanta
iudei ab antiocho passi sunt mac
cabeorum libri referunt. et triumphi
eorum testimonio sunt. qui pro
custodia legis flammas et gladios
et seruitutem hac rapinas ultimas
sustinuerunt quae facta sub antixpo
nemo qui dubitet multas seruitutes
potentiae eius et in diuersa fugientibus
quae hebrei in ultimam euersione
templi sub uespasiano et tito acci
dit. interpretantur fuisse de populo
plurimos qui scierint deum suum
et pro custodia legis eius interfecti
sunt. Cumque corruerint subleua
buntur auxilio paruulo et ad
plicabuntur eis plurimi fraudulenter
et de eruditis ruent ut conflentur
et eligantur. et dealbentur usque
ad tempus praefinitum. quia adhuc
aliud tempus erit paruulum auxilium
mattathiam significari arbitratur
porphirius de uico modeim. qui aduersum
duces antiochi rebellauit. et cultum
ueri dei seruare conatus est. quia
mortuus est mattathias. et postea
iudas filius eius qui uocabatur
maccabeus pugnans cecidit et
ceteri fratres eius aduersariorum decep
ti sunt. Lege maccabeorum libros.
haec autem cuncta omnia idcirco facta
sunt ut probentur. et eligantur.

Et ut dealbentur ad tempus praefini
tum quia in alia tempus etiam
dilata victoria. Et subveniet christo
parvum auxilium non intellegi
volunt quia congregata sanctorum
sententia est. et vastantur auxilio
parvulo. et postea destruitur contra
eam plurimi. et hoc fiet quasi in
fornace conflentur. et eligantur
et dealbentur donec veniat
tempus praefinitum quia vera
victoria in adventum christi erit.

Hebraeorum quidam haec de severo
et antonino principibus intellegunt
qui iudaeos plurimum dilexerunt.

Alii vero iuliano imperatore.
quod quando oppressi fuerint
a gallo caesare in captivitatis an
gustiis multa passi. ille consurgat
iudaeos amare se simulans et in tem
plo eorum immolaturum esse
promiserit. in quo parvum spem
habebunt auxilii. et adplicabuntur
illis gentilium plurimi non in
veritate sed in mendacio pro idolo
rum cultu eis simulabunt amici
tias. et haec faciens ut qui proba
ti sunt manifesti fiant. Tempus
autem vere salutis eorum et auxilii
futurum esse christum quem falso
sperantes se venturum cum sint
recepturi antichristum. et faciet
iuxta voluntatem suam rex. et
elevabitur. et magnificabitur
adversus omnem deum. et adversum
deum deorum loquitur magnifica
et diriget donec compleatur.

Perpetrata est quippe definitio sive
ut alius interpretatur est. In ipso
autem erit consummatio.

Ab hoc loco hebraei dici de antichristo
putant. qui post iuliani parvum
auxilium surrecturus sit rex qui
faciat iuxta voluntatem suam.
et elevatur contra omnia quod dicitur
deus et adversum deum deorum loquitur
magnifica ita ut sedeat in templo
dei. et se ipsum faciat deum. et diriga
tur voluntas eius donec compleatur
ira dei. quia in ipso erit consummatio.

quod quidem et nos de antichristo intelli
gimus. Porfirius autem et ceteri
qui secuntur eum de antiocho
epiphane dici arbitrantur quod
erectus sit contra cultum dei. et in
tantum superbia venerit ut in
templo hierosolimis simulachrum
suum poni iusserit. Quodque sequitur
et diriget donec compleatur ira
quia in ipso erit consummatio
sic intellegunt. tam diu eum posse
donec irascatur ei deus et ipsum inter
fici iubeat. Siquidem polibius
et diodorus qui bibliothecarum
scribunt historias narrant eum non
solum contra deum fecisse iudaeae sed
avaritiae facibus accensum etiam
templum dianae in elimaide quod
erat ditissimum spoliare conatum.

Oppressumque a custodibus templi et vicinis

circumgentibus. et quibusdam videntibus
vermium intemperantia ad portentum morbo
interisse. et hoc ei accidisse commemo
rant quia templum dianae violare
conatus est. Nos autem dicimus etiam
si acciderit ei. ideo accidisse quia in
sanctos dei multam exercuit crudelitatem
et polluerit templum eius non enim
pro eo quod conatus est facere et
acta paenitentia implere desivit
pro eo quod fecit puniatur esse credendus est. et in deum patrum suorum non
reputabit. et erit in concupiscenti
is feminarum. neque quemquam deorum
curabit. quia adversum universa
consurget. deum autem moozim
in loco suo venerabitur. et deum quem
ignoraverunt patres eius colet.
Auro et argento. et lapide pretioso
rebusque pretiosis. et faciet ut muniat
moozim. cum deo alieno quem cog
novit et multiplicabit gloriam. et
dabit eis potestatem in multis. et
terram dividet gratuito. pro eo quod
nos interpretati sumus. et erit in con
cupiscentiis feminarum septuagin
ta transtulerunt et concupiscentiis
mulierum non subiacebit. Rursumque
pro deo moozim. quod habetur in hebrai
co. aquila transtulit deum fortitu
dinum. septuaginta fortissimum
quia vero in hebraico ubi nos diximus.
et erit in concupiscentiis feminarum
ambiguae positum est dicente aquila
qui verbum expressit e verbo. ΔΑΤΕΠΙΘ

ΕΝΘΙΘΛΑΤΕ ΘΙΙΦ ΓΜΙΑΝΑΣΣΗΑ
ΤΚΩΝ ΒΑΤΕΤΤΙΤ ΤΑΝΤΑΦΕΟ. ΟΣΥΝΗΣΕΙ.
Idem et super deum patrum suorum non in
tellegit. et super concupiscentiam femina
rum. et super omnem deum non intellegit.
quibus verbis intellegitur et habere con
cupiscentiam feminarum et non ha
bere. si legerimus et intellegerimus
ΔΤΙΟΒΟΙΜΟΡ. et super concupiscentiam
feminarum non intelleget de antichristo
facilior interpretatio est. Quod ideo
simulet castitatem. ut plurimos
decipiat. Si autem ita legerimus
ut et super concupiscentiam feminarum
ut sub audiatur antiochi prone
magis quo abutatur qui luxurio
sissimus fuisse dicitur in tantum
dicitur per stuprum. et corruptelas.
venisse regie dignitatis. ut mimis
quoque et scortis publice iungere
tur. et libidinem suam populo praesente
conpleret. deum moozim. ridicule
porphyrius interpretatus est. ut diceret
in vico modeim. unde fuit mathathi
as et filii eius antiochi duces iovis
posuisse statuam. et conpulisse
iudeos. ut ei victimas immolarent.
id est deo modeim. quod autem sequitur.
et deum quem ignoraverunt patres eius
colet. hoc magis antichristo. quam
antiocho convenit. Legimus enim
antiochum idolum graeciae abusse culti
et iudeos usque simulacrum advenisse
deorum scortum conpulisse. Nec non
et hoc quod infert. et faciet ut muniat

maozim · cum deo alieno quem cogno
vit et multiplicabit gloriam et dabit
eis potestatem et terram dividet in
gratuitum. Et Theodotio lati in
terpretatus est et faciet haec munimi
ta presidia · cum deo alieno · et
cum eis ostenderit multiplicabit
honorem et dominari eis multos
faciet · et terram dividet gratis pro
presidiis confugii · Interpretatus est
Symmachus quod Porphirius lati edisserit.
Faciet haec omnia ut muniat arcem
Hierusalem et in ceteris urbibus ponat
presidia · et Iudaeos doceat alienum
adorare deum. Haut dubium quin
Iovem significet quem cum illis osten
derit adorandum esse persuaserit.
Et tunc dabit deceptis honorem et
gloriam plurimam · et faciet ceteris
qui in Iudaea fuerint dominari ·
et pro praevaricatione possessiones
dividet et dona distribuet.
Antichristus quoque multa deceptis
munera largietur et terram suo exer
citui dividet quosque terrore non vi
cerit · sub iugavit avaritia.
Et in tempore praefinito · proeliabitur
adversum eum rex austri · et quasi
tempestas veniet contra illum rex
aquilonis in curribus et in equitibus ·
et in classe magna · et ingredietur
terras et conteret · et pertransiet ·
et introibit in terram gloriosam · et mul
ta corruent. Pro quo interpretatus
est Symmachus et multa milia
corruent. Et Theodotio et multi in
firmabuntur. Multas autem corruere
legit ut aquilam ut urbes ut regiones
ut provincias intellegas. Et haec
Porphirius ad Antiochum refert
quod undecimo anno regni sui
rursum contra sororis filium Ptolomaeum
Philometorem dimicaverit qui audiens
venire Antiochum congregaverit
multa milia populorum. Sed Antiochus
quasi tempestas valida in curribus
et in equitibus · et in classe magna
ingressus sit terras plurimas · et
transeundo universa vastaverit.
veneritque ad terram inclitam in
Iudaeam quam Symmachus terram fortitu
dinis interpretatus est · pro qua Theodotio
ipsum verbum hebraicum posuit sabi. Et
arcem munierit de ruinis murorum civitatis ·
et sic Aegyptum perrexerit. Nostri autem antichristum
et istud referentes dicunt quod primum
pugnaturus sit contra regem austri
id est Aegyptum · et postea Libyas et Aethiopas
superaturus quae decem cornibus tria
contrita cornua supra legimus.
Et quia venturus est et multae et urbes
provinciae ducuntur manibus eius.
Hae autem solae salvabuntur de manibus
eius · Edom et Moab · et principium
filiorum Ammon. Antiochus
quidem festinans contra Ptolomaeum
regem austri Idumaeos et Moabitas
et Ammonitas qui celati Iudae
erant non tetigit · ne occupatus
pro aliis proelio Ptolomaeum redderet

fortitudinem. Ante Christus quoque Idu
maeam et moabitas ac filios
ammon id est arabiam relinquet
intactam quia illuc sancti ad deserta
confugerant. Et mittet manum suam
in terras et terra aegypti non effugiet.
Et dominabitur thesaurorum auri
atque argenti. et in omnibus pretiosis
aegypti et libyas quoque et aethiopas
transibit. Haec antiochum epiphanen
fecisse legimus. sed quod sequitur per
libyas et aethiopas transibit. magis
nostri asserunt antichristo convenire.
Antiochus enim libyam quam plerique
affricam intellegunt et aethiopiamque
non tenuit nisi forte quia in pro
clivi sunt provinciae aegypti et
longe positae vicinae capitis
aegypti et quum istae provinciae contri
butae sint. unde non dicit quod
ceperit eas sed per libyas et aethiopiam quae
transierit. et fama turbabit eum
ab oriente et ab aquilone et veniet
in multitudine magna ut conterat
et interficiat plurimos. et figet taber
naculum suum apadno inter maria
super montem inclitum et sanctum et veniet
usque ad summitatem eius. et nemo
auxiliabitur ei. Et in hoc loco porphy
rius tale nescio quid de antiocho
somniat. pugnans inquit contra
aegyptios et libyas aethiopasque per
transiens audiet sibi ab aquilone
et oriente proelia concitari.
unde regrediens capit aradios

resistentes et omnem in litore
phenicis vastabit provinciam
confestimque pergit ad artaxiam
regem armeniae qui de orientis
partibus movebatur et interfectis
plurimis de eius exercitu ponet
tabernaculum suum in loco apadno.
qui inter duo latissima flumina est
tigrim et eufraten. Cumque huc usque
processerit in quo monte inclito
sederit et sancto dicere non potest.
Quamquam et inter duo maria eum
sedisse probare non possit.
et stultum sit duo mesopotamiae
flumina duo maria interpretari.
Montem autem inclitum idcirco praeterit
quia secutus est theodotionis
interpretationem. qui ait. inter media
maria super montem saba sanctum. cumque
saba nomen montis ut armeniae vel
mesopotamiae putet quare sanctus sit dicere
non potest. et hac licentia mentiendi
possumus nos addere quod ille con
ticuit sanctum dici montem quia sapi
entorum armeniorum sit. Idolis con
secratus et veniet inquit usque ad con
summitatem ipsius montis in elimais
de provinciis quae est ultima persarum
ad orientem regio. Ibique volens
templum dianae spoliare quod habe
bat infinita donaria fugatus
a barbaris est qui miro veneratione
fanum illud suspiciebant et
mortuus est merore consumptus
in tabes oppido persidis. Haec ille.

In sugillationem nostri . artificio ser
mone composuit . quę et quam si po
tuerit adprobare . non de xpo dictum .
sed de antiocho ? quid ad nos qui
non ex omnibus scripturarum locis
xpi probamus adventum . et antichri
sti mendacium . Pone enim hec
dicta de antiocho . quid nocet religio
nis nostre ? Numquid et in superiore
visione ubi antiochum prophetia
consummatum est ? aliquid de
antixpo dicitur dimittit lauque
dubia . et in manifestis heret ?
qui sit ille lapis qui de monte sine
manibus abscisus crevit in montem
magnum et orbem implebit .
et quadriformem imaginem con
triverit . qui sit ille filius hominis
qui cum nubibus venturus sit
et staturus ante vetustum dierum
et dandum sit ei regnum quod nullo
fine claudatur . omnes que gentes ac
lingue ipsi servituri sint . hec que
manifesta sunt preterit . et de
iudeis asserit prophetatum quos usque
odie servire cognoscimus . et dicit
eum . qui sub nomine danielis scrip
sit librum ad refocillandum spem
suorum fuisse mentitum non quo
omnem historiam futurorum nosse
potuerit sed quod iam facta memo
rat . et in ultime visionis calum
nia inmoratur . Flumina
ponens promum et montem incli
tum sanctum apedno quem ubi legerit

nullum proferre poterit scriptorum ?
Nos autem sanctarum visionis huius
capitulum superioris xpo sic expo
nimus quod pugnaturus contra egyptios .
libias et ethiopias et iam cornua
de decem cornibus contriverit audiaturus
sit . de aquilonis et de horientis
partibus adversus se bella consurgere .
quo veniens cum magna multitu
dine . ut conterat et interficiat
plurimos figet tabernaculum suum
in apedno iuxta nicopolim . que prius
emmaus vocabatur ubi incipiunt
iudeę provincię . montana consur
gere . denique inde se erigens usque
ad montem oliveti ihierosolimarum
regio . ascenditur et hoc esse quod
scriptum nunc dicit . et quum fixe
rit tabernaculum suum in mon
tanu et provincia et iudicibus inter
duo maria . mare videlicet quod
nunc appellatur mortuum ab ori
ente et mare magnum . in cuius
litore caesarea . ioppe . ascalon .
et gaza . site sunt . tunc veniet
usque ad summitatem montis eius
hoc est montane provincię . idem
verticem montis oliveti . qui in
dicitur vocatur . quia ex eo dominus
adque salvator ascendit ad patrem
et nullus antixpo poterit auxiliari .
contra se domino saeviente . Asserunt ibi
antixpm esse periturum unde dominus
ascendit ad celos . apedono verbum
conpositum est quodri dividas

intellegi poterit. ΕΡΟΝΙΑΡΤΑΟΥ idest
solium. et est sensus. et figet
tabernaculum suum. et throni sui
inter duo maria super montem inclitum
et sanctum. hunc locum ita interpreta-
tus est simmachus. ΚΑCΕΚΤΕΝΕΙΤΑ
CΣΚΝ ΝΑCΤΟΥΙΠΠΟCC

quod in latinum sonat et extendet
papiliones equitatus sui inter ma-
ria super montem fortitudinis sanctum.
et veniet usque ad verticem montis.
Theudotio vero sic vertit. et figet
tabernaculum suum ephadano
inter maria in monte sabi sancto
et veniet usque ad partem eius.
Aquila autem et planius. et figet taberna-
culum praetorii sui apadno. inter
maria et monte glorioso et sancto. et
veniet usque ad finem eius. soli septuaginta
omni se nominis quaestione liberantes
interpretati sunt. et statuet taber-
naculum suum. tunc in maria. et
montem voluntatis sanctum. et veniet
hora consummationis eius. quos
appollinaris sequitur dicens de apadno
omnino conticuit. Haec ideo pro-
lixius posui. ut et porfirii ostendam
calumniam qui haec omnia ignorantia
uti nescire se simulat. et scripturae
sanctae difficultatem. cuius intellegen-
tiam. absque dei gratia et doctri-
na maiorum sibi imperitissimi
ut maxime vindicant. Notandum

autem quod cum . p. littera hebraeus
sermo non habeat sed pro ipsa
utatur cuius vim graecus φ
sonat. In isto tantum loco apud
hebreos scribatur quidem sed legatur
p. Quod autem ait antichristus veniet usque
ad summitatem montis sancti incli-
ti et ibi perierit. Esaias planius
loquitur. praecipitabit dominus in
monte sancto faciem dominatoris
tenebrarum super omnes gentes. et
eum qui dominatur cunctis populis
et unctione qua unctus est contra
universas nationes. In tempore
autem illo consurget michael prin-
ceps magnus qui stat pro filiis
populi tui. et veniet tempus quale non
fuit ex eo quod gentes esse coeperunt
usque ad tempus illud. et in tempore
illo salvabitur populus tuus. omnis
qui inventus fuerit scriptus in libro.
Et multi de his qui dormiunt in terrae
pulvere vigilabunt. alii in vitam
aeternam. alii in opprobrium. ut
videant semper. Qui autem docti fuerint
fulgebunt quasi splendor firmamenti.
Et qui ad iustitiam erudiunt multos.
quasi stellae in perpetuas aeternitates.
Hucusque porfirius utcumque se agitat
et tam sanctorum imperitos quam
suorum male studiis in porticu de
hoc capitulo quod dicitur ita.
In quo mortuorum resurrectio.
Alius suscitabitur in vitam aeternam
et alius in opprobrium sempiternum.

nec possit dicere qui fuerint sub
antiocho. Fulgebunt quasi splendor
firmamenti: et alii quasi stelle in
perpetuas aeternitates. Sed quid non
faciat pertinacia. quasi contritus
coluber elevat caput et moriturus
in eos qui morituri sunt venenum
diffundit. et hoc inquid de antio
cho scriptum est. quia vadens in
persidem lisię qui antiochię fenicę
preerant reliquid exercitum. ut
adversum iudeos pugnaret.
urbemque eorum hierusalem subverteret:
que omnia narrat. Iosippus scriptorque
auctor hebree quod talis fuerit
tribulatio qualis numquam ex
tempus advenerit. quale non fuit
ex eo quod gentes esse ceperunt usque
ad illud tempus. Redditur autem vic
toria. et e contra antiochi ducibus
ipsoque antiocho in perside mortuo.
salvatus est populus israhel. omnes qui
scripti erant in libro dei. hoc est
qui legem fortissime defenderunt.
et e contrario qui deleti sunt de libro
hoc est qui prevaricatores extiterunt
sunt legis et antiochi fuerunt
partium. Tunc illi qui quasi
in terre pulvere dormiebant et oppressi
erant malorum pondere. et quasi
in sepulcris miseriarum reconditi
ad insperatam victoriam. de terre
pulvere surrexerunt. et de humo
elevati sunt. alii custodes legis
resurgentes in vitam eternam. et
alii prevaricatores in opprobrium sempi
ternum. Magistri autem et doctores
qui legis habuere notitiam fulgebunt
quasi celum. et qui inferiores populos
exortati sunt ad custodiendas
cerimonias dei. instar astrorum
fulgebunt in perpetuas eternitates.
Ponit quoque exemplum de machabeis
in quo dicitur multos iudeorum
sub mathathia et iuda macca
beo. ad heremum confugisse et latuisse
in speluncis. et in cavernis petrarum.
ac post victoriam processisse et
hec metaforikwc. quasi de resurrectione
mortuorum esse predicata. Tempore
autem antichristi. talem tribulationem
fore qualis numquam fuit ex eo quo
gentes esse ceperunt verius intelligitur.
Ponimus enim vicisse lisiam qui
victus est. et putatur oppressos esse
iudeos qui vicerunt. Numquid tanta
fuit tribulatio quanta eo tempore.
quando hierusalem capta est. a babilonis
templumque subversum et omnis populus
ductus in captivitatem. Oppressio igitur
antichristi et spiritu salvatoris extincta
salvabitur. populus qui scriptus fuerit
in libro dei et pro diversitate meritorum
alii resurgent in vitam eternam.
alii in opprobrium sempiternum.
Magistri habebunt similitudinem
celi. et qui alios erudierint stellarum
fulgore conparabuntur. Non enim
sufficit scire sapientiam nisi et alios
erudias. Tacitusque sermo docentis.

ulium non edificant . mercede
mortis recipere non poterit quam
longum est docere id in uulgata editione
latius expressum . Et intellegentes fulge
bunt quasi splendor firmamenti .
Et de iustis plurimi . quasi stellę
in perpetuum et ultra . Solent non nulli
querere utrum doctus sanctus et simplex
sanctus . eandem mercedem habeant et unam
in celestibus mansionem . Unde non
iuxta theodotionem dicitur quod
docti similitudinem cęli habeant .
et ubique docentes iusti stellarum
fulgore conputentur . Quantumque sit
inter eruditam sanctitatem et sanctam
rusticitatem . quantum cęlum dis
tat et stellę . Tu autem daniel
claude sermones et signa librum usque
ad tempus statutum . pertransibunt
plurimi et multiplex erit scientia .
Qui danieli multiplicem revelaverat
ueritatem ipse occultam esse significat
quę loquutus est . Precepit ut aliud uol
bat sermones . et signaret librum ut
legant plurimi et querant historię
ueritatem . et propter obscuritatem mag
nitudinem diversa opinentur .
Quod autem ait . pertransibunt . idem per
current plurimi multorum significat
lectionem . Solemus enim dicere percurri
librum et transiui historiam . quod quidem
et esaias de obscuritate sui uoluminis
loquitur . et erunt sermones libri is
tius quasi uerba uoluminis signati .
quod si dederit homini nescienti
litteras dicentes ei lege . Respondebit
nescio litteras . Si autem dederint
illum homini scienti litteras et
dixerit lege librum . Respondit .
Non possum legere quia signatus est .
Et apud apocalipsin iohannis liber uidetur
signatus sigillis septem intus et foris .
Cumque nullus posset signacula ipsius
solvere ait iohannes . Flebam nimis .
Et audiui ad me uox dicens . Ne plores .
Ecce uicit leo de tribu iuda radix david
aperire librum et solvere signacula
eius . Librum autem istum potest solvere
quod scripturarum sacramentum
cognouit et intellegit .
ΔΑΝΙΣΜΑΤΑ . et uerba hebreorum
propter ministeriorum magnitudinem
et inspiratur parabolis . et
occidentem litterarum transfert ad
spiritum uiuificantem . Et uidi ego daniel
et ecce quasi alii duo stabant .
unus hinc super ripam fluminis et
et alius inde super ripam fluminis .
et dixi uiro qui indutus erat lineis
qui stabat super aquam fluminis .
Usquequo finis horum mirabilium .
Uidet daniel duos angelos stantes
ex utraque parte super ripam babilonis
fluminis . qui cum hic ponatur
ubique nomine sed in prefata
uisionem . puto eum esse tigrim
qui ebraice dicitur et dechel .
et tamen non interrogat eos qui stabant
super utramque ripam sed eum quem in
principio uiderat qui erat indutus

uestibus lineis siue byssinis quod
hebraice dicitur baddim . et hic
ipse angelus sup aquas fluminis
babilonis suo est calcans pede .
Ex quo intellegimus superiores duos
angelos quos uidet stantes super
ripam et non interrogat nec putat
sciscitatione condignos angelos
esse persarum et graecorum . hunc
esse autem angelum clementissimum
qui orationes angelus danielis
in conspectu dei obtulerat quando
et uiginti et una die persarum ange
lus resistebat . Interrogat autem haec
mirabilia quae in praesenti uisione
dicuntur . quo conplenda sint
tempore quod porfirius more suo
de antiocho . nos de antixpo inter
pretamur . et audiui uirum qui
indutus erat lineis qui stabat
sup aquas fluminis . cum leuas
set dexteram suam et sinistram
in caelum . et iurasset per uiuentem
in aeternum . quia in tempus et tempora
et dimidium temporis . tempus et
tempora . et dimidium temporis .
tres et semis annos iuxta scripturam
sanctam ioannem non negamus .
Nam et supra legimus quod septem
tempora transierunt super nabu
chodonosor idem septem anni efferi
tationis eius et in uisione quattuor
bestiarum tertia bestiarum leonis et
ursi pardi et ultimus bestiae cuius
nomen tacetur quae regnum significat

romanorum et postea de antixpo
quod tres reges conculcaturus loquitur
et cor elatissimi contra altissimum
ut ista quod posset mutare tempora
et leges et tradentur in manu eius
usque ad tempus et tempora et dimidium
temporis . et iudicium sedebit
ut auferatur potentia et conteratur
et dispereat usque in finem . et
manifeste de aduentu xpi et sanctorum .
regnum autem et potestas et magni
tudo regni quae est sup omnem caelum
detur populo sanctorum altissimi cuius
regnum sempiternum est . et omnes reges
seruient ei et oboedient . si itaque
superiora quae perspicue de antixpo
scripta sunt refert porfirius de
antiochum . et uideret semis annos
quibus dicit fuisse desertum .
ergo et hoc quod sequitur regnum eius
sempiternum . et omnes reges seruient
ei et oboedient . debent prouare
sup antiochum uel ut ipse putat
sup populo iudaeorum quod nequaquam
stare manifestum est . Legimus
in maccabaeorum libris . Iosippus
quoque in eandem consentit
opinionem quod tribus annis amplius
pollutum fuerit in hierusalem et in eo iouis
idolum steterit sub antiocho
epiphane centesimo quadragesimo
quinto anno regni macedonum
a seleuco . mense eiusdem anni nono
usque ad mensem nonum centesimo
xo octauo anno qui fuerunt anni tres .

Sub antixpo autem non tres anni sed
tres menses. hoc est mille ducenti
nonaginta quinque. dies desola
tionis templi et euersionis futuri
esse dicuntur. Et cum completa
fuerit dispersio manus populi sancti conple
buntur uniuersa haec. Quando in
quit populus dei dispersus fuerit uel
in antiocho persequente uel ut illa porfi
rius ut in antixpo. tantumque non pro
bant. tunc haec omnia conplebun
tur. Et ego audiui et non intellexi.
et dixi. domine mi. quid erit post haec.
et ait. uade daniel. quia clausi
signatique sunt sermones usque
ad tempus consummationis. eligen
tur et dealbabuntur multi.
et impie agent impii. porro docti
intellegent. Vult prophetam in
tellegere quod uiderat. immo quod
audierat et futurorum cupit
cognoscere ueritatem. Audierat enim
regum bella diuersa. et interne prelia.
et multiplicem sanctorum sed nomina
non audierat singulorum.
Si autem propheta audiuit et non intelle
xit quid facient hii qui signatum
librum et usque ad tempus consumma
tionis multis obscuritatibus inuolu
tum presumptione mentis edisserunt.
Cum autem inquit finis aduenerit.
impii non intellegent. et qui docti
fuerint disciplinam dei ipsi intellege
re poterunt. Inpietatem enim
animum. non intellegit sapientiam

nec poterit se infundere corpori.
quod peccatis subditum est.
Et a tempore quod ablatum fuerit
iuge sacrificium. et posita fuerit
desolatio in abominatione dies
mille ducenti nonaginta.
Hos mille ducentos nonaginta dies
porfirius uult in tempore antiochi
et in desolatione templi esse com
pletos. Quem quidem et iosephus
et maccabeorum ut diximus liber
tribus tantum annis fuisse commemo
rant. Ex quo perspicuum est
tres istos. et semis annos de anti
xpi dici temporibus. qui tribus et
semis annis. hoc est mille ducentis
nonaginta dies. sanctos persecuturus
est. et postea corruiturus in
monte inclito et sancto. A tempore
igitur eversionis quod nos
interpretati sumus iuge sacrificium.
Quando antixps orbem obtinens
dei cultum interdixerit usque ad in
terfectionem eius tres semis anni
id est mille ducenti nonaginta
dies complebuntur. Beatus qui
expectat. et peruenit ad dies mille
trecentos triginta quinque. Beatus
inquid qui interfecto antixpo dies
supra numerum prefinitum.
quadraginta quinque prestolatur
quibus est dominus ad quos saluatores in sua
maiestate uenturus. Quare autem
post interfectionem antixpi qua
draginta quinque dierum silentium sit

diuine scientię est. Nisi forte
dicamus diluuio regni sanctorum
propagatione comprobationem.
Porphirius hunc locum sic edisserit:
quadraginta quinque dies qui super
ducentos nonaginta sunt uictorie
contra duces antiochi tempus
significant. quando iudas macca
beus fortiter dimicauit. et emun
dauit templum idolumque contriuit.
et uictimas obtulit in templo dei.
quod recte diceret si macchabeorum
liber tribus et semis annis templum
scriberet fuisse pollutum et non
tribus. Tu autem uade ad prefinitum
et requiesce. et stabis in sorte tua
in finem dierum. Pro quo theodo
tion interpretatus est. Et tu autem uade
et requiesce et resurges in ordine tuo
in consummatione dierum. Quo
uerbo hoc et indicatur omnem prophe
tam uicinum esse resurrectionis
omnium mortuorum quando et
propheta resurrecturus est. Et frustra
porphirium que in antichristo antiochi
de antichristo dicta sunt uelle
omnia referre ad antiochum.
Cuius calumnie ut diximus plenius
responderunt. eusebius cesarien
sis. et apollinaris laudicenus
et ex parte disserunt simul
martyr methodius. que qui scire
uoluerit. ipsorum libris inuenire
poterit.

FINIT.

EXPOSITIS UT POTUI QUE IN DANIELO LIBRO IUXTA HEBRAICUM CONTINENTUR.

Ponam breuiter quod origenes
in decimo stromatum suorum
libro de susanne et belis fabulis
dixerit cuius hec uerba sunt. et pa
rentes eius iusti et docuerunt filiam
suam iuxta legem moysi. hoc utendum
est testimonio ad exhortationem paren
tum ut doceant iuxta legem dei
sermonemque diuinum. non solum
filios sed et filias suas. et consti
tuti sunt duo senes de populo iudices
in anno illo. referebat hebreus
istos esse achiam et sedeciam
de quibus scripsit hieremias. faciat
te dominus sicut achiam et sedeciam,
quos frixit rex babilonis in igne
propter iniquitatem quam fecerunt in
israhel. et adulterabant uxores
ciuium eorum. de quibus locutus est
dominus quia egressa est iniquitas de
babilone a senibus ducibus qui uide
bantur regere populum. pulchre de
preuaricatis peccatoribus non ait qui
regebant populum. sed qui uidebantur
regere. qui enim bene presunt
populo regunt populum. qui autem tantum
nomen habent iudicum et iniuste
presunt populo regere magis uidentur
populum quam regunt. et exarserunt
in concupiscentiam eius. et euerterunt
sensum suum et declinabant

oculos suos ut non uiderent celum.
neque meminissent iudiciorum
iustorum quod greci uocant ...
hoc nos peruersionem magis quam
subuersionem interpretamur.
Hec igitur peruersio et cupido
libidinis et lubrica immo percussit
corda senum. sed ualentius eorum
lucere fundamentum et cogitationes
desiderium complere. ipsi enim euerterunt
sensum suum. quo subuerso. oculi eorum
inclinati sunt. ut celestia non
uiderent. nec recordarentur iudiciorum
iustorum. siue dei. siue honestatis.
siue nature. que omnibus ad bonum
insita est. et ecce susanna inam
bulabat iuxta consuetudinem.
Ante iam dictum est quod sicut mane
inambularet susanna nec incon
gruum est ut placuerit eos qui
omnium gesserint descriptionis scri
gerunt exempla. hunc inambu
landi locum ad summere quod recte
quis ad uigilandum corpusculum
de ambulatione locum in quid de repau
gina editione nunc potui quo
dicit origenes orandia certe se non
iuxta septuaginta interpretes disse
ruisse. ingenuitatemque susanne et casta.
Angustie mihi sunt undique. si enim
hoc egero. mors mihi est. si autem non
egero non quoquam effugiam manus uestras.
Qui ad suam castitatem perfecte uirtutis
uiderit numquam dicit sibi imminere
discrimen. si adulterorum manus non

effugero dicentes adversum te nobis
et commisceri nobiscum. alioquin
si nolueris. dicemus testimonium contra
te. quod fuerit tecum iuvenis. et
ob hanc causam dimiseris puellas a te.
Humanae quippe fragilitatis est
mortem timere. quae infertur pro ius
titia. Nisi forte angustiae in eo
praetulimus. non inminentis mor
tis. sed opprobrii et ignominiae quae
perferenda erat illis accusantibus
atque dicentibus fuisse quem illa
iuvenis. et ideirco dimisit puellas.
Si enim hoc egero. mors mihi est.
Si autem non egero. nequaquam effugiam
manus vestras. Peccatum mortem
vocat. sicut ergo ei qui facit adul
terium. sic omne peccatum quod ducit
ad mortem mors appellandum est.
Et totiens mori credimur. quotiens
peccamus ad mortem. Unde et e con
trario totiens resurgimus et vivifi
camur quotiens vitae digna opera
facimus. Sed melius mihi est absque
opere incidere in manus vestras quam
peccare in conspectu dei. In greco
non habet melius. id est airetaae
rhredarro. quod nos bonum interpre
tari possumus. unde eleganter non
dixit. Melius mihi est incidere in
manus iniquorum presbiterorum
quam peccare in conspectu dni.
Ne videretur comparatione peccati
quod erat hoc appellare melius.
Sed bonum est inquid mihi non facere
malum. et incidere in manus vestras
quam peccare in conspectu dei.
Sed absolute bonum mihi est non
facere malum. et incidere in
manus vestras ne peccem in con
spectu dni. Et exclamavit voce
magna susanna. Magna vox
erat non eris percussione et cla
more faucium sed pudicitiae mag
nitudinem per quam clamabat ad dnm.
Unde et scriptum in exclamatio
ne sanctorum. non ad portum magnam
vocem. sequitur autem clamaverunt
et senes adversus eam. Exclamavit
autem voce magna susanna et dixit.
Ds aeterne. qui absconditorum es
cognitor. qui scis omnia antequam
fiant. tu scis quia falsum contra me
tulerunt testimonium. Cordis affec
tus et mentis pura confessio et
bonum conscientiae vocem et face
runt clariorem. Unde magna erat
exclamatio eius deo quae ab hominibus
non audiebatur. Cumque duceretur
ad mortem suscitavit ds spm scm
pueri iunioris cuius nomen daniel.
Quo sermone ostenditur non inesse
in daniele spm scm. sed eum qui erat
in illo et quiescebat propter aetatis in
firmitatem. nec suam poterat operam
demonstrare. Data occasione
pro sca femina a dno suscitatum.
Et exclamavit voce magna.
Mundus ego sum a sanguine huius.
Suscitavit inter spu sco. et cetera puer

debere dicere suggerente uoce eius
magnis etiam et nocendum sicut ubi
in scripturis sanctis peccatoris uox mag
na dicatur. De qua arbore uideris eos
loquentes sibi. qui ait. Sub scino.
dixit autem daniel. Recte mentitus es
in caput tuum. Ecce enim
angelus dei accepta sententia scindet te
medium. et modicum ulterius sanctorum
ait. sub prino. dixit quoque autem daniel.
Recte mentitus es et tu in caput tuum.
Manet enim angelus dei gladium habens
ut secet te medium. Quia hebrei re
probant historiam susanne dicentes
eam in danielis uolumine non haberi.
debemus diligenter inquirere nomina
scini et prini quod latini ilicem
et lentiscum interpretantur.
Si sunt apud hebreos et quam habeant
ετυμολογιαν. ut a scino scissio.
et a prino sectio siue serratio dicatur
lingua eorum. quod si non fuerit
inuentum necessitate cogimur
et nos eorum adquiescere sententie
qui greci tantum sermonis hanc
uolunt esse ετυμολογιαν quod grecum
tantum habeant ετυμολογιαν
hebraicum non habeat. quod siquis
ostenderit duarum istarum arborum
scissionis et sectionis et in hebreo stare
ετυμολογιαν. tunc poterimus etiam
hanc scripturam recipere. Et fecerunt
eis sicut male egerant aduersus
proximum. ut facerent secundum
legem moysi. et interfecerunt eos.

Si interfecerunt eos omnis synagoga uide
tur illa opinio refutari de qua supra
diximus secundum hebreum. quod ipsi eos
uerberauerint. Nisi forte
hoc quod scriptum est. interfecerunt
eos. sic interpretamur. pro eo quod eos
regi babilonis occidendos tradiderunt
sicut et nos dicimus quod iudei
interfecerint saluatorem non quo ipsi
percusserint sed quo tradiderint
occidendum. et sub clamauerint dixe
rint. crucifige. crucifige eum.
Helcias autem et uxor eius laudauerunt
dominum pro filia susanna cum ioachim
marito eius et cognatis omnibus quia
non esset inuenta res turpis. Digne
quasi sancti laudant dominum. non quia libera
ta est damnatione presbiterorum susanna.
Hoc enim non satis laudabile est nec
magni discriminis si non esset liberata.
Sed quia non est inuenta res turpis in ea.
Cumque aperta fuissent ostia. aspi
ciens rex super mensam clamabit
uoce magna. magnus es bel. et
non est apud te ullus dolus. hoc quod
scriptum nunc dicit. clamabit
uoce magna. quia de idolatria
et ignorantia dei dicitur. uidetur
obseruatione mihi sub littere
quia dudum asseruimus uocem magnam
in sanctis tantum repperiri. quod solue
facile qui hanc scripturam hebreo danie
lis apud hebreos dixerit non haberi.
Siquis autem eam potuerit approbare
esse de canone. tunc querendum est.

quo ei [illegible]spondere debeamus .

EXPLICIT [illegible]PLANATIO DANI
LIS PROPHETE : DEO GRATIAS :

FACUNDUS SCRIPSIT :

MEMORIA IIUS SIT SEMPER :

SUB ERA B[illegible]S QUADRAGIES ETU
[illegible]OSA MILLESIMA .
R[illegible]GNANTE DNO NSO . GLOSO
PRINCIPE DMO FREDENANDO PROLIS
DMI SA[illegible]CTIONI [illegible]T CONIUNGE SUA
GLORIOSA DMA [illegible]ANCTIA REGINA
PROLIS ADEFONSI [illegible]RINCIPIS . ANNO
REGNI SUI FUIT S[illegible]RIPTUM HOC LIBER :

EXPLICIT EXPLANATIO DANIELIS PROPHETE : DEO GRATIAS

FACUNDUS SCRIPSIT :—

MEMORIA EIUS SIT SEMPER

SUB ERA BIS QUADRAGIES CETU POST MILLESIMA

REGNANTE DNO NSO ETGLOSO PRINCIPE DMO FREDENANDO PROLIS DMI SANCTIONI. ET CONIUNGE SUA GLORIOSA DMA SANCTIA REGINA PROLIS ADEFONSI PRINCIPIS. ANNO REGNI SUI XVIIII SCRIPTUM HOC LIBER:

Esta subscripcion es copiada de la que tiene este Codice al fin en el pergamino pegado à la tabla ultima. Se ha trasladado aquí por estar ya algo carcomida del tiempo, è importar mucho su conservacion por ser el Codice mas antiguo que hay en esta Real Biblioteca. Copiola al vivo como se vè,

Dn. Francisco Assensio y Mejorada, Oficial 2º. de 2ª. clase en ella, à los 26. años de su mer.to y 64 de edad.

Era	1085.
Rebajanse	38.
Años de Christo. S. N.	1047.
Prueba sumando	1085.

La reduccion de la Era à los años de Christo, que se lee al fin de la fecha original en numeros arabes, es de Dn. Juan de Ferreras, Bibliotecario Mayor que fue de S. M. y Autor de la Histor.ª de España.

Madrid, Setiembre 15. de 1789.